Attenuati pauperes
59. Et de plebe pauperum qui nihil penitus habebãt dimi
דלות
ſit nabuzardã. & in plurali feminino דַּלּוֹת Daloth. vt Geñ.
Macilente
41. In tantum deformes & macilente vt nunqꝫ tales in ter-
דלה
ra egypti viderim. & inde דַּלָּה Dala. i. macies. tenuitas. pau
pertas: Eſa. 38. Dũ adhuc ordirer ſuccidit me. Pro quo he
Macies.
brei legunt. De macie vel de tenuitate ſuccidit me. i. infirmi
tate ſuccidit me. Et quando poſt ſe regit genitiuum mutat
דלת
he in tau. & dicitur. דַּלַּת Dalath. i. paupertas vt. 4. Reg. 25
Paupertas.
Et de pauperib⁹ terre reliquit vinitores & agricolas. quod
in hebreo legitur collectiue. ſ. de paupertate terre. i. de con
דלות
gregatione pauperũ. & in plurali dicitur דַּלּוֹת Daloth. Hie
pauperes.
re. 62. De pauperibus autem populi & de reliquo vulgo. &
in eodem. De pauperibus vero terre reliquit nabuzardan.
דלת
vbi ponitur paupertas pro pauperibus. Ponitur etiã דַּלַּת
Dalath. pro ceſarie vel coma. vt Canti. 7. Et come capitis
Coma.
tui ſicut purpura regis. vide ẽt infra in dictiõe דָּלָה Dala.

דלג Salere. Tranſilire

דָּלַג Dalag. tranſilire. ſaltare. vt Canti. 2. Ecce iſte venit ſa-
liens in montibus. Eſa. 35. Tũc ſaliet ſicut ceruus clau-
dus. Soph. 1. Et viſitabo ſuper omnem qui arrogãter ingre
ditur ſuper limen. Pro quo hebrei legunt. Et viſitabo ſup
omnem tranſilientem vel ſalientem ſuper limen. In trãſla-
tione chaldaica ſic habetur. Et viſitabo ſup oẽm qui ambu
lat in ritu philiſtinorũ. Nã ſacerdotes philiſtinorũ nõ calca
bãt limẽ tẽpli Dagon: ſed trãſiliebãt illd. vt hẽtur. 1. Reg. 5.

דלה Haurire.

דָּלָה Dala. Haurire. Exhaurire. Sufferre. Eleuare. Exo. 2.
Que venerant ad hauriendam aquam. & in eodẽ. In
ſuper & hauſit aquam nobiſcum. Prouer. 20. Sed homo ſa-
דלי
piens exhauriet illud. Inde דְּלִי Dali. ſiue דְּלִי Deli. i. ſitula
Situla.
qua aqua exhauritur. Nu. 24. Fluet aqua de ſitula eius. &
Eſa. 40. Ecce gentes quaſi ſtilla ſitule. Item דָּלָה Dala. i. ele
uare. ſufferre. Ps. 29. Exaltabo te domine quoniam ſuſce-
piſti me. Pro quo hebrei legunt. Exaltabo te domine quo-
eleuare ſufferre.
niam eleuaſti me vel ſuſtuliſti me. Prouer. 26. Quomõ pul-
chras fruſtra habet claudus tibias: ſic indecẽs eſt in ore ſtul-

Digitized by Google

torum. Poteſt etiam legi ſic. Eleuate .i. tollite crura a clau
do: quia nihil proſūt quãuis ſint pulchra: & ſic exponunt
aliqui hebrei. Vnde idem eſt ſenſus cum littera noſtra. Eſa.
Eleuare
38. Attenuati ſunt oculi mei ſuſpicientes in excelſum. pro
quo hebrei legunt. Eleuati ſunt oculi mei in excelſum ſiue
ad excelſum. Poteſt etiã interpretari. Attenuati ſunt: ſicut
eſt in littera noſtra. De quo vide ſupra in dictione דלל Da
דָּלִיּוֹת
lal. & inde דליות Dalioth .i. rami ſiue propagines. Eo qđ
ſunt excelſe vel eleuate. Hiere. 11. Et combuſta ſunt fruteta
Rami.
eius. pro ꝗ hebrei legunt. Et cõfracti ſunt rami eiꝰ. Ezech.
Palmites
17. Reſpicientibus ramis eius ad eam. & in eodem. Et pal
mites ſuos extendit ad eam. Et in eodem. Sub vmbra fron
dium eius nidificabunt. pro quo hebrei legunt. In vmbra
ramorum eius habitabunt.

דָּלַח
Cõturbare
דלח Dalach. turbare. conturbare .ſ. aquas pedibus cõculcã
Turbare
do. vt Ezech. 32. Et conturbabas aquas pedibus tuis.
Et in eodem. Et non turbabit eas pes hominis vltra: neq̄
vngula iumentorum turbabit eas.

דָּלַף
דלף Daleph. ſtillare. vt Iob. 16. Ad deum ſtillat oculꝰ meꝰ.
Stillare.
Eccl's. 10. Et in infirmitate manuū perſtillabit domꝰ.
Ps. 118. Dormitauit aĩa mea pre tedio. pro quo beatus Hie
ronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem trãſtulit.
Plorare.
Diſtillauit anima mea pre ſtultitia. & ſecũdū hebreos poni
tur ibi diſtillare ꝓ lacrimare vel plorare: iuxta illud Hiere.
13. In abſcondito plorabit anima mea a facie ſuperbie. & in
דֶּלֶף
de דלף Deleph .i. ſtilla pluuie ſiue ſtillicidium. Prouer. 27.
Tecta perſtillantia in die frigoris. Pro quo hebrei legunt.
Stilla ſtillicidiū.
Stilla ſiue ſtillicidiū continuum vel aſſiduū in die frigoris.

דָּלַק
דלק Dalac. incendere. ſuccendere. ardere. perſequi. vt. Ps.
Ardere
7. Sagittas ſuas ardẽtibus effecit. Ps. 9. Dum ſuperbit
Incendere
impius: incenditur pauper. Prouer. 26. Sic labia tumentia
Tumere.
cum peſſimo corde ſociata. Pro quo hebrei legũt. Sic labia
Eſtuare
ardentia ſiue perſequentia & cor peſſimum. Eſa. 5. Vt vino
ſuccendere
eſtuetis. pro quo hebrei legunt. Vinū incendit eos. Ezech.
24. Congere oſſa: que igne ſuccendam. Abdie. 1. Et ſuccē
דַּלֶּקֶת
dentur in eis & deuorabunt eos. Inde דלקת Dalecheth .i.
ardor.
incendium ſiue ardor. Deut. 28. Percutiet te dominus ege
ſtate: febre: frigore: & ardore. Significat etiam perſequi. vt
Geñ. 31. Et ob quod peccatum meum ſic exarſiſti poſt me.
pro quo hebrei legunt. Et quod eſt peccatum meum: quia
Perſequi.
perſecutus es poſt me. Poteſt etiã legi ſicut eſt in littera no
ſtra: quia eſt equiuocum vt ſupra dictum eſt. 1. Reg. 17.
Et reuertẽtes filii iſrael poſtq̄ perſecuti ſunt philiſteos in
uaſerunt caſtra eorum. Threñ. 4. Super montes perſecuti
ſunt nos.

דֶּלֶת
דלת Deleth. oſtium. ianua. Geñ. 19. Ac poſt tergū acclau
oſtium
dens oſtiū. Exo. 21. Et applicabitur ad oſtiū. 3. Reg.
6. Et vtrūq̄ oſtium duplex erat. 4. Reg. 12. Aperuitq̄ fora
men deſuper. pro quo hebrei legunt. Aperuitq̄ foramē in
Ianua.
oſtio eius ſiue in ianua eius. Prouer. 16. Sicut oſtium verti
tur in cardine ſuo. Eſa. 57. Et poſt oſtium & retro poſtem
poſuiſti memoriale tuum. Et aliquando ſcribitur ſine tau.
דַּל
& dicitur דל Dal. vt. Ps. 140. Et oſtium circunſtantie labiis
oſtium
meis. & de hoc vide ſupra in dictione דלל Dalal. & in plu
דַּלְתוֹת
rali דלתות Dalthoth. ſiue דלתי Dalthe. aut דלתים Delathã
im .i. oſtia. porte. value. ianue. Ioſ. 6. Et in nouiſſimo libero
Porte.
rum ponat portas eius. 3. Reg. 6. Et in ingreſſu oraculi fe
Oſtiola. Oſtia.
cit duo oſtiola de lignis oliuarum. & in eodē. Et duo oſtia
de lignis abiegnis. & in eodem. 7. Per cardines oſtiorū do
mus interioris ſancti ſanctorum & oſtiorum domus tẽpli
ex auro erant. 2. Paralip. 3. Et poſtes & parietes & oſtia.
Value.
Nee. 6. Valuas non poſueram in portis. & in eodem. 7. Et
poſui valuas. & in eodem: Cũq̄ adhuc aſſiſteret clauſe por
e ſunt. Iob. 40. Portas vultus eiꝰ quis aperiet. Eſa. 45. Ape
Ianue.
riam coram eo ianuas.

דָּם
דם Dam. ſanguis. cruor. homicidiū. vt Geñ. 9. Excepto ꝙ
Sanguis.
carnem cū ſanguine non comedetis: ſanguinē enĩ aĩarū
veſtrarum requiram. & in eodem. Quicunq̄ effuderit hu
manum ſanguinem: fundetur ſanguis illius. Exo. 7. Et ſit
Cruor.
cruor in omni terra egypti. & in eodem. 12. Et ſument de
ſanguine: ac ponent ſuper vtrūq̄ poſtem. Leuit. 17. Sãgui
nis reus erit: quaſi ſi ſanguinem fuderit. Deut. 32. De cruo
re occiſorum & de captiuitate. Ioſ. 2. Reus ſibi erit: ſanguis
ipſius erit in caput eius. & in eodem. Cunctorum autē ſan
guis qui tecum in domo fuerint redundabit in caput no
ſtrum. 2. Reg. 1. ſanguis tuus ſit ſuper caput tuum. & in eo
dem. 23. Num ſanguinem hominum iſtorum qui profecti
ſunt & animarum periculum bibam. Iob. 16. Terra ne ope
rias ſanguinem meum. Ps. 57. Manus ſuas lauabit in ſan
guine peccatoris. Ps. 71. Et honorabile nomen eorum co
ram illo. pro quo beatus Hieronymꝰ in pſalterio iuxta he
braicam veritatem tranſtulit. Et precioſus erit ſanguis eo
rum coram oculis eius. Ezech. 19. Mater tua quaſi vinea in
ſanguine tuo. Sed in hoc loco dicunt hebrei ꝙ deriuatur a
dictione דמה Dama infra poſita que ſignificat aſſimilare.
Et ſic ipſi legunt. Mater tua quaſi vitis in ſimilitudine tua.
Noxa.
Accipitur etiam pro pena vel noxa effuſionis ſanguinis.
דָּמִים
Nu. 35. Abſq̄ noxa erit qui eū occiderit. & in plurali דמים
Damim. ſiue דמי Deme .i. ſanguines. vt Geñ. 4. Vox ſãgui
nis fratris tui clamat ad me de terra. pro quo hebrei legũt.
Sãguines
Vox ſanguinum fratris tui clamantiū ad me de terra. Sed
chaldaicus interpres tranſtulit etiam ſingulariter: ſicut eſt
in littera noſtra. 2. Reg. 3. Mundus ego ſum & regnū meū
vſq̄ in ſempiternum a ſanguine abner. quod etiam in he
breo legitur pluraliter .ſ. a ſanguinibus abner. Eſa. 1. Ma
nus enim veſtre ſanguine plene ſunt. Pro quo hebrei legũt
Manus enim veſtre ſanguinibus plene ſunt. Oſee. 1. Et ſan
guis ſanguinem tetigit. Pro quo hebrei legunt. Et ſangui
nes in ſanguines tetigerunt. & in eodem. 12. Et ſanguis eiꝰ
ſuper eum veniet. quod etiam in hebreo legitur in plurali.
Zach. 9. Et auferam ſanguinem eius de ore eius. Pro quo
hebrei legunt. Et auferam ſanguines eius de ore eius. Et
ſic communiter vbi apud hebreos legitur in plurali. in no
ſtra tranſlatione transfertur ſingulariter: exceptis aliquibꝰ
locis: aut quando ſignificat penam capitalem vel penã ef
fuſiõis ſanguinis. Ps. 50. Libera me de ſanguinibus deꝰ.
Ps. 54. Viri ſanguinū & doloſi non dimidiabūt dies ſuos.
Ps. 105. Et interfecta eſt terra in ſanguinibus. & aliquando
ponitur pro homicidio vel pro reatu ſanguinis. vt Exo. 22
Reus ſanguinis.
Non erit reus ſanguinis. pro quo hebrei legunt. Nõ erunt
ei ſanguines .i. non imputabitur ei pena effuſionis ſangui
homicidiū
nis. & in eodem homicidium perpetrauit. pro quo hebrei
legunt. Sanguines ei. ideſt pena homicidii imputabitur ei
Deut. 19. Ne ſis ſanguinis reus. Accipitur etiam pro pericu
lo mortis: vel ſanguinis effuſione. vt Deut. 22. Facies mu
rum tecti per circuitū: ne effundatur ſanguis in domo tua.
Pro ꝗ he. le. Facies murum tecti: & nõ ponas ſanguines in
domo tua .i. non ponas periculū effuſiõis ſanguinis in do
דָּם
Sãguis .ſ. vue.
mo tua. Ponitur etiam דם Dam ꝓ vino rubro ſanguinei co
loris. vt Deut. 32. Et ſanguinē vue vt biberet meraciſſimū.

דָּמַם
דמם Damam. ſilere. tacere. conterere. quieſcere. immobi
Tacere.
lē eſſe. expectare. vt Eſa. 47. Sede tacens & intra in
tenebras filia chaldeorum. & Threñ. 3. Bonum eſt preſtola
ri cum ſilentio ſalutare domini. pro quo hebrei legunt. Bõ
Silere.
nū eſt preſtolari & ſilere ad ſalutare domini. Abach. 2. Ve
qui dicit ligno expergiſcere: ſurge lapidi tacenti. & aliqñ

Digitized by Google

ſcribitur cum ſimplici mem.vt.1.Reg.2. Et impii in tene-
cõticeſcere bris conticeſcent.Iob.29.Et intenti tacebant ad conſilium
meum.Ps.30.Erubeſcant impii & deducantur in infernũ.
Pro quo beatus Hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam
veritatem tranſtulit.Confundantur impii taceant in infer
no.Eſa.15.Quia nocte vaſtata eſt Ar moab conticuit..Hie
Silere. re.8.Et ſileamus ibi quia dominus deus noſter ſilere nos
fecit.& in eodem.25.Et conticuerunt arua pacis. & in eo-
dem.51. Nolite tacere ſuper iniquitatem eius Threñ.2.
Cõticuerunt ſenes filie ſion.& in eodem.3.Sedebit ſolita-
rius & tacebit.Amos.5.Ideo prudens in tempore illo tace
bit.Significat etiam quieſcere vel immobilem eſſe aut ex-
Immobilẽ eſſe. pectare.vt Exo.15.Fiãt immobiles quaſi lapis. Ioſ.10. Sol
contra gabaon ne mouearis. Pro quo hebrei legunt. Sol
Quieſcere contra gabaon quieſce vel expecta.i.eſto immobilis. Et in
Stare. Manere. eodem.Et ſtetit ſol & luna.i.quieuit.1.Reg.14. Manete do
nec veniamus ad vos.i.quieſcite vel expectate. Iob.30.In-
teriora mea efferbuerunt abſq; vlla requie.Pro quo hebrei
legunt.Interiora mea efferbuerunt & non quieuerunt.vi-
de etiam de hoc ſupra in dictione דום Dom. & infra in di-
דְּמָמָה ctione ſequenti.& inde דְּמָמָה Demama.i.ſilentium.trãqui
litas.quies.vt.Ps.106.Et ſtatuit procellam eius in auram.
pro quo beatus Hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam
veritatem tranſtulit.Statuet turbinem in tranquillitatem.
Trãqllitas. ideſt in ſilentium vel quietem.Ponitur etiam pro aura. vt
Aura. 3.Reg.19.Et poſt ignem ſybilus aure tenuis.

דָּמָה Dama.aſſimilare.ſimilẽ eẽ.adeqre.tacere.exiſtimare
דָּמָה cogitare.putare.opprimere.excidere.vaſtare. conſu
Similẽ eẽ. mere.Ps.48.Et ſimilis factus eſt illis.Ps.101.Similis fact9
ſum pellicano ſolitudinis.Ps.143. Homo vanitati ſimilis
factus eſt.Canti.2.Similis eſt dilectus meus capree hinnu-
Aſſimilare loq; ceruorum.& in eodem.5.Aſſimilaui te amica mea.&
in eodem.7.Statura tua aſſimilata eſt palme.Eſa.14 Simi
lis ero altiſſimi.& in eodem.40.Cui ergo ſimilem feciſtis
deum.& in eodem.Et cui aſſimilaſtis me.Hiere.6.Specio
ſe & delicate aſſimilaui te filia ſion. Threñ.2. Vel cui aſſi-
milabo te filia ieruſalem.Ezech.31.Cui ſimilis factus es in
Adequare magnitudine tua.& in eodem.Abietes non adequauerunt
ſummitatem eius.& in eodem.Omne lignum in paradiſo
dei non eſt aſſimilatum illi.& in eodem.32.Leoni gẽtium
aſſimilatus es.Oſee.12.Et in manu prophetarum aſſimi-
דְּמוּת latus ſum. & inde דְּמוּת Demuth.i.ſimilitudo. exemplar
Similitudo imago.Geñ.1.Faciamus hominem ad imaginem & ſimili
tudinem noſtrã.Ezech.1.Et in medio eius ſimilitudo quat
tuor animalium.& in eodem.Similitudo aũt vultus eorũ.
& in eodem.Et ſimilitudo animalium & aſpectus eorum.
Exemplar. Põitur etiam pro exẽplari.vt.4.Reg.16. Miſit rex achaz
Imago ad vriam exemplar eius.Itẽ ponitur pro imagine. vt Eſa.
40.Et quam imaginem ponitis ei.& aliquando ſcribitur
ſine tau.vt Ezech.19.Mater tua qſi vinea in ſanguine tuo.
Pro quo aliqui hebrei legunt.Mater tua quaſi vitis in ſimi
litudine tua.Sed magis proprie ſignificat ſanguinem ſicut
eſt in littera noſtra:vt dictum eſt ſupra in dictiõe דָּם Dam.
דִּמְיוֹן & inde דִּמְיוֹן Dimion.i.ſimilitudo.vt.Ps.16.Suſcepert me
Similitudo ſicut leo paratus ad predam.pro quo beatus Hieronymus
in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit.Similitu
do eius quaſi leonis deſiderantis predam.Significat etiam
Tacere. ſupradicta dictio דָּמָה Dama.tacere.aut ſilere. vt Eſa.6.Ve
mihi quia tacui. Threñ.3.Oculus meus afflictus eſt:nec ta
cuit.Item ſignificat eſtimare ſiue exiſtimare aut cogitare
vel putare:aut arbitrari.vt.Ps.47.Suſcepimus deus miſe-
ricordiam tuam in medio templi tui.Pro quo beatus Hie-
Eſtimare ronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtu-
lit.Eſtimauimus deus miſericordiam tuam in medio tem-
pli tui.Ps.49.Exiſtimaſti inique q; ero tui ſimilis. Eſter.
4.Ne putes q; animam tuam tantum liberes. Eſa.10. Ipſe Putare.
autem non ſic arbitrabitur.i.cogitabit. & in eodem.14. Arbitrari.
Iurauit dominus exercituũ dicẽs:ſi non vt putaui ita erit.
Significat etiam opprimere aut excidere ſiue deuaſtare aut
conſumere.2.Reg.21. Virum qui attriuit nos & oppreſſit opprimere
iniq;.Oſee.4.Nocte tacere feci matrem tuam.Pro quo he
brei legunt.Nocte oppreſſi ſiue deuaſtaui aut excidi matrẽ Deuaſtare
tuam.Poteſt etiam ſignificare tacere feci: ſicut ſupra dictũ
eſt.&.lxx.ſequẽtes primum ſignificatum tranſtulerũt.No-
cti aſſimilaui matrem tuam.& in eodem.10. Tranſire fecit Tranſire
ſamaria regem ſuum.pro quo hebrei legũt. Deuaſtauit vel
conſumpſit aut excidit ſamaria regem ſuum.& in eodẽ.11.
Sicut mane tranſiit:pertranſit rex iſrael.Pro quo hebrei le
gunt.Mane exciſſus ſiue conſumptus eſt rex iſrael. Abdie. Cõſumere.
1.Quomodo conticuiſſes.Pro quo hebrei legũt. Quomõ
exciſſus vel conſumptus es.Soph.1.Conticuit omnis popu
lus chanaã.Hiere.17.Cõticuit aſcalon.Quod hebrei expo
nunt.Exciſſus eſt ſiue conſumptus vel deuaſtatus eſt. Põt Excidere
etiam ſignificare conticeſcere:vt ſupra dictum eſt.& inde
דֳּמִי Demi.i.exciſſio.ſiue conſumptio.vt Eſa.38.Ego dixi דֳּמִי
in dimidio dierum meorum.pro quo hebrei legũt.Ego di
xi in exciſſione vel in conſumptione dierum meorum.Et Exciſſio
ſecundum hoc ſignificatum exponunt aliqui hebrei aliqua
que ſupra in dictione דָּמַם Damam dixim9 ſignificare ta-
cere vel ſilere.vt.Ps.30.Erubeſcant impii & deducantur in
infernum.Hiere.9.Et ſileamus ibi quia dominus deus no
ſter ſilere nos fecit.& in eodem.25.Et conticuerũt arua pa Silere.
cis.vbi in predictis locis aliqui hebrei dicunt q; ſignificat Conticere
excidere vel opprimere:aut conſumere.Sed poteſt ſignifi
care tacere aut ſilere vel conticiſcere:ſicut ſupra dictum eſt
quia poſſunt deriuari a dictione ſupradicta דום Dom. ſiue
a dictione damam.De quo vide in predictis dictionib9. In
de דֳּמִי Domi.i.ſilentium.vt Eſa.62.Et ne detis ſilentiũ ei. דֳּמִי
Ps.82.Deus quis ſimilis erit tibi.pro quo beatus Hierony Silentium
mus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem trãſtulit. De9
non ſilentium tibi.Et propter predictam equiuocationem
poteſt etiam interpretari.Deus non ſimilis tibi.i.nullus eſt
ſimilis tibi.Scribitur etiam cum he in fine & dicitur דּוּמִיָּה דּוּמִיָּה.
Dumia.vt.Ps.21.Et nocte non ad inſipientiam mihi. Pro
quo beatus Hieronymus tranſtulit.Et nocte nec eſt ſilentiũ Silentium
mihi.Ps.38.Obmutui & humiliatus ſum: & ſilui a bonis.
Pro quo beatus Hieronymus tranſtulit.Obmutui & ſilẽtio
tacui de bono.Et de hoc vide ſupra in dictione דום Dom.

דֹּמֶן Domen.ſtercus ſiue ſterquilinium. vt.Ps.82. Facti ſũt דֹּמֶן
ſtercus terre.Hiere.9.In ſterquilinium ſuper faciẽ ter- Stercus
re erũt.& in eodem.Et cadet morticinium hominis quaſi ſterqliniũ.
ſtercus ſuper faciem regiõis.& inde מַדְמֵנָה Madmena per מַדְמֵנָה
additionem mem in principio & he in fine.i. ſterquiliniũ
ſecundum hebreos.Sed beatus Hieronymus trãſtulit plau
ſtrum.Eſa.25. Sicut teruntur palee in plauſtro. Ponitur Plauſtrũ.
etiam מַדְמֵן Madmen pro ſilentio vel ſilente ſicut dictio מַדְמֵן
ſupradicta. Hiere.48. Ergo ſilens conticeſces. vbi pro eo Silens
quod in littera noſtra eſt ſilens: in hebreo ponitur מַדְמֵן
Madmen.& dicunt aliqui hebrei q; eſt nomen proprium
cuiuſdam loci regionis moab.Et interpretatur ſtercus ſiue
ſterquilinium.

דָּמַע Damaa.lachrimare ſiue lachrimas fundere. plorare. דָּמַע
vt Hiere.13.Plorans plorabit & deducet oculus meus Plorare
lachrimã. & inde דִּמְעָה Dimaa.i.lachrima. vt in loco pre- דִּמְעָה
dicto.&.4.Reg.20. Vidi lachrimam tuam. Eſa.25. Aufe- Lachrima
ret dominus deus lachrimã.& Threñ.1. Et lachrime eius

Digitized by Google

in maxillis eius. Quod in hebreo legitur in ſingulari.ſ. & lachrima eius in maxillis eius. & ſic in aliquibus aliis locis vbi in tranſlatione noſtra legitur pluraliter. in hebreo legitur ſingulariter. & in plurali dicitur דִּמְעוֹת Demaoth.i. lachrime. vt Threñ.2. Defecerũt pre lachrimis oculi mei. Significat etiam דִּמְעָה Dimaa Liquorem.ſ. vini vel olei. ſecũdũ hebreos. vt Exo.22. Pro eo quod nos habemus decimas & primitias tuas nõ tardabis offerre. Hebrei legũt. Plenitudinem tuam.ſ.frugum: & liquorem tuũ.ſ.vini vel olei: non tardabis.ſ.offerre. Sed beatus Hieronymus tranſtulit ſenſum.

(margin: דִּמְעוֹת Lachrime; דִּמְעָה Liquor.)

דַּמֶּשֶׂק Dameſec. nomẽ proprium viri vel loci. vt Geñ.15. Et filius procuratoris domus mee: iſte damaſc⁹ elie zer. 4.Reg.8. Venit quoq; eliſeus in damaſcũ. Eſa.7. Caput ſyrie damaſcus. Amos.3. In plaga lectuli & in damaſci grabato. Sed in predicto loco dicunt aliqui hebrei ꝙ eſt nomen cõmune: & ꝙ ſignificat angulum. & ſic ipſi legunt. In plaga lectuli & in angulo grabati. Alii vero dicunt ꝙ deriuatur a dictione מֶשֶׁק Meſech. que ſignificat gubernare: ſiue ſuſtentare. vt ſit ſenſus. In plaga lectuli & in ſuſtentaculo grabati.

(margin: דַּמֶּשֶׂק Damaſcus; Angulus.; Suſtẽtaculum.)

דְּנָא Dena, ſiue דְּנָה in lingua chaldaica eſt ꝓnomẽ demõſtratiuum generis feminini vel neutri. Dañ.2. Vt que rerent mĩam a facie dei celi ſuper ſacramento iſto. & in eodem. ſacramentum hoc reuelatum eſt mihi. & in eodem. hoc eſt ſomniũ. Et quandoq; preponitur ei littera caph. & dicitur כִּדְנָה.i. ſic aut huiuſcemodi. Hiere. 10. Sic ergo dicetis eis. Dañ.2. Verbum huiuſcemodi non ſciſcitatur.

(margin: דְּנָא Iſte. Hoc.; כִּדְנָה Sic. Huiuſcemodi.)

דּוֹנַג Donag. cera. vt. Ps.67. Sicut fluit cera a facie ignis. Ps. 96. Mõtes ſicut cera fluxerunt a facie domini. Michee .1. Sicut cera a facie ignis.

(margin: דּוֹנַג Cera)

דָּעַךְ Daach. extinguere. conterere. conſumere. vt Iob. 21. Quotiẽs lucerna impiorũ extinguetur. Ps.117. Exarſerunt ſicut ignis in ſpinis. Pro quo beatus Hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatẽ tranſtulit. Extincti ſunt quaſi ignis ſpinarum. Prouer.20. Extinguetur lumen eius in mediis tenebris. Significat etiam conterere vel cõſumere. ut Iob.6. Et vt incaluerint ſoluentur de loco ſuo.i. con terentur vel conſumẽtur. Eſa.43. & cõtriti ſunt quaſi linũ.

(margin: דָּעַךְ Extinguere.; Conterere Cõſumere.)

דֹּפִי Dophi. opprobrium. Scandalũ vt. Ps.49. Et aduerſus filium matris tue ponebas ſcandalum. & ſolum inueni tur in predicto loco. Beatus vero Hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit opprobrium.

(margin: דֹּפִי Scandalũ opprobriũ)

דָּפַק Daphac. pulſare. impellere. vt Iudi.19. Et circũdãtes domũ ſenis fores pulſare ceperũt. Cãti.5. Vox dilecti mei pulſantis. Geñ.37. Quas ſi plus in ambulando fecero laborare morientur vno die. Pro quo hebrei legunt. Et ſi impellerent eas vno die morientur omnes oues.i. ſi eas fecero ambulare plus ſolito: morientur omnes oues. Vnde beatus Hieronymus tranſtulit ſenſum.

(margin: דָּפַק Pulſare; Impellere)

דַּק Dac. ſiue דָּקַק. cõminuere. cõterere. attenuare. Et ſemper ſcribitur cum ſimplici coph. vt Exo.30. Cũq; in te nuiſſimum puluerem vniuerſa cõtuderis. Pro quo hebrei legunt. Et contũdes ea & cõminues. & in eodem.32. Et cõtriuit vſq; ad puluerem. pro quo hebrei legunt. Et contriuit donec cõminutum eſt. Deut.9. Omnino quoq; in puluerem redigens.i. in puluerẽ cõminuens.2.Reg.22. Quaſi lutum platearum cõminuam eos. & illud quod habetur pſalmo.17. Et quaſi lutum platearum delebo eos. Ibi enĩ ſcribitur אֲרִיקֵם Aricem per res & non per daleth.4.Reg. 23. Combuſit & cõminuit in puluerem.2.Paralip.34. Lucos etiam & ſculptilia ſuccidit atq; cõminuit. Et in eodem Lucos & ſculptilia contriuit in fruſta. Pro quo hebrei legunt. Lucos & ſculptilia contriuit ad comminuẽdum.i. in minutiſſimas partes. Eſa.28. Neq; in vngulis ſuis comminuet eum. & in eodem.41. Triturabis gentes & cõminues. Michee.4. Et cõminues populos multos. & inde דַּק Dac. ideſt minutum ſiue cõminutum aut tenue vt Exo.16. Apparuit in ſolitudine minutum & quaſi pilo tuſſum. Accipitur etiam pro minutiſſimo vel tenuiſſimo puluere. vt Eſa.29. Et erit ſicut puluis tenuis multitudo ventilantiũ te. & in eodem.40. Ecce inſule quaſi puluis exiguus. & ſcribitur aliquãdo cum he in fine & dicitur דַּקָּה Daca. vt Leuit.16. Et hauriens manu compoſitum thymiama in incenſum. Pro quo hebrei legũt. Et plenis pugnis ſiue pugilis ſuis thimiamatis aromatum comminuti aut tenuis.3.Reg.19. Et poſt ignẽ ſybilus aure tenuis. & in plurali דַּקּוֹת Dacoth. vt Geñ. 41. Confecteq; macie. Pro quo hebrei legũt. Et tenues carne. & in eodem. Alie quoq; totidem ſpice tenues. Item דַּק Dac.i. lippus ſecundum beatũ Hieronymum. vt Leuit.21. Si gibbus ſi lippus. Hebrei tamen dicunt ꝙ in predicto loco ſignificat eũ qui habet tenuẽ pellẽ vel telã ſuper pupillã oculi. & inde דֹּק Doc. pro quo beatus Hieronym⁹ tranſtulit nihilum. Eſa.40. Qui extendit velut nihili celos. & et in hoc loco hebrei dicũt ꝙ ſignificat cortinã vel telã tenuẽ. & legũt ſic. Qui extẽdit velut cortinã vel telam celos.

(margin: דַּק דָּקַק; cõminuere; Conterere; cõminuere; דַּק Minutum; Puluis tenuis.; דַּקָּה; Cõminuti; דַּקּוֹת Tenues; דַּק Lippus; דֹּק Nihilum)

דָּקַר Dacar. perfodere. transfigere. cõfigere. vt Nu.25. Et perfodit ambos ſimul: virum.ſ. & mulierem. Iudi.10 Qui iuſſa perficiens interfecit eum. pro quo hebrei legũt. Et transfixit eum & mortu⁹ eſt.1.Reg.31. Euagina gladiũ tuũ & percute me. pro quo he.le. Euagina gladiũ tuum & transfige me vel confige me. Eſa.13. Omnis qui inuentus fuerit occidetur. pro quo hebrei legũt Transfigetur vel pfodietur.ſ. gladiis. Zach.12. Aſpicient ad me quem cõfixerunt. & in eodẽ.13. Et cõfigent eũ pater eius & mater eius & inde מְדֻקָּרִים Meducarim.i. transfixi vel cõfixi.ſ. gladiis pro quo btũs Hieronymus trãſtulit vulneratos. Hiere.37 Et relicti fuerint ex eis aliq vulnerati. & inde מַדְקְרוֹת Madceroth.i. confixiones vel cõpunctiones. Prouer.12. Eſt qui promittit & quaſi gladio pungitur. pro quo hebrei legunt Eſt qui promittit vel qui profert quaſi compunctiões vel perfoſſiones gladii.

(margin: דָּקַר perfodere; Trãſfigere percutere.; Occidere.; מְדֻקָּרִים Tranſfixi Vulnerati; מַדְקְרוֹת; Pungere Compunctiones.)

דַּר Dar. nomen cuiuſdam lapidis precioſi. vt Eſter.1. Sup pauimentum ſmaragdino & pario ſtratũ lapide diſpoſiti erant. & dicunt hebrei ꝙ ſignificat lapidem lucidum & quod deriuatur a דָּרוֹם Darom quod ſignificat meridiem.

(margin: דַּר Lapis parius.)

דְּרוֹר Deror. libertas. remiſſio. electio. turtur. vt Leuit.25. Et vocabis remiſſionem cunctis habitatoribus terre tue.i. libertatem. Hiere.34. Predicans vt dimitteret vnuſquiſq; ſeruum ſuum. pro quo hebrei legunt. Predicans eis remiſſionem vel libertatem: vt dimitteret vnuſquiſq; ſeruum ſuum. & in eodẽ. Vt predicaretis libertatẽ vnuſquiſq; ad amicũ ſuũ. & in eodẽ. Ecce ego predico libertatẽ ait dominus. & ſcribitur cum vau in ſecũda ſyllaba. Significat et דְּרוֹר Deror purum vel electũ. vt Exo.30. Sume tibi aromata prima myrrhe electe.i. eius que libere tranſit per manus mercatorũ. Eſt etiã nomẽ cuiuſdã auis. pro quo in nr̃a trãſlatione ponitur turtur. vt. Ps.83. Etenĩ paſſer inuenit ſibi domum & turtur nidum. & beatus Hieronym⁹ in pſalterio iuxta he.ve. poſuit genus pro ſpecie & tranſtulit auem. Et ſimiliter Prouer.26. Sicut auis ad alta tranſuolans & paſſer quolibet vadens. vbi ponitur pro paſſere. Et dicũt aliqui ꝙ ſignificat hirundinẽ: eo quod libere nidificat apud homines in quacũq; domo abſq; vllo timore.

(margin: דְּרוֹר Remiſſio; Libertas; Electum.; Turtur.; Paſſer)

דֵּרָאוֹן Deraon. abomiatio. opprobriũ. vt Eſa.66. Et erũt vſq; ad ſacietatem viſiõis omñi carni. Pro quo hebrei legũt

(margin: דֵּרָאוֹן)

Digitized by Google

opprobriū Erūt in opprobriū: ſiue in abominationem omni carni. Poteſt etiā ſignificare ſicut eſt in littera noſtra. vt ſit dictio compoſita a דֵּי De. quod ſignificat abūdantiam vel ſacietatē aut ſatis: & רָאוֹן Raon quod deriuatur a verbo רָאָה Raa. quod ſignificat videre. & licet dictio דֵּי De. ſcribatur cum littera Iod ad hoc quod ſignificet abundantiā vel ſacietatem: tamen in cōpoſitione poteſt omitti illa littera: ſicut in aliis dictionibus compoſitis in quibus deficiunt vel ſuperfluunt alique littere & maxime quando ſunt littere vocales: ſicut eſt Iod. & tranſlatio chaldaica concordat cum littera noſtra. in qua ſic habetur. Donec dicant iuſti ſatis vidimus. ponitur etiam predicta dictio דֵּרָאוֹן Deraon. Dan. 12 vbi dicitur. Alii in opprobrium vt videant ſemper. i. vt ſatis videant. Pro quo hebrei legunt. Alii in opprobrium in abominationem ſemper. poteſt etiam legi ſic. In ſacietatē vel in abundantiam viſionis ſemper. Quod eſt idem ſenſus cum littera noſtra.

דֵּרָאוֹן Satis videre. abominatio

דָּרְבָן Darban. ſtimulus. vt. 1. Reg. 13. vſq; ad ſtimulum corrigendum. & in plurali דָּרְבֹנוֹת Darbonoth. vt eccl. 12. Verba ſapientium ſicut ſtimuli.

Stimulus. Stimuli.

דָּרַג Darag. maceria. ſepes. & ſcribitur cum mem in principio & cū he in fine & dicitur מַדְרֵגָה Madrega. vt Cāt. 2. In cauernis macerie. & in plali מַדְרֵגוֹת Madregoth. Pro quo beatus Hieronymus tranſtulit ſepes. Ezech. 38. Et cadent ſepes & omnis murus. Sed in ſuis explanationibus ſuper loco predicto dicit ꝙ ſignificat munitiōes. & in lingua chaldaica דָּרַג Darag ſignificat gradum vel locū eminentē.

Maceria. Sepes. Gradus

דַּרְדַּר Dardar. tribulus. vt Gen. 3. Et ſpinas & tribulos germinabit tibi. Et ſolum inuenitur in predicto loco. Et ponitur ibi in hebreo ſingulare pro plurali.

Tribulus.

דָּרַךְ Darach. calcare. conculcare. ambulare. incedere. ire. viam facere. dirigere. tēdere. extendere. ſ. arcum. vt Deut. 1. Et ipſi dabo terrā quam calcauit. & in eodē. 11. Oīs locus quē calcauerit pes veſter: veſter erit. & in eodē. 33. Et tu eorū colla calcabis. Ioſ. 1. Oēm locū quē calcauerit veſtigiū pedis veſtri. Iudi. 5. Cōculca aīa mea robuſtos. & in eodem. 20. Ceciderunt atq; proſtrati ſunt ad orientalē plagā vrbis gabaa. pro quo hebrei legūt. Calcauerūt ſiue conculcauerunt eū vſq; cōtra gabaa. Iob. 22. Nūquid ſemitam ſeculorū cuſtodire cupis: quā calcauerunt viri iniqui. i. ꝑ quā ambulauerunt viri iniqui. & in eodē. 28. Non calcauerunt eā filii inſtitorum. Ps. 90. Sup aſpidem & baſiliſcū ambulabis. Eſa. 11. Ita vt tranſeant per eū calciati. i. vt ambulent vel incedant per eū. & in eo. 59. Oīs qui calcat in eis ignorat pacem. i. oīs qui ambulat vel incedit in eis. Michee. 1. Et calcabit ſuper excelſa terre. Significat etiā calcare vuas vel oliuas in torculari. vt Iudi. 9. Vaſtātes vineas vuaſq; calcantes. Nee. 13. Calcantes torcularia in ſabbato. Eſa. 63. Et veſtimenta tua ſicut calcantis in torculari. & in eodem. Torcular calcaui ſolus. Hiere. 25. Celeuma quaſi calcantiū cōcinetur. Threñ. 1. Torcular calcauit domin⁹. Michee. 6. Tu calcabis oliuas. Item ſignificat viam facere ſiue viam preparare. vt Abach. 3. Viam feciſti equis tuis in mari. Poteſt etiam legi ſic. Calcaſti in mari equis tuis. Ponitur etiam ꝓ triturare. vt Hiere. 51. Filia babylonis tempus triture eius. Significat ēt dirigere vel incedere. Ps. 24. Diriget māſuetos in iudicio. & in eodem. Dirige me in veritate tua. Ponitur etiam pro oriri. vt Nu. 24. Orietur ſtella ex iacob. Sed etiā in hoc loco hebrei legunt. Incedet ſiue ambulauit ſtella ex iacob. Inde דָּרַךְ Darech. ſiue דֶּרֶךְ Derech. i. via. Iter. conſuetudo. Mos. vt Gen. 6. Omnis quippe caro corruperat viam ſuam. Et in eodem. 19. Et mane proficiſcemini in viam veſtram. & in eodem. Et cuſtodierit me in via ꝑ quā ambulo. Exo. 4. Cūq; eſſent in itinere in diuerſorio. & in eodem. 18. Viam per quam ingredi debeant. Nu. 21. Et tedere cepit populus itineris ac laboris. & in eodem. Via regia gradiemur. Ioſ. 23. En ego hodie ingredior per viam vniuerſe terre. Iudi. 17. Cūq; veniſſet in mōtem ephraim iter faciens. 1. Reg. 12. Et docebo vos viam rectam & bonā 3. Reg. 13. Nec reuerteris per viam qua veniſti. & in eodē. Abiit ergo per aliam viam & non eſt reuerſus per iter quo venerat. Iob. 17. Et tenebit iuſtus viam ſuā. Ps. 1. Q̄m nouit dominus viam iuſtorum & iter impiorum peribit. Ps. 2. Neq̄n iraſcatur dn̄s & pereatis de via iuſta. Eſa. 10. Et baculum ſuum leuabit ſuper te in via egypti. & in eodē. 40. Parate via dn̄o. Ponitur ēt pro more vel conſuetudine: vt Gen. 19. Et nullus virorum remanſit qui poſſit ingredi ad nos iuxta morē vniuerſe terre. & in eodem. 31. Quia iuxta conſuetudinem feminarum nunc accidit mihi. & etiam ponitur aliq̄n in nr̄a tranſlatiōe via: pro more vel cōſuetudīe Et in plurali דְּרָכִים Derachim. i. vie. vt Hiere. 6. State ſup vias & videte. & q̄n poſt ſe regit genitiuum vel q̄ſi cōponitur cū pronominib⁹ āmittit litterā mem. vt Leuit. 26. De ſerteq; fiēt vie veſtre. 2. Parali. 13. Reliq̄ aūt ſermonū abie viarūq; & operū eius. Ps. 24. Vias tuas dn̄e demonſtra mihi. Ps. 118. Vias meas annunciaui. Ps. 137. Et cantēt in viis dn̄i. Prouer. 10. Qui aūt deprauat vias ſuas manifeſtus erit & in eodem. 28. Qui peruerſis graditur viis concidet ſemel. & in eodē. 31. Et diuitias tuas ad delēdos reges. Pro q̄ hebrei legūt. Et vias tuas ad delēdos reges. Eſa. 58. Et glorificaueris eū dū non facis vias tuas. vbi ponitur ibi vias ꝓ negociis vel operibus. Inde מִדְרָךְ Midrach. i. quātum pōt calcare vnius pedis veſtigiū: vt Deut. 2. Neq; eīm dabo vobis de terra eorum quātū pōt vnius pedis calcare veſtigiū Item דָּרַךְ Darach. tendere. ſ. arcū vel ſagittas. vt. Ps. 7. Arcum ſuum tetendit. Ps. 10. Q̄m ecce peccatores intenderūt arcū. Ps. 36. Et intenderunt arcum ſuum. Ps. 63. Intēderūt arcū rem amarā. pro quo beatus Hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. tranſtulit. Intenderūt ſagittam ſuā verbū amariſſimum. Eſa. 5. Omnes arcus eius extenti. & in eodē. 21. A facie arcus extenti. Hiere. 9. Et extenderunt linguā ſuā quaſi arcum mendacii. & in eo. 51. Nō tēdat qui tēdit arcū ſuum. Thren. 2. Tetendit arcum ſuum quaſi inimicus.

Calcare. Cōculcare. Ambulare. Calcare vuas. Viā facere. Triturare. Dirigere. Oriri. Incedere. דֶּרֶךְ Via. Iter. Mos. cōſuetudo. דְּרָכִים Vie. מִדְרָךְ Quātū poteſt calcare vni⁹ pedis veſtigium. דָּרַךְ Tendere. Extendere.

דַּרְכְּמוֹן Darchemon. drachma. ſolidus. vt Eſdre. 2. Auri ſolidos q̄draginta millia & mille. Nee. 7. Auri drachmas viginti millia. & ſolum inuenitur in numero plurali.

Solidus. drachma.

דָּרוֹם Darom. meridies. ſiue auſtrū. vt Deut. 33. Mare & meridiem poſſidebit.

Meridies.

דְּרָע Daraa. in lingua chaldaica ſignificat brachiū. Dan. 2. Pectus & brachia de argento. & ſcribitur etiam cum aleph in principio. & dicitur אֶדְרָע Edraa. Eſdre. 4. Et prohibuerunt eos in brachio & robore.

Brachium. אֶדְרָע Brachium

דָּרַשׁ Daras. querere. cōſulere. exquirere. req̄rere. vt Gen. 9. Sanguinem eīm animarū veſtrarū requirā. & in eodem. Et de manu fratris eius requirā animā hoīs. & in eo. 42. Sanguis eius exquiritur. Leuit. 10. Cū q̄reret moyſes exuſtū reperit. Deut. 4. Si tñ toto corde q̄ſieris eū. & in eo. 13. Quere ſolicite & diligēter rei veritate perſpecta. Eſdre. 10. Vt quererent rē. vbi ponitur דָּרִישׁ Darios ꝓ דְּרשׁ Deros. & Ps. 9. Queretur peccatū illi⁹ & non inuenietur. Ps. 13. Aut requirens deū. Ps. 21. Laudate dn̄m qui requirunt eum. Ps. 33. Exquiſiui dn̄m & exaudiuit me. Ps. 108. Et eiiciantur de habitationibus ſuis. pro quo beatus Hieronym⁹ in pſalterio iuxta hebraicā veritatē tranſtulit. Et querātur in parietinis ſuis. Ps. 110. Exquiſita in omnes volūtates ei⁹ Ps. 118. In toto corde meo exquiſiui te. Eſa. 31. Et dn̄m nō

Requirere Exquirere Querere

Digitized by Google

exquiſierūt.& in eo.55. Querite dn̄m dū iueniri pōt.& in eodē.58.Me etenim de die in diem querunt.& in eodē.62 Tu aūt vocaberis queſita ciuitas.& in eodem.65. Queſierunt me qui antea non interrogabant. Ponitur ēt pro conſulere vel interrogare. vt Gen̄.25. Perrexitq̧ rebeca vt cōſuleret dominū. Ezech.14. Et venerit ad prophetam vt interroget per eum me.& in eodem.20. Venerunt de ſenioribus iſrael vt interrogarent dn̄m.& in eo. Nunquid ad interrogandū me vos veniſtis.& in voce paſſiua ſignificat reſpōdere ad interrogata. vt in eodē.14. Nunquid interrogatus reſpōdebo eis.& in eo.20. Viuo ego quia non reſpondebo vobis.& inde מִדְרָשׁ Midras.i.liber in quo ſcribuntur res geſte: eo quod in eo requiruntur res geſte ſeu preterita. vt 2.Paralip.13. Reliqua aūt ſermonū abie viariiq̧ & operum eius ſcripta ſunt diligentiſſime in libro addo prophete.

Conſulere interrogaſ — *Reſpōdere* — מדרש *Liber.*

דָּשָׁא Daſa.germinare.pululare.Herbā facere. vt Gen̄.1. Germinet terra herbam viretem. Ioel.2. Quia germinauerunt ſpecioſa deſerti. Inde דֶּשֶׁא Deſe.i. herba. dū eſt tenera & recēs orta. Gen̄.1. vt ſupra.& in eodem. Et protulit terra herbam virentem. Deut.32. Quaſi imber ſuper herbam. Hiere.50. Qm̄ effuſi eſtis ſicut vituli ſuper herbā.

דשא Germiare. דשא Herba

דָּשַׁן Daſan. impinguare.incraſſari. Pinguē eſſe. cinerem colligere. vel a cinere mundare. Deut.31. Cūq̧ comederint & ſaturati craſſiq̧ fuerint. Ps.19. Et holocauſtū tuū pingue fiat. Ps.22. Impīguaſti in oleo caput meū. Prouer.11. Anima que benedicit impinguabitur.& in eodē.13. Aīa aūt operantiū impinguabitur.& in eo.15. Fama bona impinguat oſſa.& in eo.28. Qui vero ſperat in dn̄o ſaluabitur. pro quo hebrei legunt. Qui vero ſperat in dn̄o impinguabitur. Eſa.34. Incraſſatus eſt adipe.& in eo. Et humus eorum adipe pinguium. Pro quo hebrei legunt. Et humus eorum adipe impinguabitur.& inde דָּשֵׁן Daſen.i.pinguis vel craſſus. vt Eſa.30. Eritq̧ vberrimus & pinguis. & in plurali דְּשֵׁנִים Deſenim ſiue דִּשְׁנֵי Diſne. Ps.21. Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terre. Ps.91. Vberes & bene patiētes erunt. Pro quo beatus Hieronymus in pſalterio iuxta he.ve.tranſtulit. Pingues & frondētes erūt. & inde דֶּשֶׁן Deſen. vel דָּשֶׁן Daſen. cū accentu in prima ſyllaba.i.pinguedo.craſſitudo. vt Iudi.9. Nūquid poſſum deſerere pinguedinem meā. Ps.66. Sicut adipe & pinguedie repleatur anima mea. Eſa.55. Et delectabitur in craſſitudine aīa veſtra. Hiere.31. Et inebriabo aīam ſacerdotum pinguedine. Item דֶּשֶׁן Deſen ſiue דָּשֶׁן Daſen.i.cinis. vt Leuit.1. In quo cineres effundi ſolent. pro quo hebrei legūt. In locum cineris.& in hebreo caret nūero plurali. & in eodē.6 Tolletq̧ cineres quos vorans ignis exuſſit. 3. Reg.13. Et effūdetur cinis q in eo eſt. & inde verbū דִּשֵּׁן Daſen.i.cineres colligere. vel a cinere mundare. vt Exo.27. Facieſq̧ in vſus eius lebetes ad ſuſcipiendos cineres. Nu.4. Sed & altare mundabūt cinere.& inde illud pſalmi.20. Et holocauſtum tuū pinguefiat: exponūt aliqui hebrei. Et holocauſtū tuū incineretur.i. in cinerē redigetur ſup altare holocauſtū.

Incraſſari impiguare — דשן *Pinguis.* דשנים *Pingues.* — דשן *pinguedo. Craſſitudo* — דשן *Cinis.* — דשן *Cinerē ſuſcipere. A cinere mundare*

דָּת Dath. edictū.lex.ritus.conſtitutio.ſn̄ia. Eſdre.8. Dederūtq̧ edicta regis ſatrapis qui erant de cōſpectu regis. Eſter.1. Scientium leges ac iura maiorum.& in eodē.& ſcribantur iuxta legem perſarum atq̧ medorū.& in eodem.3. Nouis vtens legibus.& in eodem. Inſuper & regis ſcita cōtemnens. Pro quo hebrei legunt. Et leges ſiue edicta regis non ipſi faciunt.i.cōtemnūt.& in eodē. Statimq̧ edictū pependit in ſuſis.& in eodē.4. Et tunc ingrediar ad regē contra legem faciens. Dan̄.2. Vna eſt de vobis ſn̄ia.& aliqn̄ ſcribitur cum aleph in fine. vt in eodem. Et egreſſa ſn̄ia ſapientes interficiebantur. Ponitur ēt pro tributo quod datur regibus vl̄ principibus per ſingulos annos. vt Eſdre.6. vt de arca regis.i. de tributis que dantur de regiōe trās flumen.

דת Edictum Lex. — *Sentētia* — *Tributum.*

דִּתְאָה Ditha in lingua chaldaica ſignificat herbā ſiue fenum. Dan̄.4. Et cum feris pars eiꝰ in herba terre.

דתאה Herba.

דְּתָבְרַיָּא Dethabraia. in lingua chaldaica ſignificat optimates ſiue magnates.& ſolum inuenitur in nūero plurali. Dan̄.3. Duces & tyrāni & optimates.

דתבריא optimates

De incipientibus a littera.ה. He.

הַ Ha. Iſta particula הַ Ha. Nunq̄ reperitur ſola per ſe ſicut neq̧ vlla alia littera hebraica. Sed apponitur nomini vel verbo & aliquibus aliis partibus orationis. Et qn̄ preponitur: tunc cōmuniter eſt quaſi articulus demōſtratiuus ſicut in greco. ὁ. ἡ. τό. qui ſunt articuli maſculini & feminini & neutrius ſicut in noſtro vulgari dicitur. El. la. los. las. Et ſic in hebreo dicitur הָאִישׁ Hais.i.vir cū predicto articulo El. ſ. vir ſpecialis de quo habemus aliquam cognitionem: vel de quo facta eſt aliqua mentio.& ideo nunq̄ apponitur nomini proprio quia eſt notus per ſe & non indiget tali articulo. nec etiam predictus articulus apponitur nomini qn̄ illud nomē iungitur cū p̄nomine deriuatiuo.ſ. Meus. tuus ſuus. noſter. veſter. Niſi in paucis admodū locis: vt Ioſ.7. Et abſcondi in terra contra medium tabernaculi mei. vbi huic nomini tabernaculi mei in hebreo preponitur predictus articulus & dicitur הָאָהֳלִי Haaholi. Et quātum memoria teneo ſolum inuenitur in predicto loco. In aliis vero locis ſemper apponitur nomini quod non habet poſt ſe p̄nomen adiunctum. vt Gen̄.42. Locutus eſt nobis dn̄s terre dura. pro quo in hebreo habetur. Locutus eſt nobis vir dominus terre dura. vbi preponitur predicta particula הַ Ha huic dictioni vir. Exo.11. Fuitq̧ moyſes vir magnus valde. Pro quo in hebreo habetur. Etem̄ vir moyſes magnus valde.ſ.fuit הָאִשָּׁה Haiſa.i.mulier cum predicto articulo. la. vt Gen̄.3. Mulier quā dediſti mihi ſociā. הָאֲנָשִׁים Haanaſim. ideſt viri. cum predicto articulo los. vt Gen̄.34. Irati ſunt valde. pro quo in hebreo habetur. Irati ſūt viri valde. Exo.35. Viri cum mulieribus prebuerūt. הַנָּשִׁים Hanaſim.i.mulieres cum predicto articulo. las. vt in eodem.15. Egreſſeq̧ ſunt oēs mulieres poſt eam.& predictus articulꝰ הַ Ha preponitur omnibus caſibꝰ & generibꝰ & nūeris. Nomiātiuo vt הָאָרֶץ הָיְתָה Haares haitha.i.terra erat. vt Gen̄.1. Terra aūt erat inanis & vacua. genitiuo vt מִקְוֵה הַמַּיִם Micue hamaim.i.cōgregationem aquarum. vt in eodem. Cōgregationeſq̧ aquarū vocauit maria: Datiuo vt עַל הָאָדָם Al haadam.i.homini. vt in eodē.2.. Precepitq̧ ei dicens. Pro quo in hebreo habetur. Precepitq̧ dn̄s deꝰ homini ſiue ipſi, adedicens. Accuſatiuo ut אֵת הַשָּׁמַיִם Eth haſamaim.i.celos. vt in eodem.1. In principio creauit deus celum & terrā. Vocatiuo vt הַאֲזִינוּ הַשָּׁמַיִם Haazinu haſamaim.i. audite celi. vt Deut.32. Audite celi que loquor. Ablatiuo vt בַּיּוֹם הַשְּׁמִינִי Baiom haſemini.i.in die octauo. vt Leuit.9. Facto aūt octauo die.& aliqn̄ ponitur pro hoc articulo vocādi.o. vt הַמֶּלֶךְ Hamelech.i.o.rex. vt Iudi.3. Verbū ſecretū habeo ad te. o rex הַשַּׂר Haſar.i.o princeps. vt.4 Reg.9. Verbum mihi ad te o princeps.& in eo. At ille dixit ad te o princeps. הַנַּעַר Hanaar.i.o adoleſcens. vt.1.Reg.17. De qua progenie es. o adoleſcēs הָרֹאֶה Harbe.i.o videns. vt.2.Reg.15. O vides reuertere in ciuitatem הַכֹּהֲנִים Hacohanim.i.o ſacerdotes. vt Malach.1. O ſacerdotes qui deſpicitis nomen meum. Et ſecūdū hebreos nunq̄ preponitur nomini proprio predictus articulus: niſi tn̄ nominibus appellatiuis. Et licet preponatur huic nomini adē tamē preponitur ei prout eſt no

ה — *Articuls demōſtratiuꝰ* — *Articulus nomiatiui Articulus genitiui. Articulus datiui. Articulus accuſatiui. Articulus vocatiui. Articulus ablatiui. Articulus vocandi.*

Digitized by Google

mẽ appellatiuum & ſignificat hominem. Significat ẽt q̃ſi
Ille. ꝓnomẽ demõſtratiuũ. vt הָאִישׁ Hais.i. ille vir. vt. 2. Reg. 12
Tu es ille vir qui feciſti hãc rem. vbi pro eo quod in lr̃a no-
ſtra eſt ille vir in hebreo habetur Hais. הָאִשָּׁה Haiſa.i. illa
mulier. vt. 1. Reg. 1. Ego ſum illa mulier que ſteti coram te
hic הָרְחָבָה Archaba.i. illa latiſſima. Hiere. 51. Murus baby-
lonis ille altiſſimus. debet legi latiſſimus. & in hebreo mu
rus eſt generis feminini. & aliq̃n ſignificat emphaſim.i. ni
miam quandã expreſſionem vel excellentiam. Sicut apud
latinos. Alexander ille magnus. Sic apud hebreos. dicitur.
הָאֱלֹהִים Haelohim ſiue הָאֵל Hael.i. ille deꝰ qui eſt ſup̃ oẽs
deos. הַגָּדוֹל Hagadol.i. ille magnꝰ. הַגִּבּוֹר Hagibor.i. ille po
tens. הַנּוֹרָא Hanora.i. ille terribilis, vt Deut. 10. Deꝰ magnꝰ
& potens & terribilis. vbi omibus his dictionibus preponi
tur predictus articulus הָ Ha. vt הָעַלְמָה Haalma.i. virgo cũ
predicto articulo. vt Eſa. 7. Ecce uirgo cõcipiet & pariet fi-
lium. Apponitur etiam hec littera הַ cum apice patha no-
mini uel pronomini aut uerbo. Et eſt articulꝰ interrogãdi
nel dubitandi: & ſignificat nunquid uel nun. vt Geñ. 4. Nũ
Nunquid. Nun. quid cuſtos fratris mei ego ſum. & in eodem. 18. Nun vere
paritura ſum. & in eodem. 20. Nun gentem ignorantem &
iuſtam interficies. & in eodem. 27. Nun vnã tm̃ benedictio
nem habes. & in eodẽ. 34. Nunquid vt ſcorto abuti debue
re ſorore noſtra. & in eodẽ. 37. Nunquid rex noſter eris. Et
in eodem. 41. Nun inuenire poterimꝰ talem uirũ. & Exo.
2. Nun occidere me uis. Nu. 11. Nunquid ego concepi oẽm
hanc multitudinem. & in eodem. 16. Nun parum uobis eſt.
Iob. 4. Nunquid homo dei cõparatione iuſtificabitur. Et
ſic in aliis q̃ꝫ plurimis locis. Item ponitur pro forſitan. vt
Forſitan. Exo. 14. Forſitã non erãt ſepulchra in egypto. Iob. 11. For-
ſitan veſtigia dei cõprehendes. Item ſignificat vtrũ. Geñ.
Utrum. 24. Vtrum proſperum iter ſuum feciſſet deus. & in eodem
27. Vtrum tu ſis filius meus eſau. & in eo. 37. Vide vtrũ tu
nica filii tui ſit. & in eodem. 42. Vtrum falſa an vera ſint.
Exo. 16. Vt tentem eũ vtrum ambulet in lege mea. Nu. 11.
Iam nunc videbis vtrum meus ſermo opere compleatur.
& in eo. 13. Vtrũ fortis ſit an infirmus. ponitur etiam in pre
An. dicto loco pro An. & in eodẽ. 16. An & oculos noſtros vis
eruere. & 1. Reg. 21. An deſũt nobis furioſi. Iob. 40. An ex
trahere poteris leuiatan hamo. Item ponitur pro hac par-
Si. ticula. Si. interrogatiue vel dubitatiue. vt Geñ. 8. Vt vide-
ret ſi iam ceſſaſſent aque. & in eo. 43. Si pater viueret: ſi ha
beremus fratrem. & Exo. 4. Vt videam ſi adhuc viuãt. Ps.
13. Vt videat ſi eſt intelligens. Ps. 57. Si vere vtiq̃ꝫ iuſtitiam
loquimini. Item ponitur pro. Ne. Interrogatiue uel dubi-
Ne. tatiue aut admiratiue. vt. 3. Reg. 13. Tu ne es vir dei qui ve-
niſti de iuda. & in eo. 17. Etiam ne viduã apud quam ego
vtcũq̃ꝫ ſuſtentor afflixiſti. & in eodem. 18. Tu ne es ille qui
Ecce. cõturbas iſrael. Item ponitur pro ecce. vt Iob. 26. Ecce gi-
gantes gemũt ſub aquis. Et q̃n apponitur verbo vel parti-
Qui. cipio aliquãdo ponitur pro nõie relatiuo. ſ. qui. que. quod.
vt Geñ. 2. Ipſe eſt qui circuit oẽm terrã euilaꝫ. & in eodẽ.
24. Quis eſt ille homo qui venit per agrum. Ioſ. 10. Et ait
ad principes qui ſecũ ierant. vbi ponitur הֶהָלְכוּ Hehalchu.
ideſt qui ierant vel qui ambulauerant. & Eſdre. 10. Omnes
viri qui duxerũt vxores alienigenas. Eſter. 1. Qui regna-
uit ab india vſq̃ꝫ ad ethiopiam. Habet fortaſſe & alios mo-
dos ſignificãdi: qui poſſunt reduci ad ſupradictos. De quo
vide in ſuperiori tractatu grãmatice.

הַהּ Ve. הָהּ Hah. interiectio eſt dolentis. pro quo beatus Hierony-
mus tranſtulit. Ve. vt Ezech. 30. Vlulate ve diei. & ali-
quãdo ſcribitur cũ aleph in prĩcipio. & dicitur אֲהָהּ Ahah.
De quo vide ſupra in littera aleph.

הֵא He. ecce. vt Geñ. 47. Accipite ſemina & ſerite agros. הֵא
Pro quo hebrei legunt. Ecce vobis ſemen & ſerite ter- Ecce.
rã. & Ezech. 16. Quapropter & ego vias tuas in capite tuo
dedi. pro quo hebrei legunt. Et etiam ego ecce viam tuam
in capite. ſ. tuo dedi. הַבְהַב

הַבְהַב Habhab. offerre. vt Oſee. 8. Hoſtias offerent. & ſo-
lum inuenitur in predicto loco. & dicunt aliqui he- Offerre
brei ꝙ deriuatur a dictione יָהַב Iahab. que ſignificat addu
cere vel afferre ſiue offerre. Alii vero dicũt ꝙ ſignificat cõ
cremare ſiue aſſare. quia idem ſignificat in lingua chaldai
ca & arabica.

הָבָה Haba. aduerbium eſt exhortandi vel inuitandi. ſ. eia. הָבָה
age. agite. beatꝰ Hieronymꝰ tranſtulit venite. Geñ. 11 Venite.
Venite faciamꝰ lateres. De q̃ vide ĩfra in dictiõe יָהַב Iahab.
הָבַל Habal. euaneſcere. ſiue vanũ eſſe. Aut vane agere: vel הָבַל
vane loqui. vt. 4. Reg. 17. Secutiq̃ꝫ ſũt vanitates & va- Vane agere
ne egerũt. Iob. 27. Et quid ſine cauſa vana loquimini. Hie Vana loq.
re. 2. Et ambulauerunt poſt vanitatem & vani facti ſunt. & Vanum eſſe
inde הֶבֶל He'bel ſiue הָבֶל Hábel.i. vanitas aut vanum. & in הֶבֶל
plurali הֲבָלִים Habalim.i. vanitates aut vana. vt Ecclꝰs. 1. Va הֲבָלִים
nitas vanitatum dicit ecclꝰs: vanitas vanitatũ & oĩa vanitas. Vanitas.
& in eo. Vidi cũcta que fiunt ſub ſole & ecce vniuerſa vani- Vanitates
tas. & in eodẽ. 2. Et eſt quicq̃ꝫ tam vanũ. & in eo. Adoleſcẽ
tia & voluptas vana ſunt. Deut. 32. Irritauerũt me in vani- Vanum
tatibus ſuis. Hiere. 10. Vana ſunt & opus riſu dignũ. Põitur
etiam pro idolis vel pro ſculptilibus. vt in eodem. 14. Nũ- Sculptilia
quid ſunt in ſculptilibus gentium qui pluat.

הָבֶן Háben. genꝰ eboris. Sed quia eſt dictio obſcura & inu- הָבֶן
ſitata. ideo btũs Hieronymꝰ poſuit in trãſlatiõe ipſum Hebenini
hebraicũ. vt Ezech. 27. Dẽtes eburneos & hebeninos. vbi הָבְנִים
ponitur in hebreo הָבְנִים Habnim. in nũero plurali. & ſolũ
inuenitur in predicto loco. Et dicunt aliqui hebrei ꝙ ſigni
ficat quoddã genus ligni pulcherrimi.

הֹבֵר Hober. augur. aſtrologus. vt Eſa. 47. Stent & ſaluent הֹבֵר
te augures celi qui contemplantur ſydera. lxx. vero Augures.
ſic tranſtulerunt. Stent & ſaluam te faciant aſtrologi celi. & Aſtrologi.
ſolum inuenitur in nũero plurali & in predicto loco.

הָגָה Haga. meditari. loqui. clamare. ſonos ſeu verba profer הָגָה
re. rugire. gemere. amouere. auferre. vt Iob. 27. Neq̃ꝫ Meditari.
lingua mea meditabitur mendacium. Ps. 1. Et in lege eius
meditabitur die ac nocte. Ps. 2. Et populi meditati ſunt ina
nia. Ps. 62. In matutinis meditabor in te. Ps. 70. Sed & lin-
gua mea tota die meditabitur iuſtitiam tuam.i. loquetur.
Ps. 76. Et meditabor in oĩbus operibꝰ tuis. Eſa. 33. Cor tuũ
meditabitur timorẽ. & in eo. 37. Meditatꝰ eſt in ſpiritu ſuo
duro per diẽ eſtus. Sed dicunt hebrei ꝙ in predicto loco ſi-
gnificat amouere vel auferre. & ſic legunt. Amouit ſiue ab- Amouere.
ſtulit in ſpiritu ſuo duro. & in eodẽ. 59. Concepimꝰ & locu Loqui
ti ſumus de corde verba mendacii. ponitur ẽt pro clamare. Clamare
vt. Ps. 113. Nõ clamabũt in gutture ſuo. & btũs Hieronymꝰ Sonare
in pſalterio iuxta he. ve. tranſtulit. Nõ ſonabunt in gutture
ſuo. Eſa. 8. Qui ſtridẽt in incantationibus ſuis. pro quo he-
brei legunt. Qui garriũt & clamãt vel ſonant aut loquũtur
Item ſignificat rugire vel gemere. vt Eſa. 31. Quomõ ſi ru- Rugire
giat leo & catulus leonis ſup̃ predam ſuã. & in eo. 59. Et q̃ſi Gemere
columbe meditantes gememus. & ſupra in eodẽ. 38. Medi
tabor vt colũba.i. gemã vel rugiam vt colũba. Inde הֶגֶה He הֶגֶה
ge.i. ſonus. ſermo. locutio. gemitꝰ. vt Iob. 37. Et ſonum de Sonus
ore eius procedẽtẽ. & Ps. 59. Sicut aranea meditabuntur.
Pro quo beatꝰ Hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. trãſtu
lit. Quaſi ſermonẽ loquẽs. ponitur etiã pro gemitu. pro q̃
beatꝰ Hieronymus tranſtulit carmẽ. ſ. lugubre vel triſte. vt Carmen.
Ezech. 2. Et ſcripte erant in eo lamentationes & carmen

Digitized by Google

Rugitus. Meditatio הגות. Meditatio הגיון. Meditatio. Canticum הגה. Amouere. Auferre.

& ve.& aliqñ ſcribitur cum duplici gnimal.& ſignificat clamorem vel rugitum aut meditationem.vt.Ps.5. Intellige clamorem meum.& beatus Hieronymus tranſtulit.Intellige rugitum meum.Ps.38.In meditatione mea exardeſcet ignis.& aliqñ ſcribitur cum tau in fine & dicitur הגות Haguth.vt.Ps.48.Et meditatio cordis mei prudentia. Inde הגיון Higaion.i.meditatio.vt.Ps.9. In operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator.pro quo hebrei legũt. In operibus manuum ſuarum corruit impius meditatio ſemper.ſiue meditatione ſemper.Ps.18.Et meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.Ponitur etiam pro cantico.vt.Ps.91.Cum cãtico in cithara.Item הגה Haga.amouere.auferre.2.Reg.20.Amoto ergo illo de via tranſibat oĩs vir.& Prouer.25.Aufer rubiginem de argento.& in eodẽ. Aufer impietatem de vultu regis.

הגן Separatũ. הגנה. Canere.

הגן Hagan.ſeparatũ.vt Ezech.42.Que via erat añ veſtibulũ ſeparatum per viam orĩetalẽ ingredientibus.vbi pro eo quod in littera noſtra eſt ſeparatum in hebreo habetur הגנה Hagina.& ſolum inuenitur in predicto loco.& dicunt hebrei ꝙ ſignificat rectum ſiue directum. Tamẽ ſi illa particula ה Ha eſſet articularis ſicut ſupra in principio huius littere dictum eſt.Tunc dictio גנה Gina ſignificat hortum ſiue pomerium.& tunc poterit eſſe talis littera.ſ.que via erat ante veſtibulum ſiue ante peribolum horti ſiue pomerii per viam orientalem ingrediẽtibus. Alii vero dicũt ꝙ predicta dictio deriuatur a dictione נגן Nagan.que ſignificat canere vel pſallere.& legũt.Que via erat ante peribolum vel clauſuram organizationis vel cantici.i. vbi leuite canebant laudes deo.& huius opinionis eſt Nicolaus de lyra cui concordat tranſlatio chaldaica.

הד Gloria.

הד Hed.laus.ſiue gloria.vt Ezech.7. Prope eſt dies occiſionis & non glorie montium.& dicunt hebrei ꝙ ſignificat ſonitum ſiue clamorem aut reſonantiam.Et ꝙ deriuatur a ſequenti dictione que ſignificat ſonitum vel clamorẽ Alii vero dicunt ꝙ deriuatur a dictione הוד Hod.que ſignificat laudem vel gloriam.ſicut eſt in littera noſtra. De quo infra dicetur.

הידד Vox calcãtium. Clamor. Celeuma.

הידד Hedad.ſonitus.ſtrepitus.clamor.pro quo beatus Hieronymus tranſtulit vocem calcãtium.Eſa.16.Vox calcantium irruit.& in eodem. Vocem calcantium abſtuli.i. clamorem vel ſtrepitum quem calcantes in torculari faciũt Quod etiam dicitur celeuma.vt Hiere.25. Celeuma quaſi calcantium concinetur.& in eodem.48.Nequaꝗ̃ calcator vue ſolitum celeuma cantabit.& in eodem.51. Et ſuper te celeuma cantabitur.in quibus locis ponitur predicta dictio pro celeuma.Et ſcribitur cum iod in prima ſyllaba.

הדברי optimates.

הדברי Hadabre ſiue הדבריא Hadabraia in lingua chaldaica ſignificat optimates ſiue principes. & ſolum inuenitur in numero plurali. Dañ.3.& ait optimatibꝰ ſuis.

הדה Mittere.

הדה Hada.extendere.mitere.ſ.manũ.vt Eſa.11.Et in cauernam reguli qui ablactatus fuerit manũ ſuam mittet.Et ſolum inuenitur in predicto loco.

הדך Conterere.

הדך Hadach.conculcare.conterere.vt Iob.40. Et contere impios in loco ſuo.& ſolũ inuenitur iu predicto loco.

הדם Scabellũ. הדם Scindere. הדמין Fruſta.

הדם Hadom.ſcabellum.vt Ps.109. Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.Eſa.66. Terra autem ſcabellum pedum meorum.Item הדם Hadem.in lingua chaldaica ſignificat ſcidere:aut in fruſta ſecare & inde הדמין Hadamin.i.fruſtra ſeu fragmenta. Dañ.1. Peribitis vos.pro quo hebrei legunt.in fruſta concidemini.& in eodem.3.Diſpereat:& domus eius vaſtetur.pro quo hebrei legunt.In fruſta concidatur.

הדס Myrtus. הדסים Myrteta.

הדס Hadas.myrtus.vt Nee.8.Frõdes myrti & ramos palmarum.Eſa.41. Dabo in ſolitudine cedrum & ſpinã & myrtum.& in eodem.55. Et pro vrtica creſcet myrtus. & in plurali הדסים Hadaſim. pro quo beatus Hieronymus tranſtulit.Myrteta.Zach.1.Et ipſe ſtabat inter myrteta que erant in profundo.

הדף Impellere. Expellere. ſubuertere. Impigere.

הדף Hadaph.impellere.expellere. ſubuertere. vt Nu.35. Si per odium quis hominem impulerit.Deut.6.vt deleret omnes inimicos tuos coram te.pro quo hebrei legũt. Vt expellat omnes inimicos tuos coram te. Prouer.10. Et inſidias impiorũ ſubuertet.Eſa.22.Et expellam te de ſtatione.Hiere.46.Non ſtetit:quoniam dominus ſubuertit eum Ezech.34.Pro eo quod lateribus & humeris impingebatis.i.expellebatis vel impellebatis.

הדר Honorare. Gloriari. Glorificar. הדר Pulcher. Pulchritudo. Decor. Dignitas. הדרי Splẽdores. Montes. הדור Formoſus. הדורים Glorioſi. הדר Reuertere.

הדר Hadar.decorare.honorare.gloriare.glorificare.vt Leuit.19.Et honora perſonã ſenis. Prouer. 25. Ne glorioſus appareas coram rege.i.ne glorieris coram rege ſeu ne glorificeris·Threñ.4.Faciem ſenum non erubuerunt. Pro quo hebrei legunt. Facies ſenum non ſunt honorate. vel non ſunt decorate. Dañ.5.Deum qui habet flatum tuũ in manu ſua non glorificaſti.Exo.23.Et pauperis non miſeraris in iudicio.pro quo hebrei legunt.Et pauperẽ non honorabis ſiue non decorabis in iudicio. Sed beatus Hieronymus tranſtulit ſenſum.& inde הדר Hadar ſiue הדר Heder.i.pulcher ſiue decorus:aut pulchritudo vꝉ decor.vt Leuit.23. Sumetiſq; vobis die priõ fructꝰ arboris pulcherrime.Ps.95.Confeſſio & pulchritudo in conſpectu eius.Ps. 103.Cõfeſſionem & decorem induiſti. Dañ.11. Et indignꝰ decore regio.Ps.144.Magnificentia glorie ſanctitatis tue loquetur.pro quo beatus Hieronymus in pſalterio iuxta hebraicã veritatẽ tranſtulit decorẽ glorie magnitudis tue & verba mirabilium tuorum loquar. Dañ.4. Et in gloria decoris mei.& aliqñ ſcribitur cũ tau in fine.vt.Ps.95. Adorate dñm in atrio ſancto eius.pro quo beatꝰ Hieronymꝰ in pſalterio iuxta hebraicam veritatem trãſtulit.Adorate dominum in decore ſanctuarii.2.Paralip.20. Vt laudarent eũ in turmis ſuis. pro quo hebrei legunt.Et laudarent decorẽ ſanctuarii ſiue decorem ſanctum aut in decore ſanctuarii. Ponitur etiam pro dignitate. vt Prouer.14. In multitudie populi dignitas regis.i.gloria ſiue decor regis.& in plurali הדרי Hadre.pro quo in noſtra tranſlatione habetur ſplẽdores.Ps.109.In ſplendoribus ſanctorum.Sed beatꝰ Hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem pro הדרי Hadre.legit הררי Harere cum duplici res.i.montes.vbi ſic tranſtulit.In montibus ſanctis.Et hec varietas cõtigit propter ſimilitudinem res & daleth: que ſunt quaſi vnius figure.& fortaſſe in libris antiquis erat ſcriptũ הררי Harere cũ duplici res. Inde הדור Hadur.i.decorus glorioſus ſiue formoſus.vt Eſa.63. Iſte formoſꝰ in ſtola ſua.& in pꝉali הדורים Hadurim.vt in eodem.45.Et glorioſos terre humiliabo. Hebrei tamen dicunt ꝙ in predicto loco ſignificat anfractus:ſiue abrupta:vel circuitus viarum:aut vias non rectas. & ſic legunt.Et diſtorta.i.ea que non ſunt recta rectificabo ſiue anfractus vel abrupta.ſ. viarum equabo.Item הדר Hadar in lingua chaldaica ſignificat reuertere. Dañ.4. Et ad honorem regni mei decoremq; perueni.pro quo hebrei legunt.Et ad honorem regni reuerſus ſum ſiue reductꝰ ſum.

הו

הו Ho.ve.Interiectio dolentis.vt Amos.5.Et in cũctis que foris ſunt dicetur ve.ve.& ſolũ inuenitur in pdicto loco.

הוא Ipſe.

הוא Hu.pronomen eſt tertie perſone aut verbum ſubſtantiuum.ſ.ipſe vel ipſum.ille vel illud.iſte vel iſtud.is vꝉ id. eſt vel fuit.Geñ.1.Ipſe eſt qui circuit omnem terram eui

Digitized by Google

Ipſum. Ille. Iſte. lath. & in eodem. Ipſum eſt nomen eius. Et in eodē. 18. Ipſe vero ſtabat iuxta eos. & in eo. 27. Quis igitur ille eſt qui dudū captam venationem attulit mihi. Exo. 6. Iſte eſt aarō & moyſes. & in eo. Iſte eſt moyſes & aaron. Eſter. 7. Quis eſt iſte & cuius potentie. Et accipitur etiam in genere neutro: quia hebrei non habent genꝰ neutrum: ſed pro eo vtūtur cōiter genere maſculino & aliquando feminino. Scribitur etiam היא Hi cum vau in medio dictionis. & cum puncto hiric in genere feminino. ſ. ipſa. illa. iſta. vt Geñ. 3. Mulier quam dediſti mihi ſociam dedit mihi de ligno. pro quo in hebreo habetur. Ipſa dedit mihi de ligno. & in eodem. Ipſa conteret caput tuum. Sed in predicto loco in codicibꝰ hebreorum ſcribitur הוא Hu cum puncto ſurec: quod interpretatur ipſe vel ipſum & refertur ad ſemen: De quo ſupra dixerat: inimicitias ponam inter te & mulierem & ſemen tuum & ſemen illius. Vtroqꝫ tñ mō legi poteſt: quia eiſdē litteris vtrūqꝫ ſcribitur in hebreo ſcilicet ipſum & ipſa. Et in eodem. 17. Delebitur anima illa de populo ſuo. & in eodem. 24. Ipſa eſt mulier quam preparauit dominꝰ filio domini mei. & ſic in aliis locis ponitur היא Hi. cum vau in medio dictionis in genere feminino. Item ponitur הוא Hu. ꝓ hoc nomine relatiuo quis vel qui. vt Geñ. 14. Qui habitabat in ſodomis. & in eodē. Qui habitabat in conualle mābre. Ponitur etiam pro hoc verbo ſubſtantiuo Sum es fui. vt Geñ. 20. Quia propheta eſt. & in eodem. In omni loco ad quem ingrediemur dices ꝙ frater tuꝰ ſim. Deut. 32. Videte ꝙ ego ſim ſolus. Vide etiam de hoc infra in dictione הוה Haua.

(Margin: הוא Ipſa היא Illa הוא Qui.)

הוד Hod. gloria. laus. confeſſio. honor. decor ſiue ſpecies. Nu. 17. Et dabis ei precepta cunctis videntibus & partē glorie tue. 2. Paralip. 29. Et tibi laus. ſ. eſt. & Iob. 39. Gloria narium eius terror. Ps. 103. Confeſſionem & decorē induiſti. Ps. 148. Confeſſio eius ſuper celum & terrā. Hiere. 22. Ve domine: ve inclyte. Pro quo hebrei legunt. Ve domine ſiue ve domino & ve glorie eius. Dañ. 11. Et non tribuetur ei honor regius. Oſee. 14. Et erit quaſi oliua gloria eius. Zach. 10. Quaſi equum gloria eius in bello. Significat etiam decorem ſiue ſpeciē. 1. Paralip. 7. Soror autem eius regina peperit virum decorū. Dañ. 10. Et ſpecies mea immutata eſt in me.

(Margin: הוד Gloria. Confeſſio. Honor. Decorus. Species.)

הוה Haua. verbum eſt ſubſtantiuū. ſ. ſum es fui. vt Geñ. 27. Eſto dominus fratrum tuorū. Eſdre. 4. Nam & reges fortiſſimi fuerunt in ieruſalem. Nee. 8. Et leuare te velis ſuper eos in regē. Pro quo hebrei legunt. Et tu es ſup eos rex ſiue & tu velis eſſe ſuper eos rex. Eccſ. 2. Quid enim ꝓderit homini de vniuerſo labore ſuo. pro q̄ he. le. quid eñ eſt homini de vniuerſo labore ſuo. Et aliquando ſcribitur cum aleph in fine. vt in eodem. 11. In quocūqꝫ loco ceciderit ibi erit. & Iob. 37. Qui precipit niui vt deſcendat in terrā. Pro quo hebrei legunt. Qui precipit niui eſſe in terra. i. vt deſcendat in terram ſicut eſt in littera noſtra. Dañ. 2. Tu rex videbas. Pro quo hebrei legunt. Tu rex videns eras. & aliquando ſcribitur cum lamed in principio & aleph in fine loco he. Dañ. 2. Sit nomen domini benedictum in ſecula. vide etiam de hoc infra in dictione היה Haia. Item הוה Houa ſiue הוה Haua aut הות Hauath. i. calamitas. vanitas. inſidie. iniquitas. peruerſitas. vt Iob. 6. Et calamitas quam patior. Eſa. 47. Irruet ſuper te calamitas quam non poteris expiare. Ponitur etiam pro vanitate. Ps. 51. Et preualuit in vanitate ſua. Sed beatus Hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatē tranſtulit. Confortatus eſt in inſidiis ſuis. Prouer. 10. Inſidias impiorum ſubuertet. Michee. 7. Et magnꝰ locutus eſt deſiderium anime ſue. Pro quo hebrei legūt. Et magnus locutus eſt iniquitatem vel peruerſitatem anime ſue. Sed mutando he primum in aleph: tunc poteſt ſignificare deſiderium. & in plurali. הוות Hauoth. Ps. 37. Et qui inquirebant mala mihi locuti ſunt vanitates. ſed beatus Hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit inſidias. Ponitur etiam pro iniuſtitia. vt. Ps. 51. Iniuſtitiā cogitauit lingua tua. Pro quo beatus Hieronymus tranſtulit in predicto pſalterio. Inſidias cogitat lingua tua. Ps. 54. Et labor in medio eius & iniuſtitia. Pro quo beatus Hieronymus in predicto pſalterio tranſtulit. Inſidie in vitalibus eius. Ponitur etiā pro iniquitate. vt. Ps. 56. Donec tranſeat iniquitas. Sed etiam in hoc loco beatus Hieronymꝰ in predicto pſalterio tranſtulit. Donec tranſeant inſidie. Et dicūt aliqui hebrei ꝙ ab hac dictione deriuatur verbum תהותתו Thehothethu. Pro quo. lxx. trāſtulerunt irruitis. vt. Ps. 61. Quouſqꝫ irruitis in hominem. Pro quo beatus Hieronymus in predicto pſalterio tranſtulit. Vſquequo inſidiamini contra virum.

(Margin: Eſſe. הוה Calamitas. Vanitas. Inſidie. Iniquitas. הוות Vanitates. Iniuſtitia. Irruere. Inſidiari.)

הוי Hoi. ve. interiectio dolentis. ſiue o. quod eſt aduerbium vocatiui caſus. vt Eſa. 1. Ve genti peccatrici. & in eodem 5. Ve qui coniungitis domum domui. & in eodem. Ve qui trahitis peccatum in funiculis vanitatis. & in eodē. Ve qui dicunt malum bonum & bonum malum. & in eodem. Ve qui ſapientes eſtis in oculis veſtris. & in eodem. Ve qui potentes eſtis ad bibendum vinum. & in eodem. 10. Ve qui cōdunt leges iniquas. & in eodem. Ve aſſur virga furoris mei & Hiere. 22. Non plangent eum ve frater & ve ſoror: non concrepabunt ei ve domine & ve inclyte. & in eodem. 47. O mucro domini vſquequo non quieſces. & Zach. 2. O. O fugite de terra aquilonis. & in eodē. 2. O ſion fuge. Eſa. 55. Omnes ſitientes venite ad aquas. Pro quo hebrei legunt. O omnes ſitientes venite ad aquas. & aliquando ſcribitur ſine Iod. & dicitur הו Ho de quo ſupra dictum eſt.

(Margin: הוי Ve. O.)

הון Hon. diuitie: ſiue multitudo aut abundātia diuitiarum. ſubſtantia. ſufficientia. ſatis. vt. Ps. 118. Sicut in omnibꝰ diuitiis. Prouer. 11. Non proderunt diuitie in die vltionis. Et in eodem. 13. Et quaſi pauper cum in multis diuitiis ſit. Et in eodem. 19. Diuitie addunt amicos plurimos. Ponitur etiam pro ſubſtantia. vt Prouer. 1. Omnem precioſam ſubſtantiam reperiemus. & in eodem. 3. Honora dominum de tua ſubſtantia. Et in eodem. 6. Omnem ſubſtantiam domꝰ ſue tradet. Et in eodem. 10. Subſtantia diuitis vrbs fortitudinis eius. Et in eodem. 13. Subſtantia feſtinata minuetur. Et in eodem. 24. Vniuerſa ſubſtantia precioſa & pulcherrima. Significat etiam ſatis vel ſufficientia. vt Prouer. 30. Et quartum ꝙ nunquam dicit ſufficit. Et in eodem. Ignis vero nunq̄ dicit ſufficit. Ponitur etiam pro precio. vt. Ps. 43 Vendidiſti populum tuum ſine precio. id eſt ſine ſubſtantia vel ſine diuitiis.

(Margin: הון Diuitie. Subſtātia. Sufficiētia. Precium.)

הזה Haza. dormitare ſecundum hebreos. & inde הזים Hozim. id eſt dormitantes. Pro quo beatus Hieronymus tranſtulit. videntes vana. quaſi חזים Chozim cum littera cheth. Eſa. 56. Videntes vana dormientes & amantes ſomnia. & ſolum inuenitur in predicto loco.

(Margin: הזה הזים Vana.)

הי Hi. ve. Interiectio dolentis. vt Ezech. 2. Et ſcripte erant in eo lamentationes & carmen & ve. & ſolū inuenitur in predicto loco.

(Margin: הי Ve.)

היא Hi. pronomen eſt tertie perſone generis feminini. i. ipſa. illa. iſta. ea. eadē. vt Geñ. 20. Et ipſa ait frater meus eſt. Iudi. 4. Que iudicabat populum. Et in eo. Et ſedebat ſub palma que nomine illius vocabatur. Pro quo he

(Margin: היא Ipſa.)

Digitized by Google

Ipſa. הִיא brei legunt. Et ipſa ſedebat ſub palma debbora. Threñ. 1. Habitauit inter gentes pro q̃ in he. hr̃ ipſa habitauit inter gẽtes. Et aliquando ſcribitur cũ vau in medio dictiõis ſicut ſupra dictum eſt in dictione הוא Hu. Ponitur etiam pro hoc verbo ſubſtantiuo ſum es fui. vt Geñ. 12. Quare non indicaſti mihi q̃ vxor tua eſſet. Et in eodem. 20. Dixitq̧ de ſara vxore ſua ſoror mea eſt. Ps. 118. Quia in eternum mihi eſt. (Eſſe.)

הָיָה Eſſe. הָיָה Haia eſſe. verbum ſubſtantiuum. egrotare. euaneſcere. vt Geñ. 6. Noe vir iuſtus atq̧ perfectus fuit in generationibus ſuis. Et in eodem. 10. Ipſe cepit eſſe potens in terra: & erat robuſtus venator coram domino. Et in eodẽ. Fuit autem principium regni eius babylon. Et in eodem. 21. Et fuit cum eo. Et in eodem. 26. Sit iuramentum inter nos. Exo. 3. Ego ſum qui ſum. & in eodem. Qui eſt miſit me ad vos. Et in eodem. 9. Ecce manus domini erit ſuper agros. Iudi. 16. Infirmus ero vt ceteri hominum. 1. Reg. 1. Fuit vir vnus de ramathaim. 2. Reg. 4. Duo viri principes latronum erant filio ſaul. Et i eo. 7. Ego ero ei in patrẽ & ipſe erit mihi in filium. Dañ. 1. Fuit autem daniel vſq̧ ad annum primum cyri regis. Et aliquando ſcribitur ſine he finali. vt in aliquibus locis ſupradictis. Scribitur etiam aliquando cum duplici iod. vt Geñ. 24. Soror noſtra creſcas in mille millium. Pro quo in hebreo habetur. Soror noſtra tu ſis in mille millium. 2. Reg. 15. Si veneris mecum eris mihi oneri. & a predicta dictiõe: & a ſupradicto verbo הוה Haua. deriuatur nomen domini tetragrammaton quod ſcribitur quattuor litteris. ſcilicet. Iod. he. vau. he. & ſignificat eſſe vel eſſentiam. pro quo beatus hieronymus & alii interpretes traduxerunt dominum: & etiam hebrei pro hoc nomine legunt אֲדֹנָי Adonai. ideſt dominus. de quo vide ſupra in dictione אָדוֹן Adon. Et aliquando predicta dictio

Fieri. הָיָה Haia. põitur p̃ hoc verbo. fio. fis. fit. vt Geñ. 1. Fiat lux & facta eſt lux. Et in eodem. Fiat firmamentũ in medio aquarum. Et in eodem. Et factum eſt ita. Et in eodem. Fiant luminaria. & Ruth. 1. Et factum eſt in diebus vnius iudicis. Threñ. 3. quis eſt iſte qui dixit vt fieret. Ezech. 1. Factum eſt verbum domini ad ezechielem filium buzi. Et in eodem. 6. Et factus eſt ſermo domini ad me dicens. Et in voce paſſiua aliquando recipit nun in principio. vt Deut. 4. Si facta eſt aliquando huiuſcemodi res. Iudi. 19. Nunquam res talis facta eſt. Prouer. 13. Deſiderium ſi compleatur delectat animam. Pro quo hebrei legunt. Deſiderium factum. ideſt completum delectat animam. Significat etiam infirmari ſiue languere: quando ſcribitur cum nun in principio. vt Dañ. 8. Et ego daniel langui & egrotaui per dies. Item ſignificat euaneſcere ſiue perire. pro quo beatus hieronymus tranſtulit fugit. vt Dañ. 2. Et ſomnus eius fugit ab eo. (Languere Euaneſcer)

הֵיךְ quomodo. הֵיךְ Hech. Quomodo. vt. 1. Paralipo. 13. Quomodo poſſum ad me introducere Arcam dei. Dañ. 10. Et quomodo poterit ſeruus domini mei loqui cum domino meo.

הִים Côturbare Tumultuari. הִים Him. Turbare. tumultuari. perdere. interficere. Ps. 54. Contriſtatus ſum in exercitatione mea & cõturbatus ſum. Michee. 2. Tumultuabuntur a multitudine hominum. Et aliquando ſcribitur ſine iod. vt Deut. 7. Et interficiet illos donec penitus deleantur. Vbi vltimum mem non eſt de ſubſtantia dictionis: ſed eſt pronomen relatiuum numeri pluralis. & Ruth. 1. Velox apud cunctos fama percrebuit. Pro quo hebrei legunt. Et conturbata (Interficer) eſt omnis ciuitas ſuper eis. Siue tumultuata eſt omnis ciuitas ſuper eis. Sed beatus Hieronymus tranſtulit ſenſum. Vide etiam de hoc infra in dictione הָמַם Hamam. & in dictione הָמָה Hama. Et inde מְהוּמָה Mehuma. ideſt perturbatio. pauor. interfectio. vt Deut. 7. Donec penitus deleantur. Pro quo hebrei legunt. Perturbatione ſiue interfectione magna nimis. Et. 1. Reg. 5. Fiebat enim pauor mortis in ſingulis vrbibus. (מְהוּמָה Perturbatio. Pauor)

הִין Velle. paratũ eſ. הִין Hin. Velle. paratum eſſe. vt Deut. 1. Cumq̧ inſtructi armis pergeretis in montem. Pro quo hebrei legunt. Et voluiſtis aſcendere in montem: ſiue parati fuiſtis aſcendere in montem. Et dicunt aliqui hebrei q̧ deriuatur a dictione הֵן Hen: que ſignificat ecce. Item.

הִין Hin genus menſure. הִין Hin. Menſura erat liquidorum. vt Exo. 29. Et quartam partem Hin. Et Nume. 28. Et quartam partem Hin vini.

הֵיכָל Templum. Palatium. הֵיכָל Hechal. Templum. palatium. & communiter ſcribitur cum iod in prima ſyllaba. vt. 3. Reg. 6. Et porticus erat ante templum. Ps. 5. Adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo. Ps. 10. Dominus in templo ſancto ſuo. Ps. 143. Circum ornate vt ſimilitudo templi. & Eſa. 6. Et ea que ſub ipſo erant replebant templum. Et in eodem. 39. Et erunt eunuchi in palatio regis babylonis. Hiere. 7. Nolite confidere in verbis mendacii dicentes: templum domini: templum domini: templum domini eſt. Et ſecundum hebreos ponitur ibi templum ter eo quod in tres partes erat diuiſum. ſcilicet in domum exteriorem que dicebatur porticus. Et in domum mediam in qua erat menſa & candelabrum. Et in domum interiorem in qua erat arca & cherubin que dicebatur oraculum ſiue ſanctum ſanctorum. Dañ. 1. Et qui poſſent ſtare in palatio regis. Amos. 8. Et ſtridebunt cardines templi. Et in plurali. הֵיכָלִים Hechalim: ſiue הֵיכְלֵי Hechle. ſecundum terminationem nominum maſculinorum ſiue. הֵיכָלוֹת Hechaloth. Secundum terminationem femininorum. vt. Ps. 44. A domibus eburneis ex quibus delectauerunt te. ideſt a templis vel a palatiis eburneis. Prouer. 30. Stellio manibus nititur & moratur in edibus regis. ideſt in palatiis regis. Ponitur etiam pro delubris. Eſa. 13. Et ſyrene in delubris voluptatis. Oſee. 8. Et oblitus eſt iſrael factoris ſui & edificauit delubra. (הֵיכָלִים Domus. Templa. Palatia. Edes. Delubra.)

הָכַר opprimer. הָכַר Hacar. Opprimere. Iob. 19. Et non erubeſcitis opprimentes me. Et aliqui hebrei dicunt q̧ ſignificat impudenter agere. ſiue ingratum eſſe. Quia in lingua Arabica ſignificat impudentiam. Vnde in predicto loco ipſi legunt. Et non erubeſcitis impudenter agitis contra me: ſiue ingrati eſtis mihi. Et inde הַכָּרַת Hacarath. ideſt impudentia ſiue ingratitudo. Eſa. 3. Agnitio vultus eorum reſpondebit eis. Pro quo hebrei legunt: Impudentia vultus eorum reſpondebit eis. Vnde ſubditur. Et peccatum ſuum quaſi ſodoma predicauerunt: & non abſconderunt. Poteſt etiam deriuari a verbo נָכַר Nacar. Quod ſignificat cognoſcere vel agnoſcere. ſicut eſt in littera noſtra. (Impudenter agere. igratũ eſ. הַכָּרַת Agnitio Impudentia.)

הָלַל Laudare. הָלַל Halal. Laudare. gloriari. letari. ſplendeſcere. fulgere Inſanire. conturbare. iniq̧ agere. Iudi. 16. Quod etiam populus videns laudabat deum ſuum. 1. Paralipo. 16. Laudate nomen ſanctum eius. Pro quo hebrei legunt. Laudamini ſiue gloriamini in nomine ſancto eius. Et in eodem. 29. Confitebimur tibi & laudabimus nomen tuum inclytum. 2. Paralipo. 20. Laudabant dominum

Digitized by Google

deum iſrael voce magna.ps.9.Quoniam laudatur pecca-
tor in deſideriis anime ſue .ps . 21. In medio Eccleſie
laudabo te.Ps.62.Et labiis exultationis laudabit os me-
um.Et in eodem. Laudabuntur omnes qui iurant in eo.
Ps.101.Et qui laudabant me aduerſum me iurabant. Sed
beatus hieronymus aliam ſignificationem ſequens in pſal
terio iuxta hebraicam ve. tranſtulit.Exultantes per me iu-
rabant.Ps.118.Septies in die laudem dixi tibi. pro lauda-
ui te.Et in eodē. Viuet anima mea:& laudabit te.Ps.134.
Laudate nomen domini laudate ſerui domini. Ps.145.
Lauda anima mea dominum.Ps.148.Laudate dominum
de celis.Ps.150.Omnis ſpiritus laudet dominū. Prouer.
27.Laudet te alienus & non os tuum.Et in eodem.31.Mu
lier timens deum ipſa laudabitur.Et in eodem. Laudent e
am in portis opera eius.Canti.6. Regine & concubine &
laudauerunt eam.Eſa.38.Neq; mors laudabit te, Et in eo-
dem.45.In domino iuſtificabitur & laudabitur omne ſe-
מהלל men iſrael.Et inde מהלל Mehulal .ſiue מהלל Mahalal.
Laudabilis ideſt laudabilis:ſiue laus: vel laudatio.vt.1.Reg.22. Lauda
bilem inuocabo dominum.Prouer.27.Sic probatur ho-
mo ore laudantis.Pro quo hebrei legunt . Et homo iuxta
laudem ſuam ſiue iuxta laudationem ſuam.Sed beatus hie
Laus. תהלה ronymus tranſtulit ſenſum. Et inde תהלה Thchila.ſiue
תהלת Thehilath.ideſt laus . ſiue laudatio aut laudabilis.
Laudatio. vt in titulo pſalmi.44. Vbi dicitur laudatio ipſi dauid, &
in eodem Ps. Laudationem domini loquetur os meum.
Laudabilis Hiere.49. Quomodo dereliquerunt ciuitatem laudabi
תהלות lem.Et in plurali. תהלות Thehiloth.vt.Ps.21.Tu autem
in ſancto habitas laus iſrael. Pro quo hebrei legunt. Et tu
Laudes. ſanctus habitator ſiue habitās laudes iſrael ſiue laudatiōes
iſrael.Beatus vero hieronymus in pſalterio iuxta hebrai-
cam veritatem tranſtulit.Et tu habitator ſancte laus iſrael.
Et ponitur ibi ſingulare pro plurali.& Eſa. 60 .Et laudes
הלולים domini annunciantes.Scribitur etiam pluraliter. הלולים
Hilulim . ideſt laudationes . Pro quo beatus hieronymus
tranſtulit laudabiles.vt Leuit.19.Quarto autem anno om
laudabiles nis fructus eorum ſanctificabitur laudabilis domino.& in
הללויה Aleluia. de הללויה Aleluia.ideſt laudate dominum. & eſt dictio
compoſita ab הללו Halelu . ꝙ ſignificat laudate vt ſu-
laudate dominum. pra.& יה Ia: quod eſt vnum de nominibus dei: & ponitur
pro domino.vt Ps.146.Laudate dominum quoniam bo
nus eſt pſalmus. Vbi pro eo quod in littera noſtra eſt Lau
הלל date dñm:in hebreo habetur הללויה Haleluia. Itē הלל Ha
lal ſignificat gloriari vel letari. ſcilicet quando eſt verbum
Gloriari. quarte coniugationis.vt.Ps.48. Et in multitudine diui-
tiarum ſuarum gloriantur.Ps.51. Quid gloriaris in mali-
tia:qui potens es in iniquitate. Ps. 96. Et qui gloriantur
in ſimulachris ſuis.Ps.105.Et gloriemur in laude tua.Pro
uer.20.Et cum receſſerit gloriabitur.Et in eodem. 27.Ne
glorieris in craſtinum.Hiere. 9.Non glorietur ſapiens in
ſapientia ſua:& non glorietur fortis in fortitudine ſua:&
non glorietur diues in diuitiis ſuis: ſed in hoc glorietur
qui gloriatur.Ponitur etiam pro letari. vt Eſa. 41. Et in
Letari. הלולים ſancto iſrael letaberis.Et inde הלולים Hilulim .Pro quo
Chori cantantium. beatus Hieronymus tranſtulit choros cātantium . vt Iudi.
9.Et factis cantantium choris ingreſſi ſunt fanum dei ſui.
הלל Item הלל Halal.ideſt ſplendere.fulgere .lucere. Iob.29.
Splendere Fulgere. Quando ſplendebat lucerna eius ſuper caput meum.Et in
eodem.31.Si vidi ſolem cum fulgeret.Et in eodem.41.ſter
nutatio eius ſplendor ignis.Eſa.13.Quoniam ſtelle celi &
ſplendor earum non expandent lumen ſuum , vide etiam
הילל de hoc ſupra in dictione אהל Ahal.& inde הילל Helel.

ideſt lucifer.vt Eſa.14. Quomodo cecidiſti de celo lucifer Lucifer הלל
qui mane oriebaris.Significat etiam הלל Halal Inſanire: Inſanire.
vt.1.Reg.21.Et collabebatur inter manus eorum. Pro quo
hebrei legunt.Et inſaniebat inter manus eorum. Hiere. Cōturbare
25.Et bibent & turbabuntur & inſanient. Ponitur etiam
pro conturbare.vt Eccl's. 7 . Calumnia conturbat ſapien-
tem. Et Naū . 2. In itineribus conturbati ſunt. Item poni-
tur pro iniq; agere.Ps.74.Dixi iniquis nolite iniq; age- Iniq; agere.
re.Et inde הוללים Holelim.ideſt ſtulti ſiue iniqui.Ps.5.nec הוללים
permanebunt iniuſti ante oculos tuos.Pro quo beatus hie
ronymus tranſtulit.Non ſtabunt iniqui in conſpectu ocu- Iniqui
lorum tuorum.Ps.72.Quia zelaui ſuper iniquos . Et in-
de מהולל Meholal.ideſt ſtultus . ſiue iniquus . pro quo be מהולל
atus hieronymus tranſtulit.Errorem.Eccl's.2.Riſum repu Error.
taui errorem.& inde הוללות Holeluth.ideſt inſania vel ſtul הוללות
titia ſecundum hebreos.Sed beatus hieronymus tranſtu-
lit.errorem.Eccl's.1.Erroreſq; & ſtultitiam . Et in eodem. Stultitia.
7.Et vt cognoſcerem impietatem & errorem impruden- Error.
tium.& in eodem.10.Et nouiſſimum oris illius error peſſi
mus.Et ſupra in eodem. 9. tranſtulit contemptum. vbi di
citur. Vnde & corda filiorum hominum implentur mali- Contēpt9.
cia & contemptu in vita ſua . Et inde תהלה Tahola . Pro תהלה
quo beatus hieronymus tranſtulit prauitatem.vt Iob . 4 . Prauitas
Et in angelis ſuis reperit prauitatem.
הלא Halo.Nonne.nunquid non: vtiq;.ecce. Geñ.20.Nō Nonne. הלא
ne ipſe dixit mihi ſoror mea eſt.Et in eodem . Nōne Nonne.
pro rachel ſeruiui tibi.Exo.4.Nonne ego dominus. Iudi. Nunquid nō
9.Nunquid non eſt ipſe filius ierobaal. Prouer. 8 . Nun-
quid non ſapientia clamitat. Et aliquando ſcribitur cum
vau & aleph in fine.vt Geñ. 4. Nonne ſi bene egeris reci-
pies.Et in eodem.31.Nonne quaſi alienas reputauit nos .
Et in eodem. 42.Nunquid non dixi vobis nolite peccare
in puerum.Et aliquando ponitur pro vtiq; ſiue pro ecce.
vt Exo.4.Aaron frater tuus leuites ſcio ꝙ eloquens ſit. Vtiq;.
Pro quo hebrei legunt. Vtiq; ſiue ecce Aaron frater tuus le
uites. Deut.4. Qui eſt in rabath filiorum amon, pro quo Ecce.
hebrei legunt. Vtiq; eſt ſiue ecce eſt in rabath filiorum A-
mon.Ioſ.1.Ecce precipio tibi confortare & eſto robuſtus.
Et.1.Reg.10.Ecce vnxit te dominus ſuper hereditatem ſu
am in principem.Et in eodem.23.Nonne ecce dauid lati-
tat apud nos. Vbi ponitur pro nonne & ecce. Ruth.2.Au-
di filia ne vadas in alterum agrum ad colligendum. Vbi in
hebreo premittitur ſupradicta dictio.ſcilicet vtiq; ſiue ec-
ce audi filia . 1 . Reg. 13 . Ego enim ſum qui precipio vo-
bis. Vbi ſimiliter in hebreo premittitur ſupra dicta di-
ctio הלא Halo. Vide etiam de hoc infra in dictione .
לוא Lo.
הלאה Hala . Vltra . trans . illuc.Deinceps.vt.1.Reg.10. הלאה
Cumq; abieris inde & vltra tranſieris . Et in eo- Vltra.
dem.20.Ecce ſagitte vltra te ſunt.Et in eodem. Ecce ſagit-
ta ibi eſt:porro vltra te.Amos. 5. Et migrare vos faciam Trans.
trans damaſcum.Ponitur etiam pro illuc.vt Geñ.19. Rece
de illuc.Nu.16.Et ignem huc illucq; diſpergat. Vbi poni- Illuc.
tur pro huc & illuc.Item ſignificat deinceps. vt Leuit.22.
Die autem octauo et deinceps offerri poterunt.1. Reg. 18. Deinceps.
A die illa et deinceps.Et inde deriuatur נהלאה Nahalaa. נהלאה
ideſt remota vel eiecta aut repulſa. Et eſt participium paſ-
ſiuum in hebreo. Pro quo Beatus hieronymus tranſtulit.
Eam que laborauerat.vt Mich.4. Et eam que laboraue- Ea que laborauerat.
rat in gentem robuſtam. Lxx. vero tranſtulerunt . Et repul Repulſa.
ſam.Poteſt etiam deriuari a dictione.לאה Laa.Que ſigni-
ficat laborare.ſicut beatus hieronymus tranſtulit.

Digitized by Google

הָלָה הָלָה Hala. Iniq; ſiue praue agere. & inde תְּהֹלָה Tahola. i.
Iniquè agere. תְּהֹלָה Prauitas. Iob. 4. Et in angelis ſuis reperit prauitatē.
De quo vide ſupra in dictione הָלַל Halal.
Prauitas. הָלַךְ הָלַךְ Halach. Ambulare. gradiri. ire. incedere. procede
re. Diſcurrere. tranſire. Geñ. 3. Et cum audiſſent vo
Deābulare. cem domini dei deambulantis in paradiſo. Et in eo=
Ambulare. dem. 5. Et ambulauit enoch cum deo. Et in eodem. cum
deo ambulauit noe. Et in eodem. 17. Ambula coram
me. Et in eodem. 32. Ecce properat in occurſum tuum. Pro
quo hebrei legunt. Et ecce ipſe ambulat in occurſum tuum
Et in eodem. 48. Deus in cuius conſpectu ambulauerunt
patres mei. Leuit. 26. Et ambulabo inter vos. Deut. 22. Do
minus enim deus tuus ambulat in medio caſtrorum tuorū.
Ire. Ioſ. 10. Et ait ad principes exercitus qui ſecum ierant. Et
הָלְכוּא ponitur ibi הָלְכוּא Halchu cum aleph addita in fine. 3. Re.
21. Et ambulauit demiſſo capite. Iob. 23. Si ad orientem ie
ro nō apparet. Et in eodem. 24. Nudos dimittunt homies
indumenta tollentes. pro quo hebrei legunt. Nudum faci=
Incedere. unt ambulare abſq; indumento. Et in eodem. 30. Merens
Abire. incedebam ſine furore. Ps. 1. Beatus vir qui non abiit in cō
Gradiri. ſilio impiorum. Ps. 14. Qui ingreditur ſine macula. ideſt
qui graditur vel ambulat ſine macula. Ps. 25. Et compla=
cui in veritate tua. Pro quo beatus hieronymus in pſalte=
rio iuxta he. ve. tranſtulit. Et ambulabo in veritate tua. Ps.
37. Tota die contriſtatus ingrediebar. Pro quo beatus hie=
Incedere. ronymus tranſtulit. Tota die merens ambulabam. Ps. 42.
Quare contriſtatus incedo. Ps. 54. In domo dei ambula=
uimus in conſenſu. Ps. 84. Iuſtitia ante eum ambulabit.
Ps. 118. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege do=
mini. Ps. 130. Neq; ambulaui in magnis neq; in mirabili=
bus ſuper me. Prouer. 6. Aut ambulare ſuper prunas. Et
in eodem. 7. Abiit via longiſſima. Et in eodem. 8. In viis
Ire. iuſtitie ambulabo. Et in eo. 13. qui cum ſapientibus gradi=
tur. Abach. 2. In luce ſagittarum tuarum ibunt. Ponitur e=
Diſcurrere. tiam pro diſcurrere vel procedere aut tranſire. vt Exo. 9.
Procedere Ac diſcurrentia fulgura ſuper terram. Iob. 41. De ore eius
Tranſire. lampades procedunt. Ps. 72. Et lingua eorum tranſiuit in
terra: ſed beatus hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. tran
ſtulit & līgua eorum deambulauit in terra. Item ponitur
Uenire. pro venire. quod eſt etiam ambulare. vt Nu. 22. Cur non
ſtatim veniſti ad me. Hiere. 51. qui fugitis gladium venite
& nolite ſtare. Et in voce paſſiua prime coniugationis po
nitur pro adduci. Ps. 108. Sicut vmbra cum declinat abla=
tus ſum. pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta he
הֲלִיכָה braicam veritatem tranſtulit. quaſi vmbra cum declinatur
adductus ſum. Et inde הֲלִיכָה Halicha. ideſt deambulatio.
Iter. vel locus ſuper quo ambulant. Pro quo beatus hieronymꝰ
tranſtulit. Iter. vt Naum. 2. Ruent in itineribus ſuis. quod
הֲלִיכוֹת in hebreo legitur ſingulariter. ſcilicet in deambulatione ſu
a ſiue in itinere ſuo. Et in plurali. הֲלִיכוֹת Halichoth. vt Iob
Itinera. Semite 6. Conſiderate ſemitas theman itinera ſaba. Prouer. 31.
Conſiderauit ſemitas domus ſue. Abach. 3. Ab itineribus
הֲלִיכֵי eternitatis eius. Accipitur etiam הֲלִיכֵי Haliche pro pedi=
Pedes bus. Iob. 29. Quando lauabam pedes meos butyro. & in=
הֵלֶךְ de הֵלֶךְ Helech. ideſt viator ſiue peregrinus. vt. 2. Reg. 12.
peregrinꝰ. Cum autem peregrinus quidam veniſſet ad diuitem. Et
מַהֲלָךְ inde מַהֲלָךְ Mahalach. ideſt iter. vt Nee. 2. Vſq; ad quod tē
Iter. pus erit iter tuum. Ione. 3. Et niniue erat ciuitas magna
מַהֲלְכִים itinere trium dierum. Et in eodem. Et cepit ionas introire
ciuitatem itinere diei vnius. & pluraliter. מַהֲלְכִים Mahale
ambulātes chim. ideſt itinera. ſiue deambulatoria. vel ambulantes. vt
Deambu= Zach. 3. Et dabo tibi ambulantes de iis qui nunc hic aſſi=
latoria. ſtunt. Quod etiam poteſt legi ſic. Et dabo tibi deambula=
toria inter aſſiſtentes hos. Scribitur etiam aliquando cum
thau in pricipio & in genere feminino: et dicitur תַּהֲלֻכוֹת תַּהֲלֻכוֹת
Thahaluchoth. Nee. 12. Et ierunt ad dexteram ſuper mu= deambula
rum. Pro quo hebrei legunt. Et deambulatoria ſiue deam toria.
bulantes ad dexteram ſuper murum. & inde הֲלָךְ Halach. הֲלָךְ
quod ſignificat reditum ſiue tributum q̄ accipitur a via=
toribus. Eſdre. 4. Tributum & vectigal & annuos redi= Percutere.
tus non dabunt. Et in eodem. Tributum quoq; & vectigal
& reditus accipiebant.
הָלַם הָלַם Halam. percutere. q̄ſſare. concutere. excidere. vt Iu הָלַם
di. 5. Vngule equorum ceciderunt. ideſt percuſſerūt
Poteſt etiam legi ſic. Vngule equorum percuſſe ſiue q̄ſſa=
te ſunt. & ſubditur ratio fugientibus impetu & per preceps
ruentibus. Et in eodem. Et percuſſit ſiſaram. Ps. 73. In ſe
curi & aſcia deiecerunt eam. ideſt exciderunt eam. Eſa. 16.
Domini gentium exciderunt flagella eius. id eſt propagi= Excidere.
nes eius vel ramos eius. Eſa. 28. Errantes a vino. Pro quo
hebrei legunt. Percuſſi ſiue conq̄ſſati a vino. Ponitur eti=
am pro cudere quod eſt idem quod percutere vel q̄ſſare.
vt Eſa. 41. Confortauit faber erarius percutiens malleo Cudere
eum qui cudebat tunc temporis. Et inde הַלְמוּת Halmuth. הַלְמוּת
ideſt malleus. vt Iudi. 5. Siniſtram ſuam miſit ad clauum:
& dexteram ſuam ad fabrorum malleum. Et in plurali ſcri Malleus.
bitur cum mem in principio. & dicitur מַהֲלֻמוֹת Mahalu= מַהֲלֻמוֹת
moth. vt Prouer. 19. Et mallei percutientes ſtultorum cor= Mallei.
poribus. Et inde יַהֲלֹם Iahalom per additionem iod in pri יַהֲלֹם
cipio: quod ſignificat quendam lapidem precioſum. Pro
quo Beatus Hieronymus tranſtulit hyaſpidem. Exo. 28.
In ſecundo carbūculus: ſapphyrus & hyaſpis. & Ezech. Hyaſpis
28. Sardius topazius & hyaſpis. Hebrei tamen dicunt q̄ ſi
gnificat lapidem adamantem: eo quod frangit & diuidit adamas.
alias gēmas duriſſimas. Item הֲלֹם Halom. ideſt huc: illuc. הֲלֹם
vt Iudi. 18. Quis te huc adduxit. & in eo. 10. Vtrum nam Huc.
venturus eſſet illuc. 1. Reg. 14. Et huc illucq; diffugiens. Et Illuc.
in eodem. Accedamus huc ad deum. 2. Reg. 7. quia adduxi
ſti me huc uſq;. Ps. 72. Ideo conuertetur populus meus hic Hic.
Pro quo Beatus Hieronymus in pſalterio iuxta hebrai=
cam veritatem tranſtulit. Propterea conuertetur popu=
lus eius huc.
הֵם הֵם Hem. Pronomen eſt tertie perſone pluralis numeri.
ſcilicet ipſi. iſti. illi. hi. vt Geñ. 14. Iſti accipient par Iſti.
tes ſuas. Exo. 6. Hi ſunt qui loquūtur ad Pharaonem. Ps. Hi.
94. Semper hi errant corde: & iſti non cognouerunt vias
meas. Et in genere feminino ſcribitur cum littera nun in
fine. De quo infra dicetur. Inuenitur etiam nun in fine in
genere maſculino. vt Ruth. 1. Si eos expectare velitis do= הֵמָּה
nec creſcant. Et recipit in fine he. & dicitur הֵמָּה Hēma. vt
Geñ. 6. Iſti ſunt potentes a ſeculo. ponitur etiam pro ver= Illi.
bo ſubſtantiuo. vt Geñ. 48. Et reſpondit: filii mei ſunt. Cā Eſſe.
ti. 6. Sexaginta ſunt regine. Et aliquando duplicatur he &
mem. vt Ezech. 7. Non ex eis nec ex populo nec ex ſonitu
eorum. Vbi pro eo quod in littera noſtra eſt ex populo: in
hebreo habetur מֵהֶמְהֶם Mehemehem. Quod poteſt inter
pretari. Ex eis. & dicunt hebrei q̄ ponitur ibi pro filiis fi
liorum. Cui concordat tranſlatio chaldaica. Poteſt etiam
deriuari a dictione הָמָה Hama. Que ſignificat tumultum
aut multitudinem. ideſt populum. vt ſit ſenſus. Non ex eis
nec ex tumultu eorum: nec ex ſonitu eorum. & in lingua
chaldaica ſcribitur aliquando cum vau in medio & dicitur
הוּם Hom. ideſt hi ſiue illi aut ipſi. Hiere. 10. Sic ergo dice הוּם
tis eis. dicitur etiam הִמּוֹ Himo. ſiue הִמּוֹן Himon. Dañ. הִמּוֹ
2. Et comminuit eos. Eſdre. 4. Et habitare eos fecit in ciui hi.
tatibus ſamarie.

Digitized by Google

המם Hamam. conterere. conſumere. interficere, occidere. pterrere. cõturbare. tumultuari. perſonari. Eſa. 28 Nec vexabit eum rota plauſtri. Pro quo hebrei legunt. Nec conteret Rota plauſtri. Et licet in predicto loco pro eo quod in littera noſtra eſt neque: in hebreo non ponatur negatio: ſed vau littera cum puncto ſeua: quod eſt coniunctio: tamen cum precedenti negatione valet pro neque. vt infra dicetur in principio littere vau. Et Hiere. 51. Deuorauit me nabuchodonoſor Rex Babylonis. Pro quo hebrei legunt: contriuit ſiue conſumpſit me nabuchodonoſor rex babylonis. Et aliquando ſcribitur cũ ſimplici mem. vt Exo. 14. Et interfecit exercitum eorum. Et in eodem. 23. Et occidam omnem populum ad quẽ ingredieris. Eſter. 9. Vt occideret illos atq; deleret. Ioſ. 10. & conturbauit eos dominus a facie iſrael. Iudi. 4. Perterruit ꝗ; dominus ſiſaram. 1. Reg. 7. Et exterruit eos. 2. Reg. 22. Fulgura & conſumpſit eos. Ps. 17. Fulgura multiplicauit. & conturbauit eos. vide etiam de hoc ſupra in dictione הים Him: & infra in dictione ſequenti.

(Margin: המם — conterere. — Deuorare. Cõſumere. — Interficere. Occidere. — Perterrere. — Cõſumere. Cõturbare)

המה Hama. tumultuari. ſonare. conturbare. rugire. 1. Re. 4. Et perſonuit terra. 3. Reg. 1. Quid ſibi vult clamor ciuitatis tumultuantis. Et in eodem. Et inſonuit ciuitas. Prouer. 20. Luxurioſa res vinum & tumultuoſa ebrietas. Ps. 45. ſonuerũt & turbate ſunt aque eorum. Ps. 82. Quoniam ecce inimici tui ſonuerunt. Eſa. 16. Super hoc venter meus ad moab quaſi cithara ſonabit. Et in eodem. 17. Et multitudo maris ſonantis. Pro quo hebrei legunt. Vt ſonitus maris ſonabunt. Hiere. 6. Vox eius quaſi mare ſonabit Et in eodem. 31. Qui conturbat mare & ſonant fluctus eiꝰ. Et in eodem. 48. Cor meum ad moab quaſi tibia eris ſonabit. Et in eodem. 51. & ſonabunt fluctus eorum quaſi aque multe. Ponitur etiam pro conturbare. vt Ps. 45. Conturbate ſunt gentes. Ps. 54. Contriſtatus ſum in exercitatione mea: & conturbatus ſum. Ps. 76. Memor fui dei & delectatus ſum. Pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit. Recordans dei conturbabar. Hiere. 31. Idcirco conturbata ſunt viſcera mea ſuper eum. Ezech. 7. Quaſi columbe in conuallibus omnes trepidi. ideſt conturbati. Ponitur etiam pro latrare. Ps. 58. Et famem patientur vt canes. Pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit. Et latrẽt vt canes. Ponitur etiam pro rugire. vt Eſa. 51. Et rugiemus ꝗ̃ſi vrſi omnes. vide etiam ſupra in dictione הים Him. & inde המיה Homia. ideſt tumultuoſa vel ſonans: aut conturbata. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit frequens. vt Eſa. 22. Vrbs frequens ciuitas exultans. & inde הֶמְיָה Hemia. i. ſonitus. Eſa. 17. Concidit cadauer tuũ. Pro quo hebrei legunt. Sonitus organorum tuorum. ſcilicet detractus eſt ad inferos. ſed propter equiuocationem dictionum poteſt etiam legi ſicut beatus hieronymus tranſtulit. Inde המון Hamon. ideſt tumultus. ſonitꝰ. multitudo. populus. diuitie. 1. Reg. 4. Quis eſt hic ſonitus tumultus huius. Et in eodem 14. Tumultus magnus exortus eſt. Hiere. 46. Ecce ego viſitabo ſuper tumultum alexandrie. Amos. 5. Aufer a me tumultum carminum tuorum. Ezech. 17. Nec ex ſonitu eorum. ſignificat etiam multitudinem ſiue populum. vt Geñ 17. Quia pater multarum gentium conſtitui te. 3. Reg. 18. Quia ſonus multe pluuie eſt. Et. 4. Reg. 7. Quia ipſi tantum ſunt in vniuerſa multitudine iſrael. 2. Paralip. 20. Venit contra te multitudo magna. Et in eodem. Nolite timere neq; paueatis hanc multitudinem. Eſa. 13. Vox multitudinis in montibus. Et in eodem. 16. Et auferetur gloria moab ſuper omni populo multo. Et in eodem. 17. Ve multitudini populorum multorum. Hiere. 3. Vere mendaces erãt colles & multitudo montium. Ezech. 32. Fili hominis cane carmen lugubre ſuper multitudinem egypti. Et in eodem. Deiiciam multitudinem tuam. Et in eodem. Et attraxerunt eam & omnes populos eius. Et in eodem. 39. Et vocabitur vallis multitudinis gog. & ſcribitur in plurali המונים Hamonim. ideſt populi. Ioel. 3. Populi populi in valle conciſionis. Et inde dicitur המונה Hamona. nomen proprium ciuitatis in qua ſepelienda erat multitudo Gog vt Ezech. 39. Nomen autem ciuitatis Hamona & mundabunt terrã. Ponitur ẽt המון Hamon. pro diuitiis: vel pro multitudine diuitiarum. Ps. 36. Melius eſt modicum iuſto ſuper diuitias peccatorum multas. Eccls. 5. Qui amat diuitias. Ponitur etiam pro angelo. Eſa. 33. A voce angeli fugerunt populi. Sed beatus hieronymus in explanationibus Eſaie ſuper predicto loco ſic ait. A voce enim angeli quem ſymmachus ita vt in hebreo ſcriptum eſt tranſtulit Hamon quem hebrei gabrielem autumant & habere etymologiam populi. Inuenitur etiam אמון Amon cum aleph in principio loco he: & ſignificat populum vel multitudinẽ. Hiere. 52. Et ceteros de multitudine tranſtulit Nabuzardan princeps militie.

(Margin: המה — Perſonare. Tumultuari. — Sonare. — cõturbare. — Latrare. — Rugire. — המיה — Frequens — הֶמְיָה Sonitus. — המון Tumultus — Sonitus. — multitudo — Populi. — המונים Populi. — המונה Hamona. — Diuitie. — Angelus. — אמון multitudo)

המלה Hamula. loquela. vociferatio. ſonitus. Hiere. 11. Ad vocem loquele grandis exarſit ignis in ea. Ezech. 1. Quaſi ſonus erat multitudinis vt ſonus caſtrorum. Pro quo hebrei legunt. ſonus ſiue vox vociferationis vel loquele vt ſonus caſtrorum. ſcilicet erat. Et dicunt aliqui hebrei ꝗ; littera he que ponitur in principio non eſt de ſubſtantia dictionis: ſed eſt littera articularis: vt ſupra in principio huius littere dictum eſt. & dicunt ꝗ; idem ſignificat quod מלה Milla. ideſt verbum vel ſermo aut loquela. ſicut infra dicetur.

(Margin: המלה Loquela. ſonus. — מלה)

המן Haman. multiplicari. aut ſuperare: ſcilicet multitudine. Ezech. 5. Quia ſuperaſtis gentes que in circuitu veſtri ſunt. Et inde dicunt aliqui ꝗ; deriuatur המון Hamon ideſt multitudo. Populus. tumultus. ſonitus. de quo vide ſupra in dictione המה Hama.

(Margin: המן ſuperare. — המון multitudo)

המס Hamas. Tabeſcere. contabeſcere. Eſa. 64. Sicut exuſtio ignis tabeſcerent. Hebrei tamen dicunt ꝗ; ſignificat areſacere. Vnde in predicto loco ipſi legunt. ſicut exuſtio ignis areſacti. ſcilicet ſunt: vel eſſent. Nam ponitur ibi המסים Hamaſim in numero plurali. Alii vero dicunt ꝗ; deriuatur a dictione מסס Maſas. que ſignificat tabeſcere. vt Ps. 67. Sicut fluit cera a facie ignis. Pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit. Sicut tabeſcit cera a facie ignis.

(Margin: המס Tabeſcere — Areſacere — המסים)

המר Hamar. fouea. Et ſcribitur cum mem in principio: & in numero plurali. ſcilicet מהמרות Mahamoroth. vt Ps. 139. In miſeriis non ſubſiſtent. Pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit in foueas vt non reſurgant. & ſolum inuenitur in predicto loco.

(Margin: המר מהמרות Miſerie. — Fouee.)

הן Hen. Ecce. en. Aduerbium demonſtratiuum. vt Geñ. 3. Ecce adam quaſi vnus ex nobis factus eſt. Et in eodem. 4. Ecce eiicies me hodie a facie terre. Et in eodem. 11. Ecce vnus eſt populus. Et in eodem. 30. Gratum habeo quod petis. Pro quo hebrei legunt. Ecce ſiue en iam eſſet ſecundum verbum tuum. Deut. 10. En domini dei tui celum eſt. Iob. 33. Ecce & me ſicut & te fecit deus. Et in eodem. quia querelas in me reperit. Pro quo hebrei legunt. Ecce querelas ſiue occaſiones in me reperit. Et in eodem. Hoc eſt ergo in ꝗ̃ non es iuſtificatꝰ. Et in eo. Ecce hec oĩa operatus eſt deus. Ps. 50. Ecce .n. in iniquitatibꝰ cõceptꝰ ſũ. et ĩ eo.

(Margin: הן Ecce. — En.)

Digitized by Google

הן Ecce enim veritatem dilexiſti. Ponitur etiam הן Hen. pro ſi
Si vt Exo. 8. quod ſi mactauerimus ea que colūt egyptii corā
eis lapidibus nos obruent. Iob. 13. Etiā ſi occiderit me in ip
ſo ſperabo. Hiere. 2. Et videte ſi factū eſt huiuſcemodi. Itē.
הן Hen. pronomen eſt tertie perſone pluralis numeri femi
nini generis. Nu. 27. Et ei in hereditatem ſuccedant. Pro
quo hebrei legunt. Et tranſire facies hereditatē patris earū
Ipſe. ad eas vel ad ipſas. Et aliquando accipitur in genere maſcu
lino. Ruth. 1. Si eos expectare velitis donec creſcant. De q̈
vide ſupra in dictione הם Hem.
הנה Hine. ecce. en. ſicut dictio precedens. vt Geñ. 1. Ecce
Ecce. dedi vobis omnem herbam. Et in eodem. 12. Ecce cō
iūx tua. Et in eo. 18. Ecce in tabernaculo eſt. & in eo. 22. Ec
En. ce inquit ignis & ligna. Et in eo. 24. En rebeca coram te
eſt. Et in eo. 28. Et ero cuſtos tuus quocunq̈ perrexeris.
הנני Pro quo he. le. Ecce ego tecum & cuſtodiam te vbicunq̈ p
rexeris. Et cōponitur cū pronominibus hoc modo. ſ. הנני
Ecce ego. Hinéni. i. ecce ego. Geñ. 6. Ecce ego adducā diluuii aquas
ſuper terram. Eſa. 65. Dixi ecce ego ecce ego. הנך Hinecha
ſiue הנך Hinach. ideſt ecce tu. vt Geñ. 16. Ecce ait concepi
ſti. Pro quo he. le. Ecce ait tu concepiſti. Deut. 31. Ecce tu
dormies cum patribus tuis. הנו Hino. i. ecce ille: ſiue ecce ip
ſe. vt Iob. 2. Ecce in manu tua eſt. Pro quo he. le. Ecce ille i
manu tua. ſ. eſt. הננו Hinénu. ideſt ecce nos. vt Geñ. 14. En
omnes nos ſerui ſumus domini mei. Ioſ. 9. Nunc autem in
manu tua ſumus. Pro quo hebrei legunt. Nunc autem ecce
nos in manu tua. ſ. ſumus. 2. Reg. 5. Ecce nos os tuum & ca
ro tua ſumus. Hiere. 3. Ecce nos venimus ad te. הנכם Hine
chem. ideſt ecce vos. הנם Hinam ideſt ecce illi. Et quan
do componitur cum pronomine prime perſone vel tertie
aut per ſe poſitum ponitur aliquando pro hoc verbo ad
Adſum. ſum ſiue paratus ſum. aut preſto ſum. vt Geñ. 22. At ille reſ
pondit adſum. Et in eodem. Quid vis fili. Pro quo hebrei
legunt. Ecce ego fili mi ſiue adſum fili mi. Et in eodē. 27.
Audio: quis es tu fili mi. Pro quo hebrei legunt. Ecce ego
ſiue adſum: quis es tu fili mi. Et in eodem. 37. Quo reſpon
Preſto ſū. dente preſto ſum ait. Nu. 14. Parati ſumus aſcendere ad lo
Parati ſumus. cum. 1. Reg. 12. Preſto eſt rex veſter quem elegiſtis. 3. Reg.
Preſto eſt 1. Adeſt nathan propheta. Eſa. 58. Primus ad ſion dicet ec
Adſunt. ce adſum. Pro quo hebrei legunt. Primus ad ſion ecce ad
הנה ſunt. ideſt dicet ad ſion: ecce adſunt filii tui. Item הנה Hena
ideſt huc. modo. aduerbium loci vel preſentis temporis. &
Huc. vtroq̈ modo ponitur. Geñ. 15. Vbi dicitur generatione au
preſens tēp⁹ tem quarta reuertentur huc: necdum enim complete ſunt
iniquitates amorreorum vſq̈ ad preſens tempus. Et in eo
dem. 44. Et huc vſq̈ non comparet. Et in eodem. 45. Et
adducite eum ad me. Pro quo hebrei legunt. Et adducite
patrem meum huc. 2. Reg. 5. Non ingredieris huc. Hiere.
הנה 50. Huc facies eorum veniēt. Item הנה Hena. Pronomen ē
tertie perſone pluralis numeri feminini generis. vt Exo. 1. Ip
Ipſe. ſe enim obſtetricandi habent ſcientiam. Nu. 31. Nonne iſte
Iſte. ſunt que deceperunt filios iſrael. Accipitur etiā in genere
Ipſi. maſculino. 2. Reg. 4. Ingreſſi ſunt autem domū. Pro quo
hebrei legunt. Et ipſi ingreſſi ſunt domū. Accipitur etiam
pro verbo ſubſtantiuo. Geñ. 6. Videntes autem filii dei fi
Eſſe. lias hominum q̈ eſſent pulchre.
הס Has. ſilere. tacere. Amos. 6. tace & nō recorderis nomi
Tacere. nis dñi. Soph. 1. Silete a facie dñi dei. Zach. 2. Sileat om
Silere. nis caro a facie dñi. Nu. 13. Inter hec caleb compeſcēs mur
mur populi qui oriebatur contra moyſen ait. Pro quo he
brei legunt. Et ſilere fecit caleb populum ad Moyſen vel
pro moyſe. ideſt propter murmur qui oriebatur contra eū
הפך Hapach. vertere: ſiue verti. reuerti. conuertere. con
uerti. Euertere vel euerti. Subuertere: aut aduerſari. Per
uertere. mutare. Deut. 23. Vertitq̈ maledictionem eius Vertere.
in benedictionem. 3. Reg. 22. Verte manum tuam & eiice
me de exercitu. Prouer. 12. Verte impios & non erunt. Iu
di. 20. Quod cum cernerēt filii iſrael in ipſo certamine po
ſiti. Pro quo hebrei legunt. Et verſus eſt vir iſrael in certa Verti.
mine. & in eodem. Verſa facie fortiſſime reſiſtebant. 1. Re.
4. Irruerant enim in ea dolores ſubiti. Pro quo hebrei le
gunt. Verſi enim fuerant dolores eius in eam. Siue euerſe
vel diſſolute ſunt compages eius in ea. Nam eadem verba
ponuntur. Dañ. 10. vbi dicitur. Dñe mi in viſione tua diſſo
lute ſunt compages mee. Eſter. 9. Verſa vice ſuperiores iu
dei eſſe ceperunt. Iob. 30. redactus ſum in nihilū. i. verſus
ſum in nihilum. Et in eodem. 41. in ſtipulam verſi ſunt ei
lapides funde. Prouer. 12. verte impios et non erunt. Thrē.
5. hereditas noſtra verſa eſt ad alienos. Itē ſignificat reuer
ti. vt. 1. Reg. 25. reuerſi ſunt itaq̈ pueri dauid per viam ſuā. Reuerti.
4. Reg. 5. Quando reuerſus eſt homo de curru ſuo. 2. Pa
ralip. 9. que reuerſa abiit in terrā ſuā. Ioſ. 8. preſertim cum
ii qui ſimulauerunt fugā et tendebāt ad ſolitudinē contra
perſequentes fortiſſime reſtitiſſent. Pro quo hebrei legunt
Et populus qui fugerat ad deſertum reuerſus eſt contra p
ſequentem ideſt contra populum perſequentem. Oſee. 7.
Ephraim factus eſt ſubcineritius panis qui non reuerſatur.
Item ſignificat conuertere ſiue conuerti. Ps. 77. Conuer Cōuertere.
tit in ſanguinem flumina eorum. Et in eodem. Conuerſi Conuerti.
ſunt in die belli. Ps. 104. Conuertit cor eorum vt odirēt po
pulum eius. Iob. 38. Reſtituetur quaſi lutum ſignaculum.
Pro quo hebrei legunt: conuertetur ſiue vertetur vt lutum
ſignaculum. Eſa. 34. Et conuertentur torrentes eius in pi
cem. Threñ. 3. Et conuertit manum ſuam tota die. Oſee. 11.
Conuerſum eſt in me cor meum. Ioel. 2. Sol conuertetur in
tenebras. Item ſignificat euertere vel aduerſari. 2. Reg. 10.
Et exploraret ciuitatem & euerteret eam. 1. Paralipo. 19. vt Euertere.
explorent & inueſtigent & ſcrutentur terram. pro quo he
brei legunt. Vt ſcrutentur & euertant & explorent terram.
Iob. 19. Et quem maxime diligebam aduerſatus eſt mihi. Aduerſari.
Item ſignificat ſubuertere. Geñ. 19. Vt non ſubuertam vr Subuertere
bem pro qua locutus es. Et in eodem. Et ſubuertit ciuitates
has. Iob. 9. Quos ſubuertit in furore ſuo. & in eodem. 28.
Subuertit a radicibus montes. Thren. 4. Que ſubuerſa eſt
in momento. & inde הפכה Haphecha. ideſt ſubuerſio. Geñ. הפכה
19. Et liberauit lot de ſubuerſione vrbium. & aliquādo ſcri Subuerſio
bitur cum mem in principio. vt Deut. 29. In exemplū ſub
uerſionis ſodome & gomorre. Itē ponitur pro peruertere
Hiere. 23. Et peruertiſtis verba dei viuentis. Et inde הפך Peruertere
Haphech. ideſt peruerſio ſiue peruerſum. Eſa. 29. Peruerſa הפך
eſt hec veſtra cogitatio. Et aliquando ſcribitur pluraliter. Peruerſū.
& cum tau in principio & dicitur תהפכות Thahpuchoth. תהפכות
Deut. 32. Generatio enim peruerſa eſt. Pro quo hebrei le Peruerſa.
gunt. Generatio enim peruerſionum vel auerſionū eſt. Pro
חָשַׁשׁ חשש Chaſas.calor ſiue ardor.Eſa.5.Et calor flāme exurit.& in eo.33.Concipietis ardorem & parietis ſtipulā.Hebrei vero dicunt q̄ ſignificat quiſquilias.

Calor. Ardor

חָשַׁב חשב Chaſab.cogitare.exiſtimare.putare.reputare.eſtimare.in precio habere.numerare.vel cōputare.aut ſuppputare.Geñ.50.Vos cogitaſtis de me malum. & in eodem.

Cogitare. Sed deus vertit illud in bonum. Pro quo hebrei legūt. Sed deus cogitauit illud in bonum.2. Reg. 41. Quare cogitaſti huiuſcemodi rem.Ps.34 .Cogitantes mihi mala. & in eodem.Loquentes dolos cogitabant.Ps.39.Domin⁹ ſollicitus eſt mei.i.cogitauit pro me.Ps.40.Aduerſum me cogitabant mala mihi. Ps.72. Exiſtimabā vt cognoſcerē hoc.

Exiſtimare Ps.76.Cogitaui dies antiq̄s. Ps.118. Cogitaui vias meas. Prouer.16.Qui attōitis oclis cogitat mala.& i eo.24.Qui cogitat mala facere.Ezech.11.Hi ſunt viri qui cogitant iniquitatē. Threñ.2.Cogitauit dñs diſſipare murū filie ſion. Oſee.7.Et in me cogitauerunt malitiam. Amos.6. Sicut

Putare dauid putauerunt ſe habere vaſa cantici.Mich.2.Ve qui cogitatis inutile.& in eodē.Ecce ego cogito ſuper familiam iſtā.Naum.1.Quid cogitatis contra dominū.& in eodem. Ex te em̄ exiuit cogitans cōtra dñm.Ione.1.Et nauis periclitabatur conteri.pro quo he.le.Et nauis putabatur conteri ſiue cogitabat conteri.i.viri nauis cogitabant nauem cōteri.Malach.3.Timentib⁹ dñm & cogitantibus nomē eius. Itē ſignificat reputare ſiue extimare.aut in precio habere.

Reputare. Geñ.15.Et reputatum eſt ei ad iuſtitiā.& in eodē.31. Nōne quaſi alienas reputauit nos.Nu.18. Vt reputetur vobis in oblationem primitiuorū.& in eo.Et reputabitur vobis q̄ſi de area & de torculari.& in eo.23.Et inter gentes nō reputabitur.Deut.2.Terra gigantū reputata eſt.1. Reg.1. Eſtima

Eſtimare uit ergo eā heli temulentā.3.Reg.10.Non erat argētū neq; alicuius precii putabatur in diebus ſalomonis.2.Paralip.9 Argentum in diebus illis pro nihilo reputabatur. Iob. 18. Quare reputati ſumus vt iumenta.& in eo.41. Eſtimauit abyſſum quaſi ſeneſcentem. Ps.43.Eſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.Prouer.17.Stultus ſi tacuerit ſapiens reputabitur.Eſa.2.Qm̄ excelſus reputatus eſt ipſe.& in eo. 13. Qui argentum non querant.i.non eſtiment: vl̄ pro nihilo reputent illud.& in eo.29. Et chermel in ſaltum reputabitur.& in eo.33.Non reputabit homines.& in co. 53. Vnde nec reputauimus eum.& in eodē. Et nos putauimus eum quaſi leproſum.Threñ.4.Quomō reputati ſunt in vaſa teſtea.Item ſignificat numerare ſiue ſupputare vel computare.vt Leuit.25.Cōputabuntur fructus ex eo tp̄e quo vendi

Computare Supputare Numerare dit.& in eo. Supputatis dūtaxat annis a tp̄e vēditionis ſue. & in eo.Ponet ratiōnē cū eo iuxta annorū numerum.i. numerabit vel ſupputabit cū eo.4.Reg.12.Et nō fiebat ratio iis hominibus qui accipiebāt pecuniā.i.non numerabatur vel non ſupputabatur eis.& ſequitur ſed in fide tractabant

Imputare eam.& in eo.22.Verūtñ nō ſupputetur eis argentū.Ps.31.

מַחְשָׁבָה Beatus vir cui non imputauit dñs peccatū.& inde מַחְשָׁבָה Machaſaba ſiue מַחְשֶׁבֶת Machaſebeth.i.cogitatio:ſiue exiſtimatio.Geñ.6.Et cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad

Cogitatio malū.Hiere.18.Et cogito contra vos cogitationē. Ezech. 38.Et cogitabis cogitationē peſſimā.& in plurali מַחְשָׁבוֹת מַחְשָׁבוֹת Machaſaboth.i.cogitationes.vt Exo.31.Ad excogitandū quidquid fabre fieri poteſt.Pro quo he. le. Ad excogitandum cogitationes ad faciendum.& in eo.35.Ad excogitan

Cogitationes. dum cogitationes & faciendum. Iob.5. Qui diſſipat cogitationes malignorū.Ps.39. Et cogitationibus tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi.Ps.55.Aduerſum me oēs cogitatiōes eorū.Eſa.55.Non em̄ cogitationes mee cogitationes veſtre.Hiere.11.Quia cogitauerunt ſuper me cogitatiōes.& in eo.18.Venite & cogitemus cōtra ieremiā cogitationes.

חשֵׁב & inde חשֵׁב Choſeb. i.polymitari⁹ ſiue op⁹ polymitariū vl̄ plumariū.eo q̄d fit multa cogitatiōe & induſtria. Exo.26.

Opus plumarium. Opere plumario facies.& in eo.28.Opere polymito.& in eo.35.Vt faciat opera abietarii & polymitarii & plumarii.

Opus polymitarii. חֵשֶׁב & inde חֵשֶׁב Ceſeb.i.ipſa cōtextura ingenioſa & ſubtilis.vt in eo.28.Ipſa quoq; textura & cūcta operis varietas. Scribitur etiam cū mem in principi o.& dicitur מַחְשֶׁבֶת Machaſebeth.i.illud quod ſubtiliter excogitatur vel adinuenitur.

מַחְשֶׁבֶת Quidquid adinuenitur vt in eodē.35.Quidquid fabre adinueniri pōt. Inde חֶשְׁבּוֹן

חֶשְׁבּוֹן Cheſbon.i.cogitatio.ratio.numeratio.cōputatio.Eccls.7. Et quererem ſapientiā & ratiōnē.& in eo.9.Quia nec op⁹

Ratio. nec ratio nec ſapientia nec ſcientia erunt apud inferos.& in

חִשְּׁבֹנוֹת plurali חִשְּׁבֹנוֹת Chiſebonoth.Pro quo beatus Hieronym⁹ tranſtulit machinas ſiue queſtiones .vt.2.Paralip.26.Et fe

Machine. Queſtiões cit in ieruſalē generis machinas.Eccls.7.Et ipſe ſe infinitis miſcuerit queſtionibus.

חָשָׁה חשה Chaſa.tacere.ſilere.negligere.4.Reg.2. Et ego nouiſ:ſilete. Nee.8.Leuite ſilentiū faciebant in omni po

Silere. pulo.i.ſilere faciebant omnē populū.Ps.27. Ne qñ taceas a me.Ps.106.Et ſiluerunt fluctus eius.Eccls.3.Tempus ta

Tacere. cendi & tempus loquendi.Eſa.42.Tacui ſemp.& in eodē. 58.Nec cogitaſti in corde tuo quia ego tacens.& in eo.62. Propter ſion non tacebo.Ponitur etiam pro negligere.vt

Negligere Iudi.18.Nolite negligere nolite ceſſare.3.Reg. 22. Et negligimus tollere eam de manu regis ſyrie.

חֲשַׁח חשח Chaſach.in lingua chaldaica ſignificat oportere vel opus eſſe aut neceſſe eſſe. Dañ.3. Non oportet nos

Oportere. Neceſſe eē Opus eſſe de hac re reſpōdere tibi.Eſdre.4.Q̄d ſi neceſſe fuerit vitulos & agnos.& in eo.7.Sed & cetera quibus opus fuerit.

חָשַׁךְ חשך Chaſach.obſcurare.cōtenebrare.denigrare.Geñ.10 Operuerūtq; vniuerſam ſuperficiē terre vaſtātes oīa.

Obſcurare. Pro quo he.le. Operuerūtq; vniuerſam ſuperficiē terre & obſcurata vel contenebrata eſt terra.Iob.38.Quis eſt iſte inuoluens ſentētias ſermōibus impitis.pro quo he.le. Quis eſt iſte obſcurans cōſiliū ſermonibus abſq; ſciētia.& eſt idē ſenſus cum lr̄a noſtra. Ps.68. Obſcurētur oculi eorum ne videant.Ps.73.Quoniā repleti ſunt qui obſcurati ſunt terre domibus iniquitatum.Ps.104.Miſit tenebras & obſcurauit.vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum. & ſimiliter.Ps.138.Quia tenebre non obſcurabuntur a te.Eccls.12.Anteq̄ tenebreſcāt ſol & luna & ſtelle.Eſa.5. Et lux

Tenebreſcere. Obtenebrare. obtenebrata eſt in caligine eius.& in eo.13. Obtenebratus eſt ſol in ortu ſuo.Hiere.13.Date domino deo veſtro gloriā anteq̄ contenebreſcat.Threñ.5.Ideo cōtenebrati ſūt oculi noſtri.Amos.8.Tenebreſcere faciam terram in die luminis.Significat etiam denigrare. vt in eodē. 4. Denigrata

Denigrare. Nigreſcere. eſt ſup carbones facies eorum.Ezech.30.Et in taphnis nigreſcet dies.Sed in predicto loco in hebreo ſcribitur חָשַׂךְ

חָשַׂךְ Chaſach cum ceboleth in littera ſin.Quod ſignificat vitare ſiue prohibere aut ceſſare vt infra dicetur:vnde in predi

Digitized by Google

חשך cto loco hebrei legũt. & in taphnis ceſſabit dies. inde חשך
Choſech.i.obſcuritas ſiue tenebre.& in hebreo legitur ſin
Tenebre gulariter.ſ.tenebra.vt Gen̄.1.Et tenebre erant ſuper faciẽ
abyſſi.& in eo.Et diuiſit lucem a tenebris. Iob.3. Dies illa
vertatur in tenebras.Ps.17.Dn̄e deus meus illumina tene
bras meas.Ps.27.Poſuit tenebras latibulum ſuum. Eſa.5.
Ponentes tenebras lucem:& lucem tenebras. Ioel.2. Dies
tenebrarum & caliginis.& aliqñ ſcribitur cum he vel aleph
חשוכא in fine & dicitur חשכה Chaſecha ſiue חשוכא Chaſocha. vt
Tenebre. Gen̄.15.Et horror magnus & tenebroſus inuaſit eum.|Ps.
17.Tenebroſa aqua in nubibus aeris.Ps.138.Sicut tenebre
eius ita & lumen eius.Dan̄.2.Nouit in tenebris conſtituta.
מחשך & aliqñ ſcribitur cũ mem in principio & dicitur מחשך Ma
Tenebre. chſach.vt Eſa.29.Quorũ ſunt in tenebris opa. Ps.87. Et
notos meos a miſeria.Pro quo he.le.Noti mei contenebra
Contenebratio tio.i.non video eos ac ſi eſſent in tenebris.Et beatus Hiero
nymus in pſalterio iuxta hebraicã veritatem trãſtulit. No
tos meos abſtuliſti.Q̃d etiã poteſt legi: ſi ſcribatur cũ pũ
חשכים cto ceboleth in littera ſin:vt infra dicetur.& pluraliter decli
מחשכים natur חשכים Chaſechim ſiue מחשכים Machaſachim.i. ob
Tenebre. ſcuritates ſiue tenebre.vt Eſa.50.Qui ambulat in tenebris
& non eſt lumen ei.Thren̄.3.In tenebris collocauit me.

חשך חשך Chaſach.cum apice ceboleth in littera ſin.vitare.eui
tare.prohibere.retinere.reſeruare.cuſtodire.ſ.a pec
cato vel a malo.ceſſare facere.ſiue ceſſare.Gen̄.20.Et ideo
Cuſtodire. Prohibere cuſtodiui te ne peccares in me.i.prohibui ſiue retinui te ne
peccares in me.Et in eo.22.Et non pepercisti filio tuo vni
genito propter me.Pro quo hebrei legunt. Non prohibui
ſti ſiue non vitaſti filium tuum vnigenitum a me. & in eo.
39.Nec quicq̃ eſt quod non in mea ſit poteſtate.pro quo
hebrei legunt.Et non prohibuit ſiue non vitauit vel nõ re
tinuit a me quicq̃.1.Reg.25. Et ſeruum ſuum cuſtodiuit a
malo.i.ꝓhibuit,vel retinuit a malo.Eſdre.9. Liberaſti nos
de iniquitate noſtra.Pro quo he.le.prohibuiſti nos.Iob.30
Et faciem meã cõſpuere non verentur.pro quo he.le. Et a
Euitare facie mea non euitauerunt conſpuere.& eſt idem ſenſus cũ
littera noſtra.& in eo.38.Que preparaui in tempꝰ hoſtis.
Reſeruare Pro quo he.le.Que reſeruaui vel retinui ad tempus hoſtis
ſiue ad tempus tribulationis.Ps.18.Et ab alienis parce ſer
uo tuo.Pro quo hebrei legunt.A ſuperbis quoq; prohibe
ſeruum tuum.Vnde beatus Hieronymꝰ in pſalterio iuxta
hebraicam veritatẽ tranſtulit.A ſuperbis quoq; libera ſer
uum tuum.Prouer.10.Qui aũt moderatur labia ſua prudẽ
tiſſimus eſt.i.qui prohibet vel retinet labia ſua.Item ſigni
ficat ceſſare.vt Iob.16.Non quieſcet dolor meus.i.non ceſ
Ceſſare ſabit.& ſupra in eodem.Et mouerem labia mea quaſi par
cens vobis.pro quo hebrei legunt.Et motus labiorũ meo
rum ceſſaret ſiue quieſceret.Prouer.21. Qui aũt iuſtus eſt
tribuet & non ceſſabit.Eſa.14.Subiicientem in furore gẽ
tes crudeliter.Pro quo hebrei legunt. Subiicientem in fu
rore gentes perſecutione inceſſante ſiue abſq; ceſſatione.
& in eodem.58.Clama ne ceſſes.

חשל חשל Chaſal.debilitare.laſſare.domare.Deut.25.Et extre
Laſſare Domare mos agminis tui,qui laſſi reſidebãt. Et in lĩgua chal
daica ponitur pro domare.vt Dan̄.2.Quomodo ferrũ cõ
minuit & domat oĩa.Sed etiã in predicto loco hebrei dicũt
ꝙ ſignificat debilitare vel conterere.

חשמל חשמל Chaſmal.electrũ.Ezech.1.Et de medio eius quaſi
Electrum. ſpecies electri.& in eo.Et vidi quaſi ſpeciem electri
חשמלה Scribitur et cũ he in fine & dicitur חשמלה Chaſmala. vt in
eo.8.Quaſi aſpectꝰ ſplẽdoris & viſio electri.Et dicũt aliqui
hebrei ꝙ ſignificat angelum ſic nominatum. Sed beatus
Hieronymus in ſuis explanationibus dicit ꝙ ſignificat ele
ctrum:& quod eſt argento auroq; precioſius.

חשמן Chaſman.legatus.vt.Ps.67.Venient legati ex egy חשמן
pto.& ſolum inuenitur in numero plurali in predi Legatus.
cto loco.

חשן Choſen. pectorale ſiue rationale.i.ornamentũ ſacer חשן
dotale: quod ſũmus ſacerdos gerebat ſupra pectus & Rationale
cor ſuum.Exo.25.Ad ornandum ephod & rationale. & in
eo.28.Rationale quoq; iudicii facies.& in eodẽ.Portabitq;
Aaron noĩa filiorũ iſrael in rationali iudicii ſup pectꝰ ſuũ.

חשף Chaſaph.diſcoopire.nudare. reuelaꝛ. haurire.exhau חשף
rire.Ps.28.Et reuelauit cõdenſa.Eſa.20. Diſcooper Reuelare
tis na tibꝰ ad ignominiam egypti.& in eo.47.Diſcooperi Diſcoopir
humerum tuum.& in eo.52.Parauit dñs brachium ſanctũ Parare.
ſuum.pro quo he.le. Reuelauit ſiue diſcooperuit dñs bra
chium ſanctum ſuũ.Hiere.13.Vnde & ego nudaui femora Nudare
tua.Ezech.4.Et brachium tuum erit extentũ.pro quo he.
le.Et brachium tuum diſcoopertum ſiue nudatum. & inde
מחשף Machſoph.i.nudatio ſiue diſcoopertio.pro quo bea מחשף
tus Hieronymus tranſtulit ſpoliatum. Gen̄.30. In his que Spoliatus
ſpoliata.i.nudata fuerãt candor apparuit. Significat etiam
haurire.vt Eſa.30.Aut hauriatur parum aque de fouea.Ag Haurire.
gei.2.Et intraretis ad torcular vt exprimeretis quinquagĩ
ta lagenas.pro quo he.le.Et ĩtraretis ad torcular ad exhau
riendũ quinquaginta lagenas.Inde חשיפי Chaſiphe.i.par חשיפי
ui greges.vt.3.Reg.20. Quaſi duo parui greges caprarũ. Parui greges.

חשק Chaſac. adherere.concupiſcere.diligere.Amore iũ חשק
ctum eſſe.vt Gen̄.34.Sichem filii mei adheſit anima Adherere.
filie veſtre.Deut.7.Non quia cunctas gentes numero vin
cebatis iunctus eſt vobis dñs.i.adheſit vobis.Eſa.38.Tu au Iunctũ eſſe
tem eruiſti animam meam vt nõ periret.pro quo.he.le.Tu
autem dilexiſti ſiue deſideraſti animã meam.i.tu autem ad Diligere
heſiſti anime mee vt non periret.& inde חשק Cheſec.i. il חשק
lud quod optatur vel deſideratur.vt.3.Reg.9.Et oĩe quod
optauerat & voluerat facere.Itẽ ſignificat veſtire ſiue coope Id optat.
rire aliquid laminis ſiue celaturis aureis vel argenteis:eo
quod adheret & iungitur illud aurum vel argentum ei rei
cui apponitur.vt Exo.27.Omnes colũne atrii veſtite erant Veſtire.
argenteis laminis.& in eodem.38.Sed & ipſas colũnas atrii
veſtiuit argento.Et inde חשוק Chaſuc.i.illa celatura argẽ חשוק
tea:qua columna veſtiebatur.vt in eodem.27.Capita cum
celaturis ſuis habebunt argentea.& in eodẽ.38.Capita co Celatura.
lumnarum & tota operis celatura argẽtea.Item חשוק Cha חשוק
ſuc.i.radius rotarum.eo quod eſt infixus & iunctus rote.3.
Reg.16.Et axes & radii earum. Radius

חשר Chaſar.cribrare.2.Reg.22.Cribrans aquas de nubi חשר
bus.Hebrei tñ dicunt ꝙ ſignificat dẽſitatem ſiue col Cribrare
ligantiam. Vnde ipſi legunt. Denſitas aquarum. vbi po Denſitas
nitur חשרת Cheſrath cum tau in fine.Significat etiam ex חשרת
tremã circũferẽtiam rotarum:quã tranſlatio noſtra canthũ
vocat.vt.3.Reg.7.Et axes earũ & radii & canthi. Canthus

אחשתרנים Achaſtheranim.veredarii. De q̃ vide ſupra ĩ אחשתרן
littera aleph. Veredarii.

חתת Chathath. pauere. expaueſcere. timere. formidare. חתת
perterrere:ſiue perterritum eſſe. Superare:vel ſupa
tum eſſe.deficere.confringere:ſiue confractum eſſe. Et cõ
muniter ſcribitur cum ſimplici tau.vt Deut.31. Noli time
re:neq; paueas.Ioſ.1.Noli metuere & noli timere.2. Para Pauere.
lip.20.Nolite timere nec paueatis.Iob.7.Terrebis me per Timere
ſomnia.& ſcribitur in predicto loco cum duplici tau. & in Terrere
eo.31.Et deſpectio propinquorum terruit me. & in eo.32.
Extimuerunt nec reſponderunt.& in eo.41. Qui factꝰ eſt Extimeſcere.
vt nullum timeat.Ps.17.Et cõponens quaſi arcum ereum Timere
brachia mea.pro quo he.le.Et cõfractꝰ eſt vel ſuperatus eſt Cõfringere.

Digitized by Google

arcus ereus brachiis meis.Et ſimiliter.2.Reg.22. Vbi eadē verba habentur.Poteſt etiā deriuari a dictiōe נחת Nachath & eſſe ſenſus ſicut in littera noſtra. De quo infra in ſuo loco dicetur.Prouer.17.Plus proficit correctio apud prudentē

Frangere. quā centum plage apud ſtultum.Pro quo he.le. Frangit vel conterit correctio vel increpatio apud prudentē.Eſa.7.De

Cōfrigere. ſinet ephraim eſſe populus.pro quo he.le. Cōfractus erit ephraim a pplo:ſiue deficiet ephraim a populo.i.ne ſit populus.& eſt ſenſus ſicut in littera noſtra.& i eo.9.Et ſceptrū exactoris ei9 ſupaſti ſicut in die madian.& in eo.30. A vo

Superare Pauere. Deficere. ce dn̄i paucbit Aſur.& in eo.31.Et paucbunt fugiētes principes eius. & in eo.51.Et iuſtitia mea non deficiet.Hiere.1.

Formidar Ne formides a facie eorū:ne forte timere te faciam vultum eorū.& in eo.17. Paueant ipſi & nō paueā ego.& in eo.30. Ne paueas iſrael.& in eo.46.Vidi ipſos pauidos & terga vertentes.& in eo.49.Et pauere faciam elam coram inimicis ſuis. Vbi ſcribitur cū duplici tau.& in eo.50. Vinctus

Superari. eſt Marodach.i.confractus vel ſuperat9 eſt.& in eo. Superata ſunt idola eorum.& in eo.Gladius ad fortes ei9 qui time

Emarceſcere. bunt.i.ſuperabuntur.& in eo.51.Et emarcuit arcus eorum idest confractus vel ſuperatus eſt arcus eorum. Abdie.1. Et

Timere. timebunt fortes tui a meridie.Abach.2.Et vaſtitas anima

Deterrere lium deterrebit eos.Malach.2.Et a facie nominis mei pauebat.Ponitur etiam pro deſcendere.vt Iob.21.Et in pun

Deſcēdere cto ad infernum deſcendūt.De quo vide infra in dictione

חתת נחת Nachath.& inde חתת Chathath ſiue חתית Chithith.i.

Terror. timor.pauor.terror.formido.vt Gen̄.35.Terror dei inuaſit oēs per circuitū ciuitates.Ezech.32.Qui dederant quōdam formidinē ſuā in terra viuentium.& in eo. Qui poſue

Formido. runt terrorē ſuū in terra viuentiū.& in eo.Qui deducti ſūt

Pauor. cum interfectis pauentes.pro quo he.le. In pauore ſuo.Po

חתת nitur etiā חתת Chathath.pro plaga.vt Iob.6.Et modo vi

Plaga. dentes plagam meā timetis. & inde מחתה Mechitha.i.

מחתה Pauor. Contritio. pauor ſiue contritio vel cōfractio.vt Prouer.10.Pauor pauperum egeſtas eorum.& in eo.Et pauor his qui operantur

חתחתים iniquitatē.& in eo.18 Os ſtulti cōtritio eius.& inde חתחתים

Formidantes. Chathchathim.per geminationē cheth & tau.i.formidantes. vt Eccl's.12.Excelſa q̄ꝫ timebūt & formidabūt in via.

חתה חתה Chatha.fouere.ſ.ignē:ſiue cōgregare aut portare. vt

Fouere ignem. Prouer.6.Nunquid pōt hō abſcondere ignē in ſinu ſuo.i.fouere vel portare ignē in ſinu ſuo.& in eo.25. Pru

Prunas cōgregare. nas em̄ congregabis ſuper caput eius.Eſa.30. Et non inuenietur de fragmentis ei9 teſta:in qua portetur ignicul9 de

Portare. Proficer. incendio.Ponitur etiam pro ꝓficere.vt Prouer.17.Pl9 proficit correctio apud prudentē.Item ponitur pro euellere.vt

Euellere. Ps.51.Euellet te & emigrabit te de tabernaculo tuo. Sed in his duobus locis predictis ſcribitur ſine he in fine & pōt deriuari a dictione חתת Chathath.que ſignificat cōfringere. vt ſupra dictū eſt.vel a dictione מחה Macha.De quo infra di

מחתה cetur.& inde מחתה Machtha.i.vas in quo ſubſtentatur vel portatur ignis.Pro quo beatus Hieronymus tranſtulit thu

Thuribulum. ribulū.vt Exo.10.Arreptiſq́ꝫ nadab & Abiu thuribulis impoſuerūt ignem.& in eo.16.Aſſumptoq́ꝫ thuribulo quod de prunis altaris ipleuerat. Nu:16.Tollite vnuſquiſq́ꝫ thuribula ſua.& in eo.Tolle thuribulū & hauſto igni de altari. Significat ēt vas vbi ea que emuncta erant extinguebātur. Exo.25.Et vbi ea que emuncta ſunt extinguntur.

חתך חתך Chathach. incidere. precidere. determinare. ſtatuere.beatus Hieronymus tranſtulit abbreuiare.vt Dan̄.

Abbreuiare. 9. Septuaginta hebdomade abbreuiate ſunt ſuper populū tuū & ſuper vrbē ſanctā tuā.Hebrei tn̄ legūt. Preciſe vel determīate ſunt.& ſolum inuenitur in predicto loco. Hebrei

Incidere. tn̄ cōmuniter vtuntur hoc verbo ꝓ incidere. vel precidere:aut ſecare. Secare.

חתל Chathal.inuoluere.circunligare.faſciare.ſ.pannis vel linteolis.vt Iob.38.Et caligine illud quaſi pannis infantie obuoluerē.Ezech.16.Nec inuoluta pannis. & in eo. 30.Vt ligaretur pannis & faſciaretur linteolis. חתל Obuoluer. Inuoluer. Faſciare.

חתם Chatham.ſignare.ſigillare.ligare.ſub ſignaculo claudere.ratificare.obfirmare.Deut.32.Et ſignata in theſauris meis.3.Reg.21.Et ſignauit eas anulo eius.Nee.9.Et Et ſignant principes noſtri.& in eo.10.Signatores aūt fuerunt.Eſter.3.Et littere ſignate ipſius anulo miſſe ſunt.Iob. 9.Et ſtellas claudit quaſi ſub ſignaculo.& in eo.14.Signaſti quaſi in ſacculo delicta mea.& in eo.24.Perfodit in tenebris domos: ſicut in die cōdixerat ſibi.i.ſicut in die ſignauerat.Nā fures in die conſiderant & ſignāt locum per quē in nocte perfodiāt domū.& in eo.37.In manu oīm hoīm ſignat.Canti.4.Hortus cōcluſus fons ſignatus. Eſa.8. Signa legem in diſcipulis meis.Hiere.32.Scripſi in libro & ſignaui.& in eo.Et accepi librū poſſeſſionis ſignatū.Dan̄. 12.Et ſigna librū.Item ponitur pro inſtruere vel erudire. vt Iob.33.Et erudiens eos inſtruit diſciplina. Pro quo he. le.Et in diſciplia eorū ſignat:ſiue & in vinculis eorū ſignat vel claudit.Ponitur ēt pro creſcere.i.qn̄ humor creſcit & coagulatur:in tantum ꝙ claudit meat9 p quos fluit. Leuit. 50.Cūq́ꝫ per ſingula momēta adheſerit carni eius atq́ꝫ creuerit fedus humor.Inde חתם Chotham.i.ſigillū vel ſignaculū:aut anulus.vt Iob.38.Reſtituetur vt lutū ſignaculum. Canti.8.Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuū.Ezech.28. Tu ſignaculum ſimilitudinis.Ponitur ēt pro anulo in quo eſt ſigillum.vt Gen̄.38.Anulum tuū & armillā & baculum quē manu tenes.3.Reg.21.Et ſignauit eas anulo ei9.& Hiere.22.Si fuerit iechonias filius Ioachin regis iuda anulus in manu dextera mea.Ponitur etiam pro ſquamis que ſunt cōpacte & coniuncte inuicem.vt Iob.41.Cōpactum ſquamis ſe prementib9.Pro quo he.le. Clauſum ſignaculo ſtricto.Et beatus Hieronymus tranſtulit ſenſum. חתם Signare. Sub ſignaculo claudere. Inſtruere Claudere. חתם Signaculum. Anulus.

חתן Chathan.nubere.conubia iungere.coniugio aſſociari.affinitatem contrahere.generum fieri.Deut.7.Nec ſociabis cum eis coniugia.Ioſ.23.Et cū eis miſcere cōnubia atq́ꝫ amicitias copulare.1.Reg.18. In duobus gener meus eris hodie.et in eo.Nūc ergo eſto gener regis.& in eo. Nū parum videtur vobis generum eſſe regis.& in eo. Vt fieret gener regis.i.vt cōtraheret affinitatē cum rege.& inde חתן Chothen.i.ſocer.affinis:cognatus.vt Exo.3. Moyſes autē paſcebat oues iethro ſoceri ſui.& in eo.18. Venit ergo iethro cognat9 moyſi.& in eo.Qui egreſſus in occurſum cognati ſui.Nu.10.Dixitq́ꝫ moyſes obab filio Raguel madianite cognato ſuo.Iudi.19.Cui rurſum locutus eſt ſocer. Reperitur ēt in gn̄e feminino pro ſocru.Deut.27.Maledictus qui dormit cum ſocru ſua..Inde חתן Chathan.i.gener.ſpōſus.Gen̄.19.Habes hic quēpiā tuorum generum. & in eo. Locutus eſt ad generos ſuos. Iudi.15. Samſon gener thannatei.1.Reg.18. Vt fiam gener regis.Ponitur ēt pro ſpōſo. Exo.4.Spōſus ſanguinum tu mihi es.Ps.18.Et ipſe tanq̄ ſponſus ꝓcedens de thalamo ſuo.Eſa.61.Tanq̄ ſponſum decoratum corona.& in eo.62.Et gaudebit ſponſus ſuper ſponſam.Hiere.6.Vocem ſponſi & vocem ſponſe. Ioel.2. Egrediatur ſponſus de cubiculo ſuo.& inde חתן Chathun. .i.nuptie ſiue deſponſatio.Cāti.3.In die deſpōſatiōis illi9. חתן Coniugia ſociare. Cōnubia copulare Generum fieri. Affinitatē cōtraher. חתן Socer. Cognatus חתן Gener. Sponſus. חתן Deſponſatio.

חתף Chathoph.rapere.feſtinare.ſiue aliquid repente agere.Iob.9.Si repente interroget quis reſpondebit ei. & inde חתף Chetheph.i.raptor.pro quo beatus Hieronymus tranſtulit latronem. vt Prouer.23. Inſidiatur in via quaſi latro. חתף Repente agere. חתף Latro

Digitized by Google

חתר חתר Chathar. fodere. perfodere. remigare. vt Iob. 24.
Perfodere Perfodit in tenebris domos. Ezech. 8. Et dixit ad me
Fodere. fili hominis fode parietem. & in eo. 12. Perfode tibi parietē
מַחְתֶּרֶת & in eodē. Et veſpere perfodi mihi parietē. & inde מַחְתֶּרֶת
Machthéreth .i. foſſio ſiue foſſa quā fures faciunt in pa-
riete ad furandū. Exo. 22. Si effringens fur domū ſiue ſuf-
Foſſio. fodiens fuerit inuent⁹. pro quo he. le. Si in foſſiōe aut in foſ
Foſſa. ſa inuentus fuerit fur. Hiere. 2. Non in foſſis inueni eos. Po
חָתַר nitur etiā predicta dictio חָתַר Chathar ꝑ deſcēdere. Amos.
Deſcēdere 9. Si deſcenderint vſq; ad infernum. Sed etiam in predicto
loco hebrei legunt. Si effoderint in inferno ſiue in fouea.
ſ. vt abſcondant ſe. Item ponitur tranſlatiue pro remigare
Remigare vt Ione. 1. Et remigabant viri vt reuerterentur ad aridā.

De incipientibus a littera. ט Tet.

טָאטָא טאטא Tata. ſcopare. vt Eſa. 14. Et ſcopabo eam in ſcopa.
Scopare. vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum. &
ſolum inuenitur in predicto loco.
טְאֵב טאב Taab. in lingua chaldaica ſignificat placere: ſiue bo-
num videri. Dañ. 6. Tunc vehementer gauiſus eſt ſu-
Placere. per eo. pro quo hebrei legunt. Tunc regi multū placuit ſu-
per eo.
טָבַח טבח Tabach. occidere. mactare. immolare. Geñ. 43. Occi
Occidere. de victimas & inſtrue conuiuiū. Exo. 22. Si quis fura
Immolare tus fuerit bouem aut ouem & occiderit. Deut. 28. Bos tuus
immoletur coram te. i. occidatur. 1. Reg. 25. Et carnes pecō
rum que occidi tonſoribus meis. Prouer. 9. Immolauit vi-
ctimas ſuas. Hiere. 11. Et ego q̄ſi agnus māſuetus qui porta
Percutere tur ad uictimā. i. q portatur ad occidēdū. Threñ. 2. Percuſ-
טֶבַח ſiſti nec miſert⁹ es. i. occidiſti. Inde טֶבַח Tébach ſiue טִבְחָה
Uictima. Tibcha. i. occiſio. aut victima. vt Geñ. 37. Occide victimas.
Vbi ponitur verbū & nomen ab eo deriuatum. ſicut etiā in
Occiſio. aliquib⁹ locis ſupradictis. Ps. 43. Eſtimati ſum⁹ ſicut oues
occiſionis. Eſa. 53. Sicut ouis ad occiſionem ducetur. & ali
מַטְבֵּחַ quādo ſcribitur cū mem in principio & dicitur מַטְבֵּחַ Mat-
Occiſio. béach. vt Eſa. 14. Preparate filios ei⁹ occiſioni. & inde טַבָּח
טַבָּח Tabach. i. occiſor. carnifex. coquus. eo quod occidit anima
Coquus. lia & aues ad coquendū. vt. 1. Reg. 9. Dixitq; ſamuel coquo.
& in eo. Leuauit aūt coquus armum & poſuit ante ſaul. &
טַבָּחִים in plurali טַבָּחִים Tabachim. pro quo beatus Hieronymus
tranſtulit milites ſiue exercitum aut militiam. eo quod oc-
Milites cidunt homines in bello. Geñ. 38. Putiphari eunucho pha-
Exercitus. raoni magiſtro militum. & in eodem. 39. Princeps exerci-
Militia. tus ſui. Hiere. 52. Venit nabuzardan princeps militie. & vt
beatus Hieronymus ait in libro de hebraicis queſtionibus
ſuper Geneſim. lxx. interpretes principem coquorum trāſ
tulerunt pro magiſtro vel principe exercitus. & in lingua
chaldaica dicitur טַבָּחַיָּא Tabachaia. Dañ. 2. Ab ariocho prin
טַבָּחוֹת cipe militie regis. & in genere feminino טַבָּחוֹת Tabachoth
Pro quo beatus Hieronymus tranſtulit focarias. i. coquas
vt. 1. Reg. 8. Filias quoq; veſtras faciet ſibi vnguentarias
Focarie. & focarias.
טָבַל טבל Tabal. tingere. intigere. baptizare. Geñ. 37. Et in ſan
Tingere. guine hedi quem occiderant tinxerunt. Exo. 12. Tin-
gite in ſanguine qui eſt in limine. Leuit. 4. Cūq; intinxe-
Intingere rit digitum in ſanguine. & in eo. 14. Tinget in ſanguine
paſſeris. Deut. 33. Et tingit in oleo pedē ſuum. Ioſ. 3. Et pe-
dibus eorum in parte aque tinctis. vbi ponitur verbum paſ
ſiuum: quod ſcribitur cum nun in principio. Ruth. 2. Et in-
tinge bucellam tuam in aceto. 1. Reg. 14. Et intinxit in fa-
uum mellis. 4. Reg. 5. Deſcendit & lauit ſepties in iordane
Baptizare ideſt baptizatus eſt ſepties. Iob. 9. Tamen ſordibus intin-
ges me. Ezech. 23. Et tiaras tinctas in capitibus eorum.
טבע Tabaa. Submergere. demergere. immergere. defige טָבַע
re. infigere. Exo. 15. Submerſi ſunt in mari rubro. Submergere.
Iob. 28. Sup quo baſes eius ſolidate ſunt. i. infixe ſunt. Ps.
9. Infixe ſunt gentes in interitu quē fecerūt. Ps. 68. Infixus Infigere.
ſum in limo profundi. Et in eo. Eripe me de luto vt nō in-
figar. Hiere. 38. Deſcenditq; hieremias in cenū. i. infixus
vel demerſus eſt in cenū. Et in eo. Demerſerūt in ceno & in Demergere
lubrico pedes tuos. Treñ. 2. Defixe ſunt in terra porte eius. Defigere
& inde טַבַּעַת Tabáath. i. anul⁹: eo qđ infigitur digito. Geñ. טַבַּעַת
41. Tulitq; anulū de manu ſua. Exo. 28. Facies & duos anu. Anulus.
los aureos. Nume. 31. Anulos & dextralia ac murenulas.
ponitur etiā pro circulo qui eſt q̄ſi anulus. Exo. 25. Et quat
tuor circulos aureos quos pones ꝑ quattuor arce angulos.
Et in eo. Duo circuli ſint in latere vno & duo in altero. vtū- Circulus
tur etiā hebrei hac dictiōe טֶבַע Tébaa pro natura: cū de na טֶבַע
tura loquūtur. ſed nō reperitur in veteri teſtamēto. Natura
טבר Tabur. vmbilicus. & trāſlatiue dicitur de medio ter- טַבּוּר
re: ſicut vmbilicus eſt in medio ventris. Iudi. 9. Ecce Umbilicus
populus de vmbilico terre deſcendit. Ezech. 38. Habitator
vmbilici terre. Quod btūs hieronym⁹ in ſuis explanatio
nib⁹ exponit. in medio terre.
טבת Tebeth. Nomen proprium menſis: quem nos decem טֵבֵת
brē vocam⁹. Eſter. 2. Mēſe decīo q vocatur tebeth. Tebeth
טהר Tihar. mundare. purificare ſiue purificari. purgare. טָהַר
mundum eſſe. Geñ. 35. Et mundamini ac mutate ve- Mundare.
ſtimenta veſtra. Leuit. 12. Et mūdabitur pro fluuio ſangui
nis ſui. & in eodē. Et ſic munda bitur. & in eodem. 13. Mun-
dabit eam quia ſcabies eſt. & in eodem. Lauabitq; homo ve
ſtimenta ſua & mundus erit. & in eodē. Quomodo munda Mūdū eē
ri debeat vel contaminari. & in eo. 14. Precipiet ei qui pu-
rificatur vt offerat duos paſſeres. & in eo. Aſperget illum Purificari
qui mundandus eſt vt iure purgetur. & in eo. Ponet ſuper
extremum auricule dextere eius qui mundatur. & in eodē.
15. Lotis veſtibus & toto corpore in aquis viuentibus erit
mūd⁹. & in eo. 16. In hac enim die expiatio erit veſtri atq;
mūdatio: corā dño mūdabimini. Et in eo. 22. Et occubue-
rit ſol tunc mūdatus veſcetur. Nu. 8. Purificabis eos iuxta
hūc ritū. & in eo. Cūq; lauerit veſtimēta ſua & mūdati fue-
rit. Ioſ. 22. Et vſq; in p̄ſentē diē hui⁹ ſceleris in vobis ꝑma
net. Pro quo he. le. De quo nō ſumus mūdati vſq; in diem
hanc. 4. Reg. 5. Recipiet ſanitatē caro tua atq; mūdaberis.
Et in eo. Lauer in eis & mūder. Nee. 12. Et mūdati ſunt ſa-
cerdotes & leuite & mūdauerūt populū. Iob. 4. Aut facto-
ri ſuo purior erit vir. Et in eo. 37. Et vētus tranſiens fuga-
uit eas. i. mūdauit & purificauit aerē a nubibus. Ps. 50. Et
a peccato meo munda me. Eſa. 66. Qui ſanctificatur & mū
dos ſe putant in hortis. Hiere. 13. Non mūdaberis poſt me.
Ezech. 22. Tu es terra immunda. Pro quo hebrei legunt.
Tu es terra non munda: ſiue non purificata. & in eodē. 39.
Vt mundent terram. Malach. 3. Et ſedebit conflans & emū
dans argentum. & in eodem. Et purgabit filios leui. & inde Purgare.
טָהוֹר Tahor in genere maſculino: ſiue טְהֹרָה theora in gñe טָהוֹר
feminino. i. mundus ſiue munda: aut purus vel pura. Geñ. Mundus
7. Ex omnibus animantibus mūdis tolles ſeptem & ſeptē.
Exo. 25. Deaurabis eam auro mundiſſimo. Leuit. 13. Cal- Mundiſſimus.
uus & mundus eſt. & in eo. 24. Super candelabrum mun-
diſſimum. & in eodem. Super menſam puriſſimam. Nu. 9.
Si quis aūt mundus eſt. & in eodē. 19. In loco puriſſimo. 1. Puriſſima
Reg. 20. Ne forte non eſſet mundus nec purificatus. Ps. 50
Cor mundum crea in me deus. & inde טָהֳרָה Tahora. ſiue
tahorath. i. purificatio ſiue purgatio vl' mundatio. Leuit. 12 טָהֳרָה
Trigita trib⁹ dieb⁹ manebit in ſanguine purificatiōis ſue. Purificatio.

Digitized by Google

Mundicia Et in eo.13.Et redditus mūditie iterū lepra creuerit.Et in
eo.14.Offeretq; ea die octauo purificationis ſue.Et in eo.
Emūdatio qui habere nō poteſt oīa in emūdationē ſuā.ps.88. Deſtru
xiſti eum ab emūdatiōe.Ezech.44.Et poſtq̄ fuerit emū
טהר datus.pro quo he.le.Et poſt emūdationē ſuā.Inde טֹהַר tó
har.i.puritas vel mūditia.beatus hieronymus trāſtulit ſere
Serenum. nitatem vel ſerenū.Exo.24.Et quaſi celū cum ſerenū eſt.
טוב טוב Tob.bonū vel pulchrū eſſe.bene agere.Nu.24.quam
Pulchrū eſſe. pulchra ſunt tabernacula tua.Canti.4.Pulchriora ſūt
vbera tua vino.& qn̄ eſt verbū tertie cōiugatiōis tūc ſcribi
tur cū iod in medio loco vau & ſignificat benefacere.vt.2.
Bñfacere. Paralip.6.Bene equidem feciſti huiuſcemodi habere vo
luntatem.De quo vide ēt infra in dictiōe יָטַב Iatab.& ide
טוב טוב Tob.i.bonus.optimus.pulcher.decorus.beneplacens.
Bonus. bonū:ſiue bonitas.vt Gen.1.Et vidit lucem ꝙ eſſet bona.
& in he.eſt gn̄is maſculini.& in eo.& vidit deus ꝙ eſſet bo
nū.& in eo.Vidit deus cūcta que fecerat & erāt valde bona.
& in eo.2.Et lignū ſcientie boni & mali.& in eo.3.Q̄d bo
nū eſſet lignū ad veſcēdū.& in eo.Vidit requiē ꝙ eēt bona
Optimus. Nu.10.Quidquid optimū fuerit ex opibus.Ps.37.Q̄m ſe
quebar bonitatē.ps.72.Quā bonus deus iſrael.Ps.110.In
tellectus bonus oībus facientibus eū.Eccſ.7.Qui placet
deo effugiet illā.i.qui bonus eſt corā deo.& in eo.8.Erit
bonum timentibus deum.Et in eo.Nō ſit bonum impio.
Mich.7.Qui optimus eſt in eis quaſi paliurus.Et aliqñ
טוב ſcribitur cū ſurec:& dr̄ טוּב Tub.vt Gen.24.Ex oībus bo
Bonum. nis eius portans ſecū.Et i eo.45.& ego dabo vobis oīa bo
na egypti.Et in eo.quia oēs opes egypti veſtre erunt.pro
quo he.le.quia oē bonū egypti vobis erit.Exo.33.Ego oſt
dam oē bonū tibi.Ps.30.quā magna multitudo dulcedinis
tue dñe.pro quo btūs Hieronymus in pſalterio iuxta he.
Bonitas. ve.tranſtulit.quā multa eſt bonitas tua.Ps.144.Memori
am abūdantie ſuauitatis tue eructabūt.pro quo btūs Hie
ronymus tranſtulit.memoriā multe bonitatis tue loquen
tur.Eſa.33.Et ſuper multitudinē bonorū domus iſrael.po
טוב nitur etiā טוב Tob.pro pulchro vel decoro aut elegāte vel
Elegans. hilari.vt Exo.2.Et vidēs eū elegātē abſcōdit eū.1.Reg.9.
Decorus. Electus & bonus.i.electus & decorus vel elegās.vnde ſeq
tur ab humero & ſurſum eminebat ſuper oēm populū.po
Hilaris nitur ēt pro hilari.Eſter.1.Cū rex eſſet hilarior.& in plura
טובים טובים Tobim.i.boni.3.Reg.2.Quia interfecit duos viros
Boni. iuſtos melioreſq; ſe.Ps.124.Benefac dñe bonis.Eccſ.4.
Melius eſt duos eſſe ſimul.i.meliores ſunt duo ſimul.Et in
eo.11.Et ſi vtrūq; ſimul melius erit.pro quo he.le.& ſi am
bo ſimul bona erūt.Hiere.44.& ſaturati ſumus panibus
& bene nobis erit.pro quo he.le.& erimus boni.i.felices &
diuites:ſicut ipſi exponunt.& in lingua chaldaica ſcribitur
טב ſine vau & dr̄ טָב Tab.Dañ.2.& caput ex auro optimo.& in
Optimum ge.fe.ſcribitur cum he in fine & dr̄ טוֹבָה Toba.Exo.18.Le
טובה tatuſq; eſt iethro ſup oībus bonis:quod in hebreo legitur
ſingulariter.ſ.ſuper omne bonū.Et ponitur ibi in hebreo
Bonum. femininū pro neutro:quia hebrei nō habēt genus neutrū:
ſed pro eo aliqñ vtuntur gn̄e maſculino:& aliquando femi
Bona nino.Nu.13.Ipſa terra bona aut mala.& in eo.Valde bona
eſt.Ps.15.Quoniam bonorum meorum non eges.ꝑ quo
beatus Hieronymus in pſalterio iuxta he.ve.tranſtulit:bo
nū mihi non eſt ſine te.Eccſ.7.In die bona fruere bonis.
טובת Et in plu.feminino טובת Thobot.i.bōe vel pulchre.vt Gen.
6.Videntes filii dei filias hominū ꝙ eſſent pulchre.Et in
Pulchre. eodem.44.Septem ſpice pullulabant in culmine vno ple
ne ac formoſe.Et in eodem.Septem boues pulchre & ſep
טוה טוָה tem ſpice plene.
Nere. Taua.nere.filare.Exo.35.Sed & mulieres docte que ve
nerant.Debet legi que neuerant.ideſt filauerant.Et in eo
dem.Et pilos caprarum.pro quo hebrei legunt.Et omnes
mulieres quibus eleuatum eſt cor in ſapientia filauerūt ſeu Filare.
neuerūt capras.ideſt pilos caprarum.Et inde מַטְוֶה Matue מטוה
ideſt filatum.vt ſupra in eodem.Dederunt hyacinthum &
purpurā.pro quo he.le.obtulerūt filatum hyacinthum &
purpuram.
טוח Toach.linire.oblinire.complanare.Exo.15.Puluis ela טוח
tus & alia terra lita.Et communiter ſcribitur ſine vau Linire.
vt ſupra in eodem.Et luto alio lini domū.Et in eodē.Poſt
q̄ denuo lita fuerit.Eſa.44.Obliti enim ſunt ne videant
oculi eorum.ſ.luto vel cemēto vt nō videāt.Ezech.13.Illi
autem liniebant eum luto abſq; paleis.Et i eodem.Dic ad
eos qui linunt abſq; temperamēto.Et in eo.Et deſtruā pa
rietem quem liniſtis.Et in eo.Et nō ſunt qui liniunt eum.
Et inde טִיחַ Tiach.ideſt litura.vt in eo.Vbi eſt litura quā טיח
liniſtis.Vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatū.Po Litura.
nitur etiam pro deaurare quod eſt quaſi linire.vt.1.Para
lip.29.Ad deaurandos parietes templi.Et inde טֻחוֹת Tu Deaurare.
choth.i.occulta vel abſcōdita:ac ſi eſſent lita ne quis ea poſ טחות
ſit videre.Ps.50.Incerta & occulta ſapientie tue manifeſta
ſti mihi.pro quo hebrei legunt.In abſconditis & in occul Abſcōdita
to ſapientiam manifeſtaſti mihi.Beatus hieronymus in
pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit.Abſcondi
tum & arcanum ſapientie tue manifeſtaſti mihi.Ponitur e
tiam pro viſceribus hominis.eo quod ſunt occulta.Iob.38
Quis poſuit in viſceribus hominis ſapientiam. Viſcera.
טור Tur.Ordo.verſus.progreſſio.ſ.linearis.Paries.mōs. טור
Exo.28.poneſq; in eo quattuor ordines lapidum.Et ī Ordo.
eodem.In primo verſu erit lapis ſardius.Et in eodem. Verſus.
In ſecundo.ſ.verſu carbunculus & ſapphyrus.3.Reg.6.
Edificauit atrium interius tribus ordinibus lapidum poli
torum et vno ordine lignorum cedri.Et in eodem.7.Et
quattor deambulatoria inter columnas cedrinas.pro quo
hebrei legunt.Super quattuor ordines colūnarū cedrina
rum.Et in eodem.Vnus autem ordo habebat colūnas qui
decim.Significat etiam parietem.vt Ezech.46.Et paries Paries.
per circuitū ambiens.Et inde טִירָה Tira.Pro quo beat⁹ hie טירה
ronymus tranſtulit propugnacula.Canti.8.Si murus eſt Propugna
edificemus ſuper eum propugnacula argentea.De quo vi cula.
de infra in dictione טיר Tir.Item טור Thur.ſiue טוּרָא Thu טור
ra:in lingua chaldaica ſignificat montem.Dañ.2.donec ab
ciſſus eſt de monte lapis.Et i eodem factus eſt mōs magn⁹. Mons.
טוש Tus.Properare.feſtinare.Beatus hieronymus trāſtu טוש
lit.Volare.Iob.9.Sicut aquila volans. Volare.
טְוָת Teuath.in lingua chaldaica ſignificat incenatum ſiue טות
ieiunū.Dañ.6.Et dormiuit incenatus. Ieiunus. Incenat⁹.
טַח Tach.linere.De quo vide ſupra in dictione טוח Thó טח
ach. Linire.
טָחָה Tacha.iacere.ſ.arcu.Gen.21.Quantū poteſt arcus ia טחה
cere.Et ſolum inuenitur in predicto loco:vbi pōitur Iacere ar
מטחוי Metachaue.cū mē in principio & vau loco he.Et ſe cu.
cūdū aliquos hebreos eſt participium ſecunde coniugatio מטחוי
nis.ſcdm alios vero ē nomē p̄le pro iactibus ſiue ictibus.
טָחַן Tachan.molere.frangere.ſ.mola.cōminuere.contere טחן
re.abuti.Exo.32.& cōtriuit vſq; ad puluerē.Nu.11.frā Conterere.
gebat mola.Deut.9.Et ī fruſtra cōminuēs.Iudi.16.& clau Frangere.
ſū i carcere molere fecerūt.Eſa.3.& facies pauperū cōmoli Cōminuere.
tis.Et in eo.47.Tolle molam & mole farinā.Accipitur ēt Molere.
tranſlatiue ꝑ actu coitus.vt Iob.31.Scortū alterius ſit vxor Scortū eſt
mea.pro quo in hebreo habetur.Molat ſiue tundat alteri
vxor mea.Quod exponunt aliqui hebrei ſic.quaſi di
cat ſeruiat alteri vxor mea:ſicut olim ſeruos & ancillas

Digitized by Google

molere faciebant.ſicut ēt modo faciūt ſarraceni. Thren̄.5.
Abuti. adoleſcentibus impudice abuſi ſunt. Quod in hebreo legi⸗
tur ſic.ſ.adoleſcētes ad molendū deducebāt.i. molere facie
טַחֲנָה bant.Inde טַחֲנָה Tachana.i.mola.vt Eccſ.12.In humilita⸗
Mola. te vocis molētis.|Et in plurali טֹחֲנוֹת Tochanoth. vt in eo.
טֹחֲנוֹת Et ocioſe erunt molentes.
Molentes טְחֹר Tachor.morbus ani qui ficus vocatur: quā infirmi⸗
טְחֹר tatē tranſlatio nr̄a circūloquēdo exprimit. Deut.28.
Ficus infir⸗ mitas ani. Percutiat te dn̄s vlcere egypti & partē corpis per quā ſter⸗
cora digerūtur.1.Reg.5.Et cōputreſcebāt ꝓminētes exta⸗
les corū.Et in eo.Et percutiebantur in ſecretiori parte na⸗
Anus. tiū.Et in eo.6.Quinqꝫ anos aureos facietis.Vbi ponitur ꝓ
anis.Et in eo.Facietiſqꝫ ſimilitudinē anorū vr̄orū. Et ſolū
inuenitur in numero plu.ſ.טְחֹרִים Techorim ſiue טְחֹרֵי Te
chore.Et in predictis locis in textu ponitur עֳפָלִים Apolim
pro טְחֹרִים Techorim.& in margine ponitur techorim:qđ
hebrei legūt.Reperitur etiā in textu techorim.vt.1. Reg.6.
Hi ſunt aūt ani aurei q̄s rediderūt philiſtiim ꝓ delicto ſuo.
טֹטָף טֹטָף Totaph.ſcđm hebreos eſt ornamētū quod frōtibꝰ ſu
is imponūt:vt recordentur preceptorū dei.& ſolū in
טֹטָפוֹת uenitur in numero plu.ſ.טֹטָפֹת Totaphoth.pro quo trāſla⸗
Mouebūt. tio nr̄a tranſtulit mouebuntur.Deut.6.Erūtqꝫ & mouebun
tur inter oculos tuos.Et ſolū inuenitur in p̄dicto loco. Sed
in lingua chaldaica ſign̄at ornamentum frōtis vel brachii
Nam.2.Reg.1.Vbi dicitur & tuli diadema quod erat in ca⸗
pite eius & armillam de brachio illius: ibi in tranſlatione
טֹטֶפֶת chaldaica ponitur טֹטֶפֶת Totepheth.pro armilla.
Armilla. טִיט Tit.lutum.cenū.vt Ps.17.Vt lutū platearū delebo eos
טִיט Ps.39.Eduxit me de lacu miſerie & de luto fecis. Ps.
Lutum. 68.Eripe me de luto vt nō infigar.Eſa.57.Et redūdāt flu⸗
ctus eius in cōculcationē & lutū.Abach.2. Vſqꝫquo aggra⸗
uat cōtra ſe denſū lutū. Vbi ponitur עַבְטִיט Abtit:que ē di⸗
ctio compoſita a עָב Ab quod ſignificat denſum & טִיט Tit
quod ſignificat lutum.
טִיל טִיל Til.mittere.immittere.proiicere. eiicere. abiicere. vt
Mittere. Ione.1.Dn̄s miſit ventū magnū in mari. Et in eo. Et
miſerūt vaſa que erant in naui in mare.Et in eo.Tollite me
& mittite in mare.Et in eo.Et tulerūt Ionā & miſerunt in
mare.Scribitur ēt ſine iod in medio.vt.1.Reg.20.Et arripu
Proiicere it ſaul lanceā vt percuteret eū.pro quo he.le.Et proiecit ſa⸗
p̄cipitare. ul lanceā.Iob.40. Et videntibus cūctis precipitabitur.i.ꝓ
iicietur. Prouer.16. Sortes mittuntur in ſinu.Hiere.16. Et
Eiicere. eiiciam vos de terra hac.Et in eo.22.Quare abiecti ſūt ip⸗
Abiicere. ſe & ſemē eius.& aliqn̄ duplicatur lr̄a tet & lr̄a lamed:& dr̄
טַלְטֵל טַלְטֵל Taltel.i.proiicere ſiue aſportare.Eſa.22. Ecce dn̄s
Aſportare aſportari te faciet ſicut aſportatur gallus galinaceus.
טִינָא טִינָא Tina. in lingua chaldaica ſignificat lutum. Dan̄. 2.
Lutum. & ferrum mixtum teſte & luto.
טִיר טִיר Tir.habitatio.commoratio. palatium. Et ſcribitur in
Habitatio fine cum he vel tau.vt Ps.68.Fiat habitatio eorū de⸗
Propu⸗ gnacula. ſerta.Ponitur etiam pro propugnaculis.vt Canti.8. Edifi
cemus ſuper eū ꝓpugnacula argentea.Pro quo he.le. Ha⸗
טִירוֹת bitationē ſiue palatiū argenteū.Et in plu.טִירוֹת Tiroth.ꝓ
quo btūs hieronymus tranſtulit oppida.Gen̄.25. Per ca⸗
Oppida. ſtella & oppida corū.Ponitur ēt ꝓ porticu.vt Ezech. 46.
Porticus Et colūne fabricate erāt ſubter porticus per gyrū. Itē poni
Caule. tur ꝓ caulis.ſ.ouiū.vt Ezech.25.Et collocabūt caulas ſuas
in te.Et aliqui hebrei dicunt ꝙ predicta dictio deriuatur a
ſupradicta dictione טוּר Tur.Que ſign̄at parietem ſiue or⸗
dinē lapidū vel lignorū:quibus domus vel habitatio fit.
טַל טַל Tal.ros.vt Gen̄.27.Det tibi deus de rore celi. Et in eo.
Ros. In pinguedine terre & i rore celi deſup.Exo.16.Mane
q̄ꝗ ros iacuit ꝑ circuitū caſtrorū. Deut.32. Fluat vt ros elo
quium meum.Iob.38.Quis genuit ſtillas roris.Ps.132.Si
cut ros hermon qui deſcendit ſuper montē ſion. Canti.5.
Quia caput meum plenum eſt rore.Eſa.26. quia ros lucis
ros tuus.Zach.8.Et celi dabunt rorē ſuum.
טְלַל Talal.tegere.operire vt.Nee.3.Ipſe edificauit eā & te טְלַל
xit. In lingua chaldaica ſignificat vmbrā ſiue obum⸗ Tegere.
brare.vel operire.vt Gen̄.19.quia ingreſſi ſunt ſub vmbra Vmbra.
culminis mei. Vbi pro vmbra que hebraice dr̄ צֵל Sel.in trā
ſlatione chaldaica ponitur טְלָל Telal.Dan̄.4. Subter eam טְלָל
habitantes beſtie agri.i.obūbrate vel tecte erāt ſub ea.Et ſe Habitare.
cundum hebreos inde deriuatur טַל Tal.i.ros.de quo ſupra טַל
dictum eſt in dictione precedenti. Ros.
טָלֻא Talu.maculoſū.i.diuerſi & varii coloris: aut cōſutū טָלֻא
ex fragmētis diuerſorū colorū:vl̄ qn̄ vetera nouis re
ſarciuntur.vt Gen̄.30.Et ſepara cunctas oues varias & ſpar Maculoſi
ſo vellere.i.maculoſo vellere.Et in eo.quodcūqꝫ ruffum &
maculoſum variūqꝫ fuerit tam in ouibus q̄ꝫ in capris erit
merces mea.Et in eo.Et oīa que nō fuerint varia & macu
loſa & fulua.Et in eo.Et ſeparauit in die illa capras & oues
& hircos & arietes varios & maculoſos.ſignificat ēt conſu⸗
tū ex variis fragmētis vel pitaciis ſiue ex pannis diuerſorū
colorū.vt Ioſ.9. Calciamētaqꝫ perantiqua:que ad indiciū Pitaciis.
vetuſtatis pitaciis conſuta erant.Ezech.16. Feciſti tibi ex⸗ conſuta.
celſa hinc inde cōſuta.i.cooperta ex pannis diuerſorum co Conſutum
lorum conſutis.
טָלֶה Tale.agnus.vt.1.Reg.7.Tulit aūt ſamuel agnū lactā⸗ טָלֶה
tem vnum.Eſa.65.Lupus & agnus paſcentur ſimul. Agnus.
& in plurali mutat he in aleph.& dicitur טְלָאִים Telaim.i. טְלָאִים
agni.vt.1.Reg.15.Et recenſuit eos quaſi agnos.Eſa.40.In Agni.
brachio ſuo congregabit agnos.
טַלְטֵל Taltal.aſportare.proiicere.De quo vide ſupra in di טַלְטֵל
ctione טִיל Til. Aſportare
טָמֵא Tama.ſiue טָמֵא Time.polluere.contaminare.Inqui טָמֵא
nare.Immundum vel pollutum eſſe.ſordeſcere.pro
fanare.Gen̄.34.Quod cum audiſſet iacob.Pro quo he.le. Contami⸗
Et iacob audiuit quod contaminauit ſiue profanauit dinā nare.
filiam ſuā.Et in eo.Seuientes ob ſtuprum ſororis.Pro quo
he.le.quia contaminauit vel poluit aut profanauit dinam
ſororem ſuā.ſ.ſichem profanauit eam.Leuit.11. Et erit im⸗ Immūdū
mundus vſqꝫ ad veſperam.Et in eodem.Et ſuper quod ce⸗ eſſe
ciderit quicq̄ꝫ de morticinis eorū polluetur. Et in eodem. Polluere
Et oē liquens quod bibitur de vniuerſo vaſe īmundū erit.
Et in eo.Ne polluatis animas vr̄as in oī reptili. Et in eo.12
Et immūda erit ſeptē diebꝰ.Et in eo.Sin aūt feminā pepe
rit:immūda erit duabus hebdomadis.Et in eodē.13.Et ad
arbitriū eius ſeparabitur.pro quo he.le. Et videbit eum ſa
cerdos & contaminabit eum.ideſt pollutū iudicabit:ſiue in
mundítie cōdemnabit eū.& eſt idem ſenſus cū lr̄a nr̄a. Et
in eo.Et immūditie cōdēnabitur. & in eo. Contaminabit
itaqꝫ eum ſacerdos.Et in eo. Tunc ſacerdotis iudicio pol⸗
luetur & inter immūdos reputabitur.Et in eo.13.Condem
nabit eū haud dubie lepre:que orta ē in caluicio.ꝓ quo he.
le.Contaminās cōtaminabit eū ſacerdos:quia ī capite ſuo
lepra ſua.ſ.eſt.Et in eo.Quomodo mūdari debeat vel cōta
minari.Et in eo.15.Omne ſtratū in quo dormierit īmūdū
erit.Et in eo.Et ipſe lotus aqua immūdus erit vſqꝫ ad veſ⸗
perā.Et in eo.18.Ne polluamini in oībus his q̄bus cōtami
nate ſunt vniuerſe gentes.Et in eo.Et q̄bus polluta ē terra
Et in eo.21.Ne cōtaminetur ſacerdos in morte ciuium ſuo
rum.Et in eodem.Sed nec in principe populi ſui contami
nabitur.Nu.5.Ne contaminent ea cum habitauerim vobiſ
cum.Et in eodem.Que vel polluta eſt vel falſa ſuſpicione
appetitur.Et in eodem.Sin autem declinaſti a viro tuo at

Digitized by Google

q̄ polluta es.Et in eo.Si polluta eſt & cōtempto viro adulterii rea.Et in eo.6.Qm̄ polluta ē ſanctificatio eius. Deut.24.quia polluta eſt.4.Reg.23. Contaminauit quoq̄ thopheth.Et in eo.polluit rex & cōtriuit ſtatuas. Ezech.4.Ecce anima mea nō eſt polluta.Et in eo. 23. Polluerunt ſanctuariū meū.Oſee.5.Contaminatus eſt iſrael. Et aliquādo ſcribitur ſine aleph.De quo vide in dictione ſequenti. Et inde טָמֵא Tame.i.pollutus.cōtaminatus.immūdus.ſordidus.Leuit.11.Chirogryllus qui ruminat vngulamq̄ nō diuidit immūdus eſt.Et in eo.vt differentias noueritis mūdi & immūdi.& in eo.13.Contaminatū ac ſordidū ſe clamabit.Eſa.6.Quia vir pollutus labiis ego ſum & in medio populi polluta labia habentis ego habito.Ezech.4.Sic comedēt filii iſrael panem ſuū pollutū inter gentes.& in plurali.

טמא — Immūdus. Cōtaminatus. Sordidus. Pollutus.

טְמֵאִים Temeim.Leuit.11.Et omnia hec immūda ſunt vobis.Nu.9.Ecce aūt quidā immūdi ſuper anima hoīs. Et in eo.Immūdi ſumus ſup anima hominis. & in gn̄e feminino טְמֵאָה Temea.i.polluta aut contaminata vel ſordida.vt Leuit.15.Immūda erit quaſi ſit in tpe mēſtruo.Et in eodē.27.Animal immūdū quod immolari dn̄o nō poteſt.Et in eo.Qd̄ ſi immūdū eſt animal.Et ponitur ibi in hebreo in genere feminino:quia aial in hebreo eſt generis feminini. Ioſ.22.Qd̄ ſi putatis immūdā eſſe terrā poſſeſſionis veſtre.Ezech.22.Sordida nobilis.Pro quo he.le.Sordida nominis.Et inde טֻמְאָה Tuma.i.immūditia.pollutio. Leuit.5.Et ſi tetigerit quicq̄ de immūditia hominis iuxta omnem impuritatē qua pollui ſolet.Et in eo.15.Quādiu ſub iacet huic paſſioni.i.huic immūditie.Iudi.13. Nulloq̄ veſcatur immūdo.Et ponitur ibi in hebreo immūditia p̄ immūdo.Ezech.22.Immūditiā menſtruate humiliauerunt in te.Et in plu.טֻמְאוֹת Tumoth.i.immūditie vel ſordes.Leuit.16.Et expiet ſanctuariū ab immūditiis filiorū iſrael.& in eo.In medio fortiū habitatiōis eorū.Debet legi ſordiū.

טמאים — Immūdi. טמאה — Immūda. Sordida. טמאה — Immūditia. Immūdū. טמאות — Immūditie. Sordes.

טָמָה Tama.Immūdū eſſe.ſordeſcere.contaminare.polluere.Et ſcribitur ſine he.Leuit.11.Ne tāgatis quicq̄ eorum ne immundi ſitis.Iob.18.Et ſorduimus coram te. Et eſt idem cum dictione precedenti.

טמה — Immūdū eē. Sordeſcer.

טָמַן Taman.abſcōdere.celare.cooperire.vt Gen̄.35. At ille infodit eas ſub terebinthū.i. abſcōdit eas ſub terebinthū. Exo.2. Percuſſūq̄ egyptiū abſcōdit in ſabulo.4 Reg.7.Et abierūt & abſcōderūt.Iob.18. Abſcōdita eſt in terra pedica eius.Et in eo.31.Et celaui in ſinu meo iniquitatē meā.Et in eo.40.Abſcōde eos in puluere ſimul.Ps.139.Abſcōderunt ſuperbi laqueū mihi.Prouer.19.Abſcōdit piger manū ſuā ſub aſcela.Hiere.13.& abſcōde ibi illud in foramine petre.Et in eo.Et abii & abſcondi illud in euphratem.Et in eo.Et tuli lumbare de loco vbi aſcōderā illud.Et in eo.43.Et abſcōdes eos in crypta.& inde טָמוּן Tamun.i.abſcōſio ſiue locus abſcōditus aut latibulū.Pro quo beatus hieronymus tranſtulit foueā.Iob.40. Et facies eorū demerge in foueā.& inde מַטְמוֹן Matmon.i. abſcōſio vel abſcōditū.pro quo btūs hieronymus trāſtulit theſaurum: eo qd̄ abſcōditur.vt Gen̄.43.Deus patris veſtri dedit vobis theſauros in ſaccis veſtris.Iob.3. quaſi effodiētes theſaurum.Hiere.41.Habemus theſauros in agro.

טמן — Abſcōder. Celare. טמון — Fouea. מטמון — Theſaur⁹.

טֶנֶא Tēne.cartallum.caniſtrū.Deut.26.Et pones in cartallo.& in eo.Suſcipienſq̄ ſacerdos cartallū de manu tua Ponitur etiam pro horreo.vt in eodem.28. Benedicta horrea tua & benedicte reliquie tue.

טנא — Cartall⁹. Horreum.

טָנַף Tanaph.inquinare.Canti.5.Laui pedes meos quō inquinabo illos.& ſolum inuenitur in predicto loco.

טנף — Inquinar.

טָעָה Taaa.errare.vt Hiere.13.Errare fecerūt populū meū. Et eſt idē cū verbo תָּעָה Thaa.cū tau in principio. De quo infra dicetur in littera tau.

טעה — Errare.

Annus. hebrei exponunt de anno in annũ: et eſt idem ſenſus cum littera noſtra. Et in eo. 27. Fuit aũt numerus dierũ quibus habitauit dauid in regione philiſtinorũ quattuor menſiũ. Pro quo he. le. Fuit aũt numerus dierũ quibus habitauit dauid in regione philiſtinorum dies & quattuor menſes. & p dies intelligitur annus ſecundũ hebreos. Poteſt etiam intelligi ꝙ habitauit ibi aliquot diebus vltra quattuor menſes. Tamen infra: capitulo. 29. Dixit rex achis de dauid: & eſt apud me multis diebus vel annis. Et poteſt exponi ſic. Quod in ipſis diebus quibus habitauit apud eũ probauit eũ eſſe fideliſſimũ ac ſi habitaſſet apud eũ multis annis. ponitur etiam pro tempore: tam in ſingulari ꝙ̃ in plu. Geñ.
Tempus. 30. Egreſſus aũt ruben tempore meſſis triticee. Exo. 32. In die vltionis viſitabo & hoc peccatũ eorũ. i. tpe vltionis. Leuit. 15. Quaſi ſit in tpe menſtruo. Nu. 3. Ex quo percuſſi primogenitos in terra egypti. Pro quo hebrei legunt. In die. i. in tempore quo percuſſi primogenitos in terra egypti. Deut. 31. Et iraſcetur furor meus cõtra eos in die illo. i. in tempore illo. 1. Paralip. 11. Et interfecit leonẽ in media ciſterna in tpe niuis. Scribitur ẽt cũ he vel caph in prin
הַיּוֹם cipio & dicitur הַיּוֹם Haiom ſiue כַּיּוֹם Chaiom. i. hodie ſiue
Hodie. tẽpus preſens. vt Geñ. 21. Et ego nõ audiui pter hodie. Et in eo. 22. Vnde vſq͂ hodie dicitur. Et in eo. 25. Vende mihi primogenita tua. Pro quo he. le. Vende mihi hodie primogenita tua. Et in eo. Iura ergo mihi. Pro quo hebrei legunt. Iura mihi hodie. Exo. 13. Hodie egredimini. 1. Reg. 9. Hodie enim venit in ciuitatẽ. ps. 2. Ego hodie genui te. Ps. 94. Hodie ſi vocem eius audieritis. Et aliqñ ſcribitur
כְּהַיּוֹם cũ caph & he in principio. & dr̃ כְּהַיּוֹם Chehaiom. i. hodie
Quadam die. ſiue quadam die. vt Geñ. 39. Accidit aũt quadã die vt itraret ioſeph domũ. 1. Reg. 2. Incẽdatur primũ iuxta morem
Hodie. hodie adeps. Et in eo. 9. Hodie enim inuenietis eũ. Et qñ
יוֹם predicta dictio duplicatur & dicitur יוֹם יוֹם Iom iom tunc
יוֹם ſigñat per ſingulos dies. ſiue de die in diẽ. aut quottidie. vt
p ſingulos dies. Geñ. 39. Huiuſcemodi verbis per ſingulos dies loquebatur. Eſa. 58. Me etenim de die in diem querunt. Et in lĩgua
יוֹמָא chaldaica dr̃ יוֹמָא Ioma. i. dies. & i pl̃. יוֹמַיָּא Iomaia ſiue יוֹמִין
יוֹמַיָּא Iomin. i. dies uel tempora. Dañ. 2. que ventura ſunt in no
יוֹמִין uiſſimis temporibus. Et in eodem. 4. igitur poſt finem
Tempora. Dies. dierum.

יוֹן יוֹן Ion. colũba. Et declinatur in ſingulari cũ he in fine ſicut noĩa feminina: & accipitur tam pro maſculo ꝙ̃ pro fe
Columba. Columbe. mina. & in plu. יוֹנִים Ionim. ſecundũ terminationẽ maſculinorũ. vt Geñ. 8. Emiſit quoq͂ colũbam. 4. Reg. 6. Et quarta pars cabi ſtercoris columbarum. Ps. 67. Penne columbe deargentate. Canti. 1. Oculi tui colũbarum. Et in eodem. 2. Colũba mea in foraminibus petre. Et in eo. 5. Oculi ei9 ſicut colũbe ſuper riuulos aquarũ. Et in eo. 6. Vna eſt colũba mea. Eſa. 59. Quaſi colũbe meditãtes gememus. Et in eo. 60. Et quaſi colũbe ad feneſtras ſuas. Hiere. 25. A facie ire colũbe. Et in eo. 50. A facie gladii colũbe. Et in duobus locis predictis poteſt legi pro colũba deuaſtantis vel de populantis. De quo vide infra in dictione יָנָה Iana. Ezech. 7.
יָוֵן Quaſi columbe conualliũ. Item יָוֵן Iauan. cenum ſiue li
Cenum. Limus. mus. Ps. 40. Et de luto fecis. Pro quo btũs hieronymus ĩ pſalterio iuxta he. ve. tranſtulit. & de luto ceni. Ps. 68. Infi
xus ſum in limo profundi. Item יָוָן Iauan. i. grecia. Eſa. 66. יָוָן
In italiam & greciã ad inſulas longe. Zach. 9. Et ſuſcitabo Grecia.
filios tuos ſion ſup filios tuos Grecia. Et vt refert beatus hieronymus in hebraicis queſtionibus ſup Geneſim. Iauã Significat populos grecos qui iones appellantur: vnde & mare ionium dicitur. hec Hieronymus.

יָזַם Iazam. cogitare. vt Geñ. 11. Nec deſiſtent a cogitationi bus ſuis. Pro quo hebrei legunt. Et nunc non vitabi יָזַם
tur ſiue non prohibebitur ab eis omne quod cogitauerunt Cogitare.
facere. Et de hoc vide ſupra in dictione זָמַם Zamam.

יָזַן Iazan. armare. & inde מְיֻזָּנִים Meiuzanim. ideſt arma יָזַן
ti ſecundum hebreos. Beatus Hieronymus tranſtulit A מְיֻזָּנִים
matores. Hiere. 5. Equi amatores in feminas & emiſſarii fa Amatores
cti ſunt. & dicunt aliqui ꝙ deriuatur a זוּן Zon quod ſignifi
cat nutrire quaſi diceret: equi ſaginati. זוּן

יָזַע Iazaa. Sudor. Ezech. 44. Et non accingetur in ſudo
re. Scribitur etiam ſine iod in principio & dicitur זֵעָה יָזַע
Ziaa cum he in fine. & quando poſt ſe regit genitiuum mu Sudor. זֵעָה
tat he in tau & dicitur זֵעַת Zeaath. Geñ. 3. In ſudore vultus זֵעַת
tui veſceris pane tuo. Sudor.

יָחַד Iachad. vnire. vnicum facere. vt Ps. 85. Letetur cor יָחַד
meum vt timeat nomen tuum. Pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit. Vnicum facor meum vt timeat nomen tuum. & aliquan Vnicũ facere.
do ſcribitur ſine iod. vt Geñ. 49. Et in cetu eorum non ſit gloria mea. Pro quo hebrei legunt. Et in cetu eorum non vniatur. ideſt non conueniat gloria mea. Et de hoc vide ſu
pra in dictione חָדָה Chada. & inde יָחִיד Iachid. ideſt vni יָחִיד
cus. vnigenitus. vt Geñ. 22. Tolle filium tuum vnigenitũ. Vnigenit9
Ps. 24. Quia vnicus & pauper ſum ego. Prouer. 4. Tenel Vnicus.
lus & vnigenitus coram matre mea. Hiere. 6. Luctum vni
geniti fac tibi. Et in genere feminino יְחִידָה Iechida. vt Iu יְחִידָה
di. 11. Occurrit ei vnigẽita filia ſua. Ps. 21. Et de manu canis Vnigenita
vnicam meam. ps. 34. A leonibus vnicam meam. Et inde Vnica.
יַחַד Iachad. ideſt ſimul. in vnum. pariter. Iob. 19. Simul ve יַחַד
nerunt latrones eius. Et in eodem. 38. Cum me laudarent Simul.
ſimul aſtra matutina. Ps. 2. Et principes conuenerunt in vnum. Ps. 48. Simul in vnum diues & pauper. Et aliquan In vnum.
do ſcribitur cũ vau in fine & dicitur. יַחְדָּו Iachdau. vt Geñ.
13. Vt habitarent ſimul. Et in eodem. Et nequibant habita יַחְדָּו
re communiter. ideſt pariter. Et in eodem. 22. Cumq͂ duo Simul. Pariter.
pergerent ſimul. Deut. 22. Non arabis in boue ſimul & aſino. Et in eodem. 25. Quando habitauerint fratres ſimul. Ps. 47. Conuenerunt in vnum. Ps. 54. Qui ſimul mecũ In vnum.
dulces capiebas cibos. Hiere. 31. Iuuenes & ſenes ſimul. & aliquando ſcribitur cum iod & vau in fine. vt Hiere. 46. Et ambo pariter conciderunt. Et in eodem. Verſi ſunt & fugerunt ſimul. Et in eodem. 49. Sacerdotes eius & principes eius ſimul.

יָחַל Iachal. Expectare. ſperare. preſtolari. Geñ. 8. Expecta יָחַל
uit nihilominus ſeptem diebus aliis. Iob. 14. Cunctis Expectare.
diebus quibus nunc milito: expecto. Et in eo. 29. Expectabant me ſicut pluuiam. ps. 32. Quemadmodum ſperaui Sperare.
mus in te. Ps. 118. In quo mihi ſpem dediſti. Pro quo btũs hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit. Quem me ſperare feciſti. Ps. 130. Speret iſrael in domino. Ezech. 13. Et perſeuerauerunt confirmare ſermonẽ. Pro quo hebrei legunt. Et ſperauerunt confirmare ſermo
nem. & Michee. 5. Et non preſtolabitur filios hominum. preſtolari.
Et in voce paſſiua prime coniugationis ſcribitur cum nun & vau in principio loco iod. Ezech. 19. Que cum vidiſſet quoniam infirmata eſt & periit expectatio eius. Pro quo hebrei legunt. Et vidit quod cum expectaretur:

Digitized by Google

periit expectatio eius. ideſt cum eſſet in expectatione: periit expectatio eius. Poteſt etiam deriuari a dictione ſupra dicta חָלָה Chala. que ſignat infirmari: ſicut eſt in lra nra. & qn̄ eſt verbū tertie cōiugatiōis: tunc ſcribitur cū he & vau ī principio loco iod. vt Iob. 32. Expectaui enim ſermões veſtros. Et in eo. Qm̄ igitur expectaui & non ſunt locuti. Ps. 129. Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit aīa mea ī dn̄o. pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. trāſtulit. Suſtinuit anima mea & verbū eius expectaui. & in prima perſona futuri temporis dicitur אֹחִילָה Ochila. pro quo btūs hieronymus tranſtulit Aggrediar. vt. 2. Reg. 18. Non ſicut tu vis: ſed aggrediar eū coram te. Hebrei tamen legunt. Nō ſic expectabo corā te. i. nō expectabo vt tu percutias eū. ſed ego ipſe aggrediar eū corā te. in alio vero loco beatus hieronymus tranſtulit Doleo. Hiere. 4. Vētrē meū doleo. De quo vide ſupra in dictione חיל Chul. Quia poteſt etiam deriuari ab eadē dictione. & inde תוֹחֶלֶת Thocheleth. i. expectatio ſiue ſpes. vt Iob. 40. Ecce ſpes ei9 fruſtrabitur. Prouer. 13. Spes que differtur affligit animam.

אֹחִילָה Aggrediar

תּוֹחֶלֶת Spes.

יָחַם Calefieri. Concipere.

יחם Iacham. calefacere. calefieri. cōcipere. vt Eccſs. 2. vn9 quō calefiet. & ponitur tranſlatiue ꝑ concipere. Geñ. 30. Et in cōſpectu earū conciperent. Et in eo. Factumqꝫ eſt vt in ipſo calore coitus oues intuerentur virgas. Et in eodē Igitur qn̄ primo tpe aſcendebantur oues. i. concipiebant. Et in eo. Vt in earū cōtemplatione cōciperēt. beatus hieronymus in hebraicis queſtionibus ſic ait. In eo aūt loco vbi ſcriptū eſt: vt cōciperent in virgis: in hebreo habetur. Leiahamena. vim verbi hebraici niſi circuitu exprimere non poſſum. Leiachamena enim ꝓprie dicitur extremus in coitu calor quo corpus oē cōcutitur & patranti voluptati vicinus eſt finis. Hec hieronymus. Ps. 50. Et in peccatis concepit me mater mea. Eſa. 57. Qui cōſolamini in diis. ꝑ quo he. le. Qui calefacti eſtis in diis ſiue in idolis. Poteſt etiā legi ſicut eſt in littera noſtra. Nam poteſt deriuari a dictione נחם Nacham. que ſignificat conſolari: ſicut infra dicetur. vide ēt de hoc ſupra in dictione חָמַם Chamam. Inde חֵמָה chema. ſiue חֲמַת Chamath. i. ira. furor. indignatio. vt Deut. 29 Et eiecit eos de terra ſua in ira & in furore. Eſter. 7. Et regis ira quieuit. Iob. 6. Quarū indignatio ebibit ſpūm meum. Et in eo. 21. Et de furore oīpotētis bibet. Ps. 6. Neqꝫ in ira tua corripias me. Ps. 36. Et derelinque furorem. p̄s. 57. furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis. p̄s. 75. Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi & reliquie cogitationis diem feſtum agent tibi. Pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. tranſtulit. Quia ira hominis confitebitur tibi: reliquiis ire accingeris. p̄s. 89. Et in furore tuo turbati ſunt. Prouer. 16. Indignatio regis nūcii mortis. Eſa. 27. Indignatio nō eſt mihi. Et in lingua chaldaica ſcribitur cum aleph in fine loco he. Dañ. 3. tunc nabuchodonoſor ī furore & ira. Ponitur ēt חֵמַת Chamath pro felle vel pro veneno. vt Deut. 32. Fel draconum vinum eorum. Ps. 139. Venenum aſpidum ſub labiis eorū. Abach. 2. Mittens fel ſuū. De quo vide etiā ſupra in dictione חֵמַת Chamath. Ponitur ēt חֶמְאָה Chema pro butyro vt Iob. 29 quando lauabam pedes meos butyro. De quo vide ſupra in dictione חֶמְא Chema cum aleph in fine.

Calefacere

נָחַם

חֵמָה Ira. indignato Furor.

Furor. חֵמַת Fel. Venenum

חֶמָה Butyrum.

יַחְמוּר Bubalus.

יחמור Iachmur. bubalus. Deut. 14. Ceruum & capream & bubalum. Hebrei tamen dicunt ꝙ ſignificat quoddā genus ceruorum.

יָחַשׂ Cognatio.

יחש Iachas. Genealogia. proſapia. cognatio. aut dinumerare. vel deſcribere. ſ. per cognationes & genealogias vt. 1. Paralipo. 4. Hec habitatio eorum & ſedium diſtributio. Pro quo hebrei legunt. Hec eſt habitatio eorum & cognationes vel genealogie eorum. Et in eo. 5. Et non eſt ille reputatus in primogenitum. ideſt non eſt deſcriptus in primogenitum ſecundum genealogiam ſuam. Et in eodē. 9. Vniuerſus ergo iſrael dinumeratus eſt. Et in eodem. Et deſcripti in villis propriis. 2. Paralip. 12. Et diligenter expoſita. ideſt deſcripta vel dinumerata. Eſdre. 2. Hi queſierunt ſcripturam genealogie ſue. Et in eodem. 8. Hi ſunt ergo principes familiarum & genealogia eorum. Nee. 7. Vt recenſerem eos. ideſt deſcriberem ſecundum ſuas genealogias. Et in eodem. Et inueni librum cenſus eorum. i. deſcriptionis genealogie eorum.

Deſcribere per genealogias.

Dinumerare. ſ. per cognationes.

Genealogia.

יָחֵף Diſcalciatus.

יחף Iacheph. Diſcalciatus. vt Eſa. 20. Vadens nudus & diſcalciatus. Et in eodem. Nudam & diſcalciatam. Hiere. 2. Prohibe pedem tuum a nuditate. ideſt ne ſit diſcalciatus.

יָחַר Morari.

יחר Iachar. morari. moram facere. 2. Reg. 20. Et moratus eſt extra placitum quod ei conſtituerat rex. De quo vide ſupra in dictione אָחַר Achar

יָטַב Bene eſſe. Bene vti. Bn̄ facere.

יטב Iatab. bonū eſſe. benefacere. placere. exhilarare. perſeuerare. cōponere. ornare. & iungitur cū quacūqꝫ actione que bene vel perfecte ſit acta. Geñ. 12. Vt bene ſit mihi pro te. Et in eodem. Abraam vero bene vſi ſunt propter illam. Exo. 1. Bene ergo fecit deus obſtetricibus. Leuit. 5. vt vel male quid faceret vel bene. Deut. 5. Bene omnia ſunt locuti. Et in eodem. 8. Et ad extremum miſertus eſt tui. i. bene fecit tibi. Et in eodem. 12. Vt ſit bene tibi & filiis tuis poſt te. Iob. 24. Et vidue bene non fecit. Ps. 32. Beneplacite ei in vociferatione. p̄s. 35. Noluit intelligere vt bene ageret. Ps. 48. Confitebitur tibi cum benefeceris ei. Ps. 124. Bene fac domine bonis. Prouer. 30. Tria ſūt que bene gradiuntur & quartum incedit feliciter. Pro quo hebrei legūt. Et quattuor bene incedentes. Eſa. 1. Diſcite benefacere. & in eodem. 23. Bene cane: frequenta canticum. Et in eodem 41. Bene quoqꝫ an male ſi poteſtis facite. Hiere. 1. Bene viſti. Et in eodem. 2. Quid niteris bonam oſtendere viam tuam. Et in eodem. 4. Bene autem facere neſcierunt. Et in eodem. 7. Bonas facite vias veſtras. Et in eodē. Quoniā ſi bene direxeritis vias veſtras. Et in eodem. vt bene ſit vobis. Et in eodem. 10. Quia nec male poſſunt facere nec bene. Et in eodem. 13. Et vos poteſtis bene facere. Et in eodē. 32. Non deſinam eis bene facere. Ezech. 36. Boniſqꝫ donabo maioribus quam habuiſtis ab initio. Mich. 2. Nonne verba mea bona ſunt. Item ſignificat placere. vt Geñ. 34. Placuit oblatio eorum. Et in eodem. 41. Placuit pharaoni conſilium. Leuit. 10. Aut placere domino ī cerimoniis mēte lugubri. Et in eodem. Quod cum audiſſet moyſes recepit ſatiſſactionē. Pro quo hebrei legunt. Et audiuit moyſes & placuit in oculis eius. Ioſ. 22. Placuitqꝫ ſermo cūctis audientibus. 1. Reg. 29. Sed ſatrapis non places. 2. Reg. 3. Et placuerunt eis cūcta que fecit rex. Nee. 2. Et ſi placet ſeruus tuus ante faciem tuam. Eſter. 2. Placuit ſermo regi. Et in eodem. Que placuit ei & inuenit gratiam in conſpectu illius. Ps. 68. Et placebit domio ſuper vitulum nouellum. Item ſignificat exhilarare ſiue letari. vt Iudi. 19. Paritérqꝫ letemur. Et in eodem. Et duc letum diem. pro quo hebrei legunt. Et exhilara cor tuum. Et in eodem. Illis epulantibus & poſt laborem itineris reficientibus corpora. pro quo hebrei legunt. Illis exhilarantibus corda ſua. 2. Regū. 13. Cum temulentus fuerit amnon vino. Pro quo hebrei legunt. Cum hilaris fuerit amnon vino. Eſter. 1. Itaqꝫ die ſeptimo cum rex eſſet hilarior: & poſt nimiam potationem incaluiſſet mero. Item ponitur pro perſeuerare. 1. Reg. 20 Si autem perſeuerauerit patris mei malitia. Mich. 7.

Bn̄ placere Bn̄ agere.

Bene dirigere.

Bonū eē.

Placere

Letari. Exhilarare

Digitized by Google

Malum manuum ſuarum dicunt bonū. Pro quo he. le. Super malū manuū ſuarū ad perſeuerandū. Poteſt etiam legi ſicut eſt in littera noſtra. Item ponitur pro componere vel ornare. vt Exo. 30. Quando componet lucernas incendet illud. 4. Reg. 9. Et ornauit caput ſuum. vide etiam ſupra in dictione טוֹב Tob. & inde הֵיטֵב Heteb. i. bene. perfecte: aut beneplacitum. omnino. valide. Deut. 9. omnino quoq; in puluerem redigens. Et in eodem. 13. Quere ſolicite & diligenter. ideſt bene & perfecte. 4. Reg. 11. Et imagines contriuerunt valide. Ione. 4. Bene iraſceris tu. Et in eo. Bene iraſcor ego vſq; ad mortem. ideſt omnino ſiue multū iraſcor vſq; ad mortem. Et inde מֵיטַב Metab. i. optimū. Exo. 22. Quidquid optimū habuerit in agro ſuo vel in vinea.

Cōponere. Ornare. הֵיטֵב Omnino. Ualide. Bene. מֵיטַב Optimum

יַיִן Uinum

יַיִן Iain: ſiue יֵין Ien. vinum. vt Geñ. 9. Bibenſq; vinum inebriatus eſt. Et in eodem. 49. Lauabit in vino ſtolā ſuā. Leuit. 10. Vinum & omne quod inebriare poteſt non bibetis. Nu. 15. Et vinum ad libamentum. Et in eodem. Et vinū ad liba fundenda. Deut. 32. Fel draconum vinū eorum. Et in eo. Et bibebāt vinū libaminū. Ps. 59. Potaſti nos vino cōpunctionis. Ps. 74. Et vini meri plenus mixto. Canti. 1. Quia meliora ſunt vbera tua vino. Et i eo. 8. Dabo tibi poculū ex vino cōdito. Hiere. 13. Omnis laguncula implebitur vino. Et in eodem. 25. Sume calicē vini furoris. Thren. 2. Vbi eſt triticum & vinum. Oſee. 14. Memoriale eius ſicut vinum libani.

יָכַח Increpare Arguere. corripere. Diiudicare preparare. Arguere. נֹכַח contra. תּוֹכֵחָה increpatio correptio.

יָכַח Iachach. Increpare. arguere. corripere. reprehendere. preparare. Geñ. 21. Et increpauit abimelech ꝓpter puteum aque. Et in eodem. 31. Reſpexit dominus & arguit te heri. Leuit. 19. Sed publice argue eum. 1. Paralip. 16. Et increpauit pro eis reges. Iob. 5. Beatus homo qui corripitur a deo. Et in eo. 6. Cum e vobis nullus ſit qui poſſit arguere Et in eodem. Ad increpandum tantum eloquia concinnatis. Et in eodem. 9. Non eſt qui vtrunq; valeat arguere. & in eo. 13. Verūtamen vias meas in conſpectu eius arguam. Et in eodem. 15. Arguis verbis eum qui non eſt equalis tibi. Et in eo. 22. Nunquid timēs arguet te. & in eo. 33. Increpat quoq; per dolorem in lectulo. Ps. 6. Domine ne in furore tuo arguas me. Ps. 49. Non in ſacrificiis tuis arguam te. ps. 140. Et increpabit me. Prouer. 3. Quē diligit dñs corripit. Et in eo. 9. Noli arguere deriſorem ne oderit te: argue ſapientem & diliget te. Et in eo. 15. Non amat peſtilens eū qui ſe corripit. Et in eo. 19. Si aūt corripueris ſapientē intelliget ſapientiam. Et in eo. 28. Qui corripit hominē gratiam poſtea inueniet. Hiere. 2. Et auerſio tua increpabit te Mich. 6. Et cum iſrael diiudicabitur. i. arguet eū. Signāt ēt preparare. vt Geñ. 24. Ipſa eſt quam preparaſti ſeruo tuo iſaac. & in eo. Ipſa eſt mulier quam preparauit dñs filio dñi mei. Scribitur etiam cum nun in principio. ſ. qñ eſt verbū paſſiuū prime coniugationis. vt Geñ. 20. Memento te deprehenſā. Pro quo he. le. Et corripiaris ſiue eſto increpata vel reprehenſa. vnde ī littera noſtra fortaſſe debet legi. memento te eſſe reprehenſam. Eſa. 1. venite & arguite me dicit dñs. Pro quo hebrei legunt. Venite & arguamur dicit dñs. i. ad inuicem arguamus vel diſputemus. & ſecundū hebreos inde deriuatur נֹכַח Nochach. ideſt contra. e regione Iob. 23. Proponat equitatem contra me. & inde תּוֹכֵחָה Tochecha ſiue תּוֹכַחַת Tochachath. i. Increpatio. correptio. aut correctio. vt Ps. 38. In increpationibus propter iniquitatem corripuiſti hominem. ps. 149. Increpationes in populis. Prouer. 1. Et increpationes meas neglexiſtis. Et in eodem. & via vite increpatio diſcipline. Et in eodem. 10. Qui autem increpationes relinquit: errat. & in eodem. 27. Melior eſt manifeſta correptio: ꝙ amor abſconditus. Oſee. 5. In die correptionis in tribubus iſrael.

יָכֹל Poſſe. Preualere. Ualere. מִיכַל Guſtatum. Riu' vadū

יָכֹל Iachol. poſſe. valere. ꝓualere. Geñ. 19. Nec poſſum in monte ſaluari. & in eo. Quia non potero facere quicꝗ. & in eodem. 32. Qui cum videret ꝙ eum ſuperare non poſſet. & in eodem. Quantomagis contra homines preualebis. & in eodem. 44. Imple ſaccos eorum frumento quātum poſſunt capere. & in eodem. 45. Non ſe poterat vltra cohibere ioſeph. Exo. 2. Cumq; iam celare nō poſſet. Et in eodem. 8. vt educerent cyniphes & non potuerunt. Et in eodem. 18. Et precepta eius poteris ſuſtentare. Et in eodem. 40. Nec poterat moyſes ingredi tectum federis. Nu. 9. qui non poterant facere phaſe. Iob. 4. Sed conceptum ſermonem tenere quis poterit. Et in eodem. 42. Scio quia omnia potes. ps. 12. ne quando dicat inimicus meus preualui aduerſus eum. Ps. 39. Et non potui vt viderem. Ps. 128. Et enim non potuerunt mihi. Eſa. 47. Quam non poteris expiare. Hiere. 3. Et feciſti mala & potuiſti. Ezech. 7. Argentum eorum & aurum eorum non valebit liberare eos. Inde מִיכַל Michal. pro quo beatus hieronymus tranſtulit. Guſtatum. 2. Reg. 17. Tranſierunt feſtinanter guſtata paululum aqua. ac ſi diceret מַאֲכָל Maachal. cum aleph loco iod quod ſignificat cibum vel deguſtationem. vt ſupra dictū eſt in dictione. אָכַל Achal. Hebrei tamen dicunt ꝙ ſignificat riuum ſiue vadū aque. vnde in predicto loco ipſi legūt. Tranſierunt riuū ſiue vadum aque. In tranſlatione chaldaica habetur. Tranſierunt iordanem.

יָכַת concidere. cōminuere

יָכַת Iacath. concidere. comminuere. Nu. 14. percutiens eos atq; concidens. Deut. 9. Et in fruſtra comminuēs. & de hoc vide infra in dictione כָּתַת Chathath.

יָלַל Ululare. Iniq; agere. יְלָלָה Ululatus. יְלֵל Uaſta ſolitudo.

יָלַל Ialal. vlulare. exclamare. ſ. pre dolore vel anguſtia. Eſa. 13. Vlulate quia prope eſt dies domini. Et in eodem 14. Vlula porta: clama ciuitas. & in eodem. 15. Moab vlulabit. Et in eodem. Et in plateis eius omnis vlulatus deſcendet in fletum. & in eodem. 52. Dominatores eius iniq; agunt. Pro quo hebrei legunt. Dominatores eius vlulare faciunt. ſcilicet illos quos iniq; opprimunt. Et in eodē. 65. & pre contritione ſpiritus vlulabitis. Hiere. 47. & vlulabūt omnes habitatores terre. Oſee. 7. Sed vlulabant in cubilibus ſuis. Soph. 1. Vlulate habitatores pile. Zach. 11. Vlula abies. & in eodem. Vlulate quercus baſan. Reperitur etiam quandoq; ſine iod & per defectum vnius lamed. vt. 1. Reg. 4. Pregnans erat vicinaq; partui. Pro quo aliqui hebrei legunt. Pregnans erat ad eiulādum. ideſt imminentibus doloribus partus. vbi ponitur לָלַת Lalath pro לְיַלֶּלֶת Leielalath. Alii vero dicunt ꝙ deriuatur a dictione ſequēti que ſignificat parere. & ꝙ ibi deficit littera daleth: ac ſi diceret לָלֶדֶת Laledeth. i. vicina partui. Sicut eſt in littera nr̄a. Inde יְלָלָה Ielala. ideſt vlulatus ſiue clamor. vt. Eſa. 15. Vſq; ad gallim vlulatus eius. Et in eodem. Et vſq; ad puteum helim vlulatus eius. Hiere. 25. Et vlulatus optimatum gregis. Soph. 1. Vox clamoris a porta piſcium: & vlulatus a ſecunda. Zach. 11. Vox vlulatus paſtorum. Scribitur etiam ſine he & dicitur יְלֵל Ielel. & ponitur pro vaſtitate ſolitudinis. vbi auditur ventus quaſi vlulatus & clamor. Deut. 32. In loco horroris & vaſte ſolitudinis.

יָלַד Parere. Parturire.

יָלַד Ialad. parere. pturire. naſci. gignere. generare. vt Geñ. 3. In dolore paries filios. Et in eo. 4. Que concepit & peperit cain. Et in eodem. 16. Ecce concepiſti & paries filium. & in eodem. 26. Iamq; tempus pariendi aduenerat. Et in eodem. 30. Poſt quem peperit filiam. Et in eodem. 35. Cum parturiret Rachel. Exo. primo. Quando obſtetricabitis hebreas. ideſt quando feceritis parere hebreas. Et in eodem. 21. Et peperit filios & filias. Leuit.

Digitized by Google

Leuit.12.Mulier ſi ſuſcepto ſemie peperit maſculum.& in
eodem.Si feminā peperit.1.Reg.2.Donec ſterilis peperit
ſeptē.Iob.15.Et cōcepit dolorem & peperit iniquitatem.
Eſa.23.Non parturiui & non peperi.& in eodem.26.Et pe
perimus ſpiritū ſalutis.& in eo.54.Lauda ſterilis que non
paris.& in eodem.59.Conceperunt laborem & pepererunt
iniquitatem.& in eo.66.Anteq̃ parturiret peperit.& in eo
dem . Aut parietur gens ſimul. & in eodem. Quia par-
turiuit & peperit ſion filios ſuos. Hiere.15. Infirmata eſt
que peperit ſeptē.Soph.2.Priuſq̃ pariat viſio. Item ſigni-
Naſci. ficat naſci.ſ.quando eſt verbum paſſiuum. Geñ. 40. Dies
tertius natalicius pharaonis erat.i.dies in quo natus eſt. &
in eo.46.Filii aūt ioſeph qui nati ſūt in terra egypti. & in
eo.48.Duo ergo filii tui qui nati ſunt tibi.& in eodem. 50
Filii manaſſe nati ſunt in genibus ioſeph. Exo.1. Quidqd
maſculini ſexus natum fuerit.Ioſ.5.Populus aūt qui natus
eſt in deſerto.Iudi.13.Quid debemus facere de puero qui
naſciturus eſt.2.Reg.5.Natiq̃ ſunt dauid & alii filii & filie
& in eodē.Et hec nomina eorum qui nati ſunt in ieruſalem
& in eodē.21.Et erat de origīe harapha.Pro quo he.le.qui
natus erat de harapha.& in eodē. Hi quatuor nati ſunt de
harapha.1.Paralip.3.Porro in ieruſalem nati ſunt ei filii.
Iob.3.Pereat dies in qua natus ſum.& in eo.5.Homo na-
ſcitur ad laborem.& in eo.11.Se liberum natum putat.& in
eodem.15.Nunquid primus homo tu natus es. Ps. 21. Po-
pulo qui naſcetur.Ps.89.Priuſq̃ montes fierent. Pro quo
beatus Hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatē
tranſtulit.Anteq̃ mōtes naſcerētur.Eccl's.3. Tempus naſcē
di & tēpus moriēdi.Eſa.9.Paruulus natꝰ eſt nobis.Ezech.
16.Et quādo nata es in die ortus tui.Item ſignificat gigne
Gignere. re ſiue generare.ſ.quando eſt verbum tertie coniugatiōis.
vt Geñ.5.Et genuit filiū ad imaginē & ſimilitudinē ſuā.&
in eodē.Poſtq̃ genuit ſeth.& in eo.Et genuit enos.& in eo
dem.Genuitq̃ filios & filias.& in eo.10.Porro chus genuit
nēbrod. & in eodem. 48. Reliquos autem quos genueris
poſt eos tui erunt.Leuit.18.Que domi vel foris genita eſt.
& Deut.32.Deum qui te genuit dereliquiſti.Iob.28. Quis
genuit ſtillas roris.& in eo.Et gelu de celo quis genuit.Ps.
2.Ego hodie genui te.Prouer.23.Audi patrem tuum qui
genuit te.& in eodem.Qui ſapiētem genuit.Eſa.45. Ve
Generare. qui dicit patri quid generas.& in eo.66.Nunquid ego qui
alios parere facio ipſe non pariā.i.nō generabo.& in eo.Si
ego qui generationem ceteris tribuo.i.qui alios generare
facio.Hiere.16.Sup filios & filias q generantur in loco iſto.
Ezech.18.Quod ſi genuerit filium.Oſee.5.Filios alienos
genuerunt.& in eo.9.Quod ſi genuerint: interficiam amā
tiſſima vteri eorum.Ponitur etiā pro numerare uel recen-
Recenſere ſere per generationes vel cognationes.Nu.1. Recenſentes
p gñatiōes eos per cognationes & domos & familias. Inde יולדה Io-
יולדה leda ſiue יולדת Iole'deth.i.pariens ſiue parturiens. vt Le-
Parturiēs uit.12.Hec eſt lex parturientis.Ps.47.Ibi dolores vt partu
Pariens. rientis.Hiere.31.Pregnans & pariens ſimul. Oſee.13. Do-
ילוד lores parturientis venient ei.& inde ילוד Ielud.i.natus vl
Natus. genitus.vt Iob.14.Homo natus de muliere.& in eodē.25.
Aut apparere mundus natus de muliere. Ponitur etiam p
Infans parulo vel infante.vt.3.Reg.3.Date illi infantem viuum.
לדה & inde לדה Leda.i.partus.vt.4.Reg.19.Et vires non ha-
bet parturiens.pro quo hebrei legunt.Et vis ſiue virtus nō
Partus. eſt ad partum.Et eſt idem ſenſus cum littera noſtra. Oſee.
מילדת 9.A partu & ab vtero & a conceptu.& inde מילדת Meiale'
Obſtetrix. deth.i.obſtetrix. vt Geñ.38.In qua obſtetrix ligauit cocci
תולדה num.Exo.1.Dixit aūt rex egypti obſtetricibus hebreorum.
Generatio & inde תולדה Tholada.i.generatio.& ſolum reperitur in

numero plurali.ſ.תולדת Tho'ldoth.i.generatiōes. vt Geñ. תולדת
2.Iſte ſunt generationes celi & terre.& in eodem. Hic eſt li Gñationes
ber generationis Adā.& in eodē.6.He ſunt generationes
Noe.& in eo.25.He ſunt generationes Iſmael.& in eo.36.
Et he ſunt generationes eius.Et quia in predicto loco non
numerantur generationes ipſius Iacob: ſed ea que ei acci-
derunt: ideo dicunt hebrei ꝙ aliquando ponitur predicta
dictio pro rebus que accidunt.Quaſi ea tēpus pariat iuxta
illud Prouer.27.Ne glorieris in craſtinum ignorans quid
ſuperuentura pariet dies.Scribitur etiā cum mem in prin-
cipio loco tau.& dicitur מולדות Moldoth.vt Ezech.16. Ra מולדת
dix tua & generatio tua de terra chanaā.& inde מולדה Mo Gñationes
lada ſiue מולדת Moladath.i. natiuitas. vt Geñ. 24. Et de מולדה
terra natiuitatis mee.& in eodē.52.Reuertere in terrā nati Natiuitas
uitatis tue.Ponitur etiā pro cognatione.vt in eo.12. Egre-
dere de terra tua & de cognatione tua.& inde ולד Valad.i. Cognatio.
generatio.ut Geñ.11.Erat aūt ſarai ſterilis nec habebat fi- ולד
lios.Pro quo hebrei legunt.Non erat ei generatio. & inde Filius.
יליד Ielid.i.natus vel genitus.& iungitur cum dictiōe בית Generatio
Baith: que ſignificat domū.i.natus vel genitus domi. Pro יליד
quo beatus Hieronymus tranſtulit vernaculū. vt Geñ.14.
Numerauit expeditos vernaculos ſuos.& in eodē.17.Tam
vernaculus q̃ emptitius circumcidetur. & in eodē. Tulitq̃ Vernaculꝰ
Abraam iſrael filium ſuum & vernaculos domus ſue. & in
eodē.Tam vernaculi q̃ emptitii & alienigene. & inde ילד ילד
Ieled.i.puer.infans.paruus.Geñ.21.Abiecit puerū ſubter
vnā arborē.& in eo.Non videbo morientē puerum.& in eo. Puer
37.Puer non cōparet.Exo.2.Cernēſq̃ in ea paruulū.& in Paruulus
eo.Que nutrire poſſit infantulū.& in eodē.Et nutriuit pue Infantulꝰ
rum.2.Reg.6.Igitur Michol filie ſaul non eſt natus filius. Filius.
3.Reg.3.Diuidite infantem viuum.Eſa.9. Paruulus natus Infans
eſt nobis.& in plurali ילדים Ieladim ſiue ילדי Ialde.Geñ. ילדים
33.Diuiſitq̃ filios Lie & rachel.& in eodē.Et poſuit vtrāq̃ Filii
ancillā & liberos earum in principio: Liā vero & filios eius Liberi
in ſecūdo loco.& in eodē.Paruuli ſunt quos donauit mihi
deus.Exo.21.Et abortiuum quidē fecerit. Pro quo hebrei Paruuli
legunt.Et egreſſi fuerint paruuli eius.i.fetus eius. & eſt ſen
ſus ſicut in littera noſtra.Eſa.2.Et pueris alienis adheſerūt
& in eodē.8.Ego & pueri mei quos dedit mihi deus. Poni Pueri.
tur etiam pro fetibus.vt Iob.39.Incuruantur ad fetum.Itē
ponitur pro pullis.vt in eo.38.Quando pulli eius clamant Fetus.
ad deū.& in genere feminino ילדה Ialda.vt Geñ.34. Ac- Pulli.
cipe inquit mihi puellā hanc.& inde ילדות Ialduth.i.ado- ילדה
leſcentia ſiue pueritia.vt Eccl's.11.Letare iuuenis in adole- Puella
ſcentia tua.& in eodē.12.Adoleſcentia enim & voluptas va ילדות
na ſunt. Adoleſcen tia.

ילך Ialach.ire.abire.vadere.ambulare.recedere. pergere. ילך
gradi.egredi.venire.deducere. decurrere. vt Geñ.12.
Egreſſꝰ eſt itaq̃ abraam ſicut preceperat ei dominꝰ.i.abiit Abire
& in eodē.Et iuit cū eo loth.& in eo.30.Egreſſus autem ru Ire.
bē tpe meſſis triticee.& in eo.36.Et abiit in alteram regio Egredi.
nem.Exo.2.Egreſſꝰ eſt poſt hec vir de domo leui.& in eo
dem.4.Abiit moyſes & reuerſus eſt ad iethro ſocerū ſuū.
& in eodem. Vadam & reuertar ad fratres meos.& in eodē. Vadere
Qui perrexit obuiam ei.& in eodem.15. Ambulaueruntq̃ Pergere.
tribus diebus per ſolitudinē.& in eo.34.Obſecro vt gra- Ambulare
diaris nobiſcum.Nu.10.Veni nobiſcum vt benefaciamus Gradi.
tibi.& in eodem.Non vadam tecum.& in eodē.16.Pergēs Venire.
cito ad populum.Deut.31.Abiit itaq̃ moyſes.1.Reg.2. Et
abiit Elcana in ramatha. Eſa.57.Et abiit vagus in via cor-
dis ſui.Hiere.7.Et abierunt in voluptatibus.Threñ.1. Et
abierunt abſq̃ fortitudine.Oſee.11.Poſt dominum ambu-
labunt.Mich.1.Vadam ſpoliatus & nudus.& aliquādo ſcri

Digitized by Google

Egredi. bitur ſine Iod. vt Gen̄. 12. Egredere de terra tua. Exo. 4.
Vadere Vade in pace. & in eodem. Vade & reuertere in egyptum.
Venire. & in eodem. Vade in occurſum moyſi. Nu. 23. Veni mecū
in alterum locum. Iudi. 19. Veni obſecro & declinemus ad
Peruenire vrbem iebuſeorum. & in eodē. Et cum illuc peruenero ma-
nebimus in ea. 2. Paralip. 25. Veni videamus nos mutuo.
Ambulare Eccl's. 2. Vadam & affluā deliciis. Eſa. 2. Et ambulabimꝰ in
ſemitis eius. Eſt etiā verbū exhortandi. vt Gen̄. 37. Melius
Venite. eſt vt venundetur iſmaelitis. pro quo hebrei legunt. Veni-
te & venūdemus eū iſmaelitis. Eſa. 1. Venite & arguite me
dicit dn̄s. & in eodem. 2. Venite & ambulemꝰ in lumine dei
noſtri. Hiere. 18. Venite & cogitemus cōtra hieremiā. & in
eodem. Venite & percutiamus eū in lingua. & qn̄ eſt verbū
tertie coniugationis: tūc ponitur pro adducere vel deduce-
Ducere re aut portare. Exo. 1. Accipe puerum iſtū. i. porta vel duc
puerum iſtum. & in eodem. 14. Et abſtulit illud dominus
flante vento vehementi. pro quo hebrei. le. Et duxit domi-
Deducere. nus mare. Eſa. 42. Et deducā cecos in viam. Thren̄. 3. Me
Adducere minauit & adduxit. Ponitur etiā pro decurrere vel fluere.
Fluere. vt Ezech. 21. Et per cuncta genua fluent aque. Ioel. 3. Et col-
les fluent lacte: & per oēs riuos iuda ibunt aque. i. fluent.

יַלֶּפֶת יַלֶּף ילף, Ialaph. ſcabies ſiue impetigo. & additur tau in fine. &
Scabies dicitur יַלֶּפֶת Ialepeth. vt Leuit. 21. Si iugē ſcabiē ſi im-
petiginem in corpore.

יֶלֶק ילק, Ielec. bruchus. genꝰ locuſte. vt Hiere. 51. Qm̄ replebo
Bruchus. te hominibus q̄ſi brucho. & in eodem. Adducite equū
quaſi bruchū aculeatum. Naum. 3. Bruchus expanſus eſt &
aduolauit.

יָם ים, Iam. mare. vt Gen̄. 1. Et dominamini piſcibus maris. &
Mare in eodem. 14. Que nūc eſt mare ſalis. Exo. 14. Ingreſ-
ſi ſunt filii iſrael per mediū maris. Deut. 11. Vſqꝫ ad mare oc-
cidentale. Iob. 7. Nunquid mare ſum ego. & in eodem. 28
Et mare loquitur non eſt mecum. Ps. 113. Mare vidit & fu-
git. Eſa. 11. Sicut aque maris operientes. Hiere. 5. Qui po-
ſui arenam terminū mari. & in eo. 51. Et deſertum faciā ma-
re eius. Accipitur etiā pro quacunqꝫ cōgregatione aqua-
rum: & etiam pro vaſe grandi in quo aque congregaban-
tur. vt. 3. Reg. 7. Fecit quoqꝫ mare fuſile. & in eo. Mare autē
poſuit ad dexterā partem templi. 4. Reg. 16. Et mare depo-
יַמִּים ſuit de bobus ereis. & in eo. 25. Et mare eneū. & in plurali
Maria. יַמִּים Iamim. i. maria. vt Gen̄. 1. Congregationeſqꝫ aquarū
vocauit maria. Ps. 23. Quia ip̄e ſuper maria fundauit eum.
Et quia mare noſtrum mediterraneum eſt in parte occidē-
tali reſpectu terre promiſſionis vl' reſpectu ieruſalem: ideo
יָם ponitur יָם Iam pro occidente vel parte occidētali. vt Gen̄.
Occidens 13. Ad aquilonem & meridiem ad orientē & occidentem.
& in eo. 28. Et dilataberis ad orientem & occidētem. Exo.
26. Ad occidentalē vero plagam tabernaculi facies ſex ta-
bulas. Nu. 3. Hi poſt tabernaculum metabuntur ad occidē-
tem. Deut. 33. Mare & meridiem poſſidebit. i. occidentē &
meridiem. Ps. 106. A ſolis ortu & occaſu ab aquilone & ma-
ri. Beatus hieronymus ſuper predicto pſalmo ſic ait. Vide-
tur quidem quattuor dixiſſe climata: orietem & occidentē
meridiē & boreā. hoc eſt quattuor climata mundi. Sed non
ita pſalmꝰ cōtinet. Hic em̄ habet A ſolis ortu & occaſu: ecce
duo climata: ab aquilone: hoc eſt a ſeptētrione: ecce tria cli-
mata: & mari: mare vtiqꝫ in occidente eſt. Ergo videte qm̄
occidētem bis nominauit: & meridiem nec ſemel. Et infra
vbicunqꝫ mare auditis ſecundū climata ſemp intelligitur
occidens. a ſitu em̄ ieruſalem mare hoc magnū quod dici-
יֵמִים tur in occidente eſt. hec Hieronymus. Inde יֵמִים Iemim.
Aque ca- pro quo beatus Hieronymus tranſtulit aquas calidas. Gen̄.
lide. 36. Iſte eſt ana qui inuenit aquas calidas in ſolitudine. He-
brei tamen dicunt ꝙ in predicto loco ponitur pro mulis Muli.
ex equa & aſino generatis. Vnde beatꝰ Hieronymus in he-
braicis queſtionibus ſuper predicto loco ſic ait. Multa & va-
ria apud hebreos de hoc capitulo diſputātur: apud grecos
quippe & noſtros ſuper hoc ſilentiū eſt. Alii putant iamim
maria appellata. Iiſdem em̄ litteris ſcribitur maria quibus
& nunc hic ſermo deſcriptus eſt. Et volunt illum dum pa-
ſcit aſinos patris ſui in deſerto aquarum congregationes re-
periſſe. Que iuxta idioma lingue hebraice maria nuncu-
pentur.: quod. ſ. ſtagnum repererit: cuius rei inuētio in ere-
mo difficilis eſt. Nōnulli putant aquas calidas iuxta punice
lingue viciniam que hebree cōterminis eſt hoc vocabulo ſi-
gnari. Sunt qui arbitrentur onagros ad hoc admiſſos eſſe
ad aſinas: & ipſum per iſtiuſmodi reperiſſe concubitum vt
velociſſimi ex his aſini naſcerentur qui vocantur iemim.
Pleriqꝫ putant ꝙ equarum greges ab aſinis in deſerto ipſe
fecerit primus aſcendi: vt mulorum inde noua contra natu-
ram animalia naſcerentur. hec Hieronymus.

ימין, Iamin. dextera. aut dexter. Auſter ſiue auſtral': aut meri- יָמִין
dies. & ſcribitur cum iod in ſecunda ſyllaba. Gen̄. 13. Si
tu dexteram elegeris. & in eodem. 24. Vt vadam ad dexte- Dextera.
ram ſiue ad ſiniſtram. & in eodē. 48. Et poſuit ephraim ad
dexteram ſuam. & in eo. Qui extendēs manū dexteram po-
ſuit ſuper caput ephraim. & in eodem. Vidēs aūt ioſeph ꝙ
poſuiſſet dexteram manū ſuper caput ephraim. Exo. 15.
Dextera tua dn̄e magnificata eſt. & in eo. 29. Armūqꝫ dex- Dexter.
trum. Nu. 20. Neqꝫ ad dexterā neqꝫ ad ſiniſtram declinabi-
mus. Iudi. 13. In dextro femore. 1. Reg. 11. Vt eruam omniū
veſtrū oculos dextros. Iob. 40. Qd' ſaluare te poſſit dexte-
ra tua. Ps. 15. Qm̄ a dextris eſt mihi. Pro q' hebrei. le. Qm̄
in dextera mea eſt. & in eo. Delectatiōes in dextera tua. Ps.
25. Et dextera eorū repleta eſt muneribus. Ps. 44. Aſtitit
regina a dextris tuis. Pro quo he. le. Aſtitit regina ad dexte-
ram tuam. Ps. 143. Et dextera eorum dextera iniquitatis.
Prouer. 27. Et oleū dextere ſue euacuat. Eſa. 41. Suſcepi te
dextera iuſti mei. Hiere. 22. Si fuerit ieconias filiꝰ Ioachin
regis iuda anulus in manu dextera mea. Ezech. 1. Et facies
leonis a dextris ip̄orum quattuor. Abach. 2. Circundabit te
calix dextere dn̄i. Zach. 2. Oculus eius dexter tenebreſcēs
obſcurabitur. & eſt in hebreo cōmunis generis. Scribitur ēt
יְמָנִי Iemani cum iod in fine. i. dexter in genere maſculio. יְמָנִי
vt. 3. Reg. 7. Cūqꝫ ſtatueret colūnā dexteram. Et in hebreo Dexter.
ſcribitur ibi in genere maſculino: quia colūna in hebreo eſt
generis maſculini. & in genere feminino dicitur יְמָנִית Ie- יְמָנִית
manith cum tau in fine. vt Exo. 29. Sup extremū dextere Dextera.
auricule Aaron. Leuit. 14. Super extremū dextere auricu-
le qui mundādus eſt. Et inde verbū dexterare. ſi latine poſ-
ſet dici. i. declinare ad dexterā ſiue tenere dexteram aut vti Ad dexte-
dextera. Gen̄. 13. Si ad ſiniſtrā ieris ego dexteram tenebo. rā declīare
1. Paralip. 12. Et vtraqꝫ manu fundis ſaxa iacietes. Pro quo Dexteram tenere
hebrei legūt. Vtentes dextera & ſiniſtra in lapidibus. & eſt Dextera vti.
ſenſus ſicut in littera noſtra. Ezech. 21. Exacuere valde ad
dexteram ſiue ad ſiniſtram. Scribitur etiam cum aleph lo-
co iod. vt Eſa. 30. Et nō declietis neqꝫ ad dexteram neqꝫ ad Ad dexte-
ad ſiniſtrā. Et inde beniamin interpretatur filius dextere. rā declīare
Gen̄. 35. Pater uero appellauit eū beniamin. i. filius dexte-
re. & inde יְמִינִי Iemini. i. vir de tribu beniamin. Eſter. 2. De Beniamin filius dex-
ſtirpe iemini. & debet ſcribi cum littera. i. & non cum lr̄a. g. tere. יְמִינִי
ſicut cōmuniter ſcribitur in noſtris codicibus. Ponitur etiā
יָמִין Iamin. pro auſtro: eo quod quando homo reſpicit ad Vir de ſtir
orientem habet ad dexterā auſtrum ſiue meridiem. vt. Ps. pe bēiami. יָמִין
88. Aquilonem & mare tu creaſti. pro quo he. le. Aquilonē Mare.
& meridiē ſiue auſtrum tu creaſti. Et beatus Hieronymus Meridies

Dextrū.i. auſter. in pſalterio iuxta hebraicā veritatē tranſtulit. Aquilonē &
dextrum tu creaſti. Scribitur etiam cum tau in principio &
תימן dicitur תימן Themā.i.auſter ſiue meridies. Exo. 26. Qua-
Meridies. Auſter. rum viginti erunt in latere meridiano quod vergit ad Au-
ſtrum. Iob. 9. Et interiora auſtri. & in eodem. 39. Expādet
ימין alas ſuas ad auſtrum. Abach. 3. Deus ab auſtro veniet. Poni-
tur etiam ימין Iamin. pro diebꝰ. ſicut ימים Iamim cū mem
Dies. in fine. vt Dan̄. 12. Et ſtabis in ſorte tua in fine dierum.

ימר ימר Iamar. ſuperbire. Eſa. 61. Et in gloria eorum ſuperbie-
Superbire tis. Tamen aliqui hebrei dicunt ꝙ deriuatur a dictiōe
אמר Amir. De qua ſupra dictum eſt in littera aleph: & qđ
ſignificat exaltare. Vnde in predicto loco ipſi legunt. Et in
Exaltare gloria eorum exaltabimini. in tranſlatione chaldaica habe
Deliciis affluere. tur. & in gloria eorum deliciabimini. i. deliciis affluetis.

ינה ינה Iana. contriſtare. affligere. decipere. depopulari. ſpo-
Cōtriſtare liare. Exo. 22. Aduenam non contriſtabis. Leuit. 25.
Qn̄ vendes quippiam ciui tuo vel emes ab eo ne cōtriſtes
Decipere. Affligere. fratrem tuum. i. ne decipias eum. & in eodem. Nolite affli-
gere cōtribules veſtros. Hiere. 22. & pupillū & viduā nolite
cōtriſtare. Ezech. 18. Et hoīem non contriſtauerit. & in eo
dem. Egenum & pauperem contriſtantem rapientem rapi
nas. & in eodem. 22. Pupillum & viduam contriſtauerunt
Depopulari. apud te. Ponitur ēt pro depopulari vel deuaſtare. vt Ezech.
45. Et non depopulabuntur vltra principes populū meū.
& in eodem. 46. Et nō accipiet princeps de hereditate po-
puli per violentiam & de poſſeſſione eorū. pro quo hebrei
legunt. Et nō accipiet princeps de hereditate populi vt de
Hoſtes populetur vel ſpoliet eos de poſſeſſione ſua. & eſt idem ſen
ſus cum littera noſtra. Eſa. 49. Et cibabo hoſtes tuos carni
bus ſuis. Pro quo hebrei legunt. Et cibabo ſpoliantes te vel
יונה decipientes te carnibus ſuis. Et inde poteſt deriuari dictio
Columba. יונה Iona. i. affligens vel deuaſtans aut depopulans. Hiere.
Affligens vel depopulans. 25. A facie ire columbe. Pro quo hebrei legunt. A facie ire
affligentis vel depopulantis. Poteſt etiam ſignificare colū
bam ſicut eſt in littera noſtra. vt dictum eſt ſupra in dictiōe
יון Ion. Et ſimiliter in eodem. 50. A facie gladii columbe.
Soph. 3. Ve prouocatrix & redempta ciuitas columba. vbi
pro columba hebrei legunt decipientem vel affligentem
aut depopulantem. Sed magis communiter ſignificat colū
bam ſicut eſt in littera noſtra.

ינח ינח Iamach. ponere. reponere. dimittere. relinquere. requi-
Ponere eſcere facere. Gen. 2. Et poſuit eum in paradiſum volu
ptatis. & in eodem. 39. In argumentum ergo fidei ſue retē-
tum pallium oſtendit marito reuertenti domum. Pro quo
Reponere hebrei legūt. Et repoſuit pallium eius iuxta ſe donec reuer-
teretur maritus eius ſiue dn̄s eius in domū ſuam. Exo. 16.
Quidquid aūt reliquum fuerit reponite vſq; in mane. & in
eodem. Et repone coram dn̄o. & in eodem. Poſuitq; illud
Aaron in tabernaculo reſeruandum. Nu. 17. Quas cum po
ſuiſſet Moyſes coram domino. Deut. 14. Et repones intra
ianuas tuas. Ezech. 44. Et reponet ea in gazophylacio. &
in eodem. Vt reponāt benedictionem domui tue. Zach. 5.
Et ponetur ibi ſuper baſim ſuam. Significat etiam dimitte
Dimittere Derelinquere. re vel derelinquere. vt Exo. 32. Dimitte me vt iraſcatur fu-
ror meus contra eos. Nu. 32. In ſolitudine populum de-
relinquat. 1. Paralip. 16. Non dimiſit quēq; calūniari eos.
Item ſignificat requieſcere. vt Prouer. 29. Erudi filiū tuū
& refrigerabit te. i. requieſcere te faciet. Eſa. 14. Et requie-
Requieſcere ſcere eos faciet. & in eodem. Cum requiem dederit tibi do-
minus de labore tuo. Thren̄. 5. Laſſis non dabatur requies.
Ezech. 37. Et requieſcere vos faciam. & de hoc vide etiam
נחת infra in dictione נוח Noach. & inde נחת Nachath. i. requies
Requies vt Iob. 17. Saltem ibi erit requies mihi. & in eodem. 36. Re
quies autem menſe tue erit plena pinguedine. Eccl's. 4. Me-
lius eſt pugillus cum requie. & in eodem. 9. Verba ſapien-
Silentiū tiū audiuntur in ſilentio. i. in requie. & inde מנח Munach.
מנח ideſt locus dimiſſus uel ſeparatus. Ezech. 41. Et erat inte-
Interior domus. rior domus in lateribus domus. Pro quo hebrei legunt. Et
Locus dimiſſus. locꝰ dimiſſus vł ſeparatꝰ in lateribꝰ domꝰ. & in eo. Et oſtiū
lateris ad oratione. Pro quo hebrei legunt. Et oſtium late-
Oratio. ris ad locum dimiſſum. & in eodem. Et latitudinem loci ad
orationem quinq; cubitorum.

ינק ינק Ianac. ſuggere. lactare. nutrire. ſ. lacte. Gen. 21. Qđ ſar
Lactare Nutrire. ra lactaret ei filium. Exo. 2. Que nutrire poſſit infan-
tulum. i. lactare. & in eodem. Et nutriuit puerum. Deut. 32.
Suggere. Vt ſuggeret mel de petra. & in eodem. Inundationem ma
ris quaſi lac ſuggent. 1. Reg. 1. Et lactauit filium ſuū. 3. Reg.
3. Vt darem lac filio meo. Iob. 20. Caput aſpidum ſugget.
Eſa. 60. Et ſugges lac gentium. & in eo. Et mamilla regum
מנקת lactaberis. & inde מנקת Meneceth. i. nutrix. vt Gen. 24. Di
Nutrix. miſerunt ergo eam & nutricem illius. & in eodem. 35. Mor
יונק tua eſt debbora nutrix rebece. Inde יונק Ionec. i. ſuggēs ſi-
Infantulꝰ Lactans ue lactans aut infans ab vbere. vt Nu. 11. Sicut portare ſolet
nutrix infantulum. Deut. 32. Lactantem cum homine ſene
Ps. 8. Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudē. Cāti.
Suggens. Infans ab vbere. 8. Suggentem vbera matris mee. Eſa. 11. Et delectabitur in
fans ab vbere. Significat etiam יונק Ionec ramum: ſiue vir
יונק gultum. eo quod ſuggit humorem a radice arboris: ſicut in
fans ab vbere. Iob. 15. Ramum eius areſaciet flāma. Eſa. 53
Ramus Virgultū. Et aſcendet ſicut virgultum coram eo. Oſee. 14. Ibunt ra-
mi eius.

יסד יסד Iaſad. fundare. fundamentum iacere. Statuere. Conſti-
Fundare tuere. Exo. 9. A die qua fundata eſt. Ioſ. 6. In primoge
Fundamēta iacere. nito ſuo fundamenta illius iaciat. 3. Reg. 16. In abiram pri-
mitiuo ſuo fundauit eam. 2. Paralip. 3. Et hec ſunt fūdamē-
ta que iecit ſalomon vt edificaret domū dei. 2. Paralip. 31.
Menſe tertio ceperunt aceruorū iacere fundamenta. Eſdre.
3. Porro templum dei nondum fundatum erat. & in eo. Fū
dato igitur a cementariis templo domini. & in eodem. Eo
quod fundatum eſſet templum domini. & in eodem. Qui
viderant templum prius cum fundatum eſſet. Ps. 23. Quia
ipſe ſuper maria fundauit eū. Ps. 101. Initio tu domine ter-
ram fundaſti. Ps. 103. Fūdauit terram ſuper ſtabilitatē ſuā.
& in eodem. In locum quem fundaſti eis. Eſa. 28. Ecce ego
mittam in fundamētis ſion lapidem. pro quo hebrei legūt.
Ecce ego fundatus in ſion lapis. & in eo. 44. Et tēplo fun-
daberis. & in eodem. 54. Et fundabo te ſaphyris. Abach. 1.
Vt corriperes fundaſti eū. Zach. 4. Manus zorobabel fun
dauerunt domum iſtam. & in eodem. 8. In die qua fundata
eſt domus domini. Ponitur etiam pro ſtatuere vel cōſtitue-
Cōſtituere re. vt. 1. Paralip. 9. Quos conſtituerunt dauid & ſamuel.
Statuere. Eſter. 1. Sed ſicut rex ſtatuerat. Item ponitur pro perficere.
Perficere vt Ps. 8. Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem.
Hebrei tamen in predicto loco legunt. Ex ore infantium &
lactentium fundaſti fortitudinem. Item ſignificat conueni
Cōuenire. re. vt. Ps. 2. Et principes conuenerunt in vnum. Ps. 30. Dū
יסוד conuenirent ſimul aduerſum me. & inde יסוד Ieſod ſiue
יסוד Ieſud. i. fundamētum. vt Iob. 4. Qui terrenum habēt
Fūdamētū fundamentum. & in eodem. 22. Fluuius ſubuertit funda-
mentum eorum. Ps. 86. Fundamenta eius in montibus ſan
ctis. quod in hebreo legitur ſingulariter. ſ. fundamentū eiꝰ
in mōtibus ſāctitatis. & btūs Hieronymꝰ in pſalterio iuxta
hebraicam veritatem tranſtulit fundamentum eius in mon
tibus ſanctuarii. Ps. 136. Exinanite vſq; ad fundamentum.
Prouer. 10. Iuſtus autem quaſi fundamentum ſempiternū.
Ponitur etiam pro baſi vel fundo alicuius rei. vt Leuit. 4.

Digitized by Google

Baſis Omnem autem reliquum ſanguinem fundet in baſim alta
ris.& in eodem.Iuxta baſim altaris holocauſtorum. Poni
Principiũ tur etiam pro principio qđ eſt quaſi fundamẽtum. Eſdre.
7.Quia in primo die menſis primi cepit aſcendere de ba
bylonia.Pro quo he.le.Fuit fundamentum ſiue principiũ
aſcenſionis de babylonia.Scribitur etiam aliq̃ñ cum mem
מוּסָד in principio & dicitur מוּסָד Muſad.i.fundamentũ:ſiue fun
Fũdamẽtũ datum.vt.3.Reg.7.Serrati erant a fundamento vſq; ad ſũ
mitatem.Eſa.28.In fundamento fundatum .vbi duplica
tur predicta dictio.& in eodem.30. Et erit tranſitus virge
מוּסְדֵי fundat⁹.& in plurali מוּסְדֵי Moſde ſiue מוֹסְדוֹת Moſdoth
מוֹסְדוֹת ideſt fundamenta.vt Deut.32.Et montiũ fundamenta cõ
Fũdamẽta buret.Ps.17.Et fundamenta montiũ conturbata ſunt. Pro
uer.8.Quando appendebat fundamenta terre. Hiere. 51.
Et lapidem in fundamentis.Ezech.41.Per circuitum fun
data latera.

יָסַךְ יסך Iaſach.vngere.linire. Exo.30. Caro hominis non vn
Vngere getur ex eo. Vide ẽt de hoc infra in dictione סוּךְ Such.
יָסַף יסף Iaſaph.addere.adiicere. augere. ceſſare. Geñ.8. Que
non eſt reuerſa vltra.pro quo he.le.Et non addidit re
Addere uerti vltra ad eum.& in eodẽ.30.Et vocauit nomen illi⁹ io
ſeph dicens.Addat mihi dominus filium alterum.Vnde io
ſeph additamentum vel augmẽtum interpretatur.& in eo.
38. Attamen vltra non cognouit eã.Pro quo hebrei legũt.
Et nõ addidit vltra cognoſcere eam.Exo.1. Et ſi ingruerit
contra nos bellum addatur inimicis noſtris.Leuit.27. Ad
det quintam partem earum.Nu.36.Sequetur poſſeſſio ſua
& trãſlata ad aliam tribum de noſtra hereditate minuetur.
Pro quo he.le.Et minuetur poſſeſſio earum de poſſeſſio
ne patrum noſtrorum & addetur ad poſſeſſionem tribus
cui fuerint.ſ.nupte.& in eodem .Confundatur ſortium di
ſtributio:& aliorum poſſeſſio ad alios tranſeat.Pro quo he.
le.Et addatur poſſeſſio earum ad poſſeſſionem tribus cui
fuerint:&de poſſeſſione tribus patrum noſtrorum minue
tur poſſeſſio earum.Sed beatus Hieronymus tranſtulit ſen
ſum.Deut.4.Non addetis ad verbum quod ego precipio
vobis.& in eo.5.Nihil addẽs amplius.Sed in predicto loco
Ceſſare aliqui hebrei legunt.Et non ceſſabit.ſ.vox.Sed magis com
muniter ſignificat addere ſicut eſt in littera noſtra.& in eo.
Si eñ audierimus vltra vocem domini.pro quo hebrei le
gunt.Si addiderim⁹ audire vocem domini.2.Reg.24. Et
addidit furor domini iraſci contra iſrael.3.Reg. 10. Maior
eſt ſapientia & opera tua q̃ rumor quem audiui.Pro q̃ he.
le.Addidiſti ſuper rumorem vel ſuper famã.& eſt ſenſus ſi
cut in littera noſtra.Iob.29.Addidit quoq; iob.& in eo.39
Vltra non addam.& in eo.40.Nec vltra addas loqui. Pro
uer.11.Alii diuidunt propria & ditiores fiunt .i. adduntur
eis diuitie.Eccſs.3.Non poſſumus eis quicq; addere.Eſa.7.
Adiicere Et adiecit domin⁹ loqui ad Achaz.& in eo.8.Et adiecit do
minus loqui ad me.& in eodem.26. Indulſiſti gẽti domĩe:
Indulgeſ. indulſiſti genti.pro quo he.legunt.Addidiſti genti dñe:ad
didiſti genti.& in eodem.29.Ecce ego addam ut admira
tionem faciam populo huic.& in eo.38.Ecce ego adiiciam
ſuper dies tuos quindecim annos.& in eo.47.Quia vltra
non vocaberis mollis & tenera.Pro quo he.le.Quia nõ ad
des vt vocent te mollem & teneram.& in eo.Quia non vo
caberis vltra dña regnorum.Oſee.1.Quia non addam vl
tra miſereri domui iſrael.& in eo. Non addam vt diligam
Ceſſare eos.Significat etiã ceſſare.vt Nu.11.Prophetauerũt nec vl
tra ceſſauerunt.Et aliquando ſcribitur cum aleph loco iod.
vt Exo.5.Nequaq̃ dabitis vltra paleas populo.Pro quo he
brei legũt. Nequaq̃ addatis dare paleas populo.1.Reg.18
Et ſaul magis cepit timere dauid.Pro quo he.le. Et adiecit
ſaul timere a facie dauid.& inde נוֹסָפוֹת Noſapoth.i. addi נוֹסָפוֹת
tamenta.Eſa.15.Ponã enim ſuper dibon additamenta. Additamẽta.
יסר Iaſar.erudire.caſtigare.corripere.ligare. vincire. Le יָסַר
uit.26.Addam correptiões veſtras ſeptuplum. Pro q̃
hebrei legũt.Addam corripere ſiue caſtigare vos ſeptuplũ Corripere.
& in eodẽ.Quod ſi nec ſic volueritis recipere diſciplinam.
ideſt ſi eruditi vel caſtigati non fueritis.& in eodem.Et cor
ripiam vos ſeptem plagis. Deut.4. De celo te fecit audire
uocem ſuam vt doceret te.i.erudiret te.& in eodẽ.8. Quia Docere
ſicut erudit filium ſuum homo:ſic dominus deus tuus eru Erudire
dit te.Iob.39.Nunquid qui contendit cũ deo tam facile cõ
quieſcet.pro quo he.le.Nunquid qui contendit cũ deo eru
diet ſiue corripiet aut corripietur.Ps.2.Erudimini qui iu
dicatis terram.Ps.93.Beatus homo quem tu erudieris dñe.
uerſi illi.& in genere feminino mutat mem in nun.& dici
tur כלן Cullan.i.omnes ille.Scribitur etiam aliquādo cum
he in fine.& dr̄ כלנה Cullana. Geñ. 42. In me hec omia
mala reciderunt.& aliquando ſcribitur cum duplici he. Et
dicitur כלהנה Cullahana.3.Reg.7.Fuſura vna & menſura
ſculpturaq́ conſimili.pro quo hebrei legunt.Fuſura vna &
מכלות menſura vna & ſculptura vna omnibus illis.& Inde מכלות
Omnia. Mechloth. Pro quo beatus Hieronymus tranſtulit omia.2.
Paralip.4. Omnia de auro puriſſimo facta ſunt. & aliqui
hebrei dicunt q́ ſignificat vaſa.De quo vide infra in dictio
ne כלה Cala.

כלא כלא Cala.prohibere.vetare.ceſſare.claudere.Geñ.8.Et p
Prohibere hibite ſunt pluuie de celo.Exo.36.Sicq́ ceſſatum eſt
a muneribus offerendis.Pro quo hebrei legunt. Et prohi
bit⁹ eſt popul⁹ ab oblatione.i.a muneribus offerendis.Nu.
11.Domine mi moyſes prohibe eos.Ps.39.Ecce labia mea
non prohibebo.& in eodem.Tu autem domine ne lōge fa
cias miſerationes tuas a me.Pro quo beatus Hieronymus
in pſalterio iuxta he.ve.tranſtulit.Tu domine non prohibe
bis miſericordias tuas a me.ps.87.Traditus ſum & nō egre
Claudere. diebar.Pro quo beatus Hieronymus trāſtulit. Clauſum &
non prodeuntem.Ps.118.Ab omni via mala prohibui pe
des meos.Hiere.32.Et hieremias propheta erat clauſus in
atrio carceris qui erat in domo regis iuda.Et ſequitur in he
breo. Clauſerat enim eum ſedechias rex iuda. Aggei.1.
propter hoc ſuper vos prohibiti ſunt celi ne daret rorem.
כלא & terra prohibita eſt ne daret germen ſuū.& inde כלא Ce
le ſiue כלוא Calu.i.clauſura ſiue carcer. Eſa.42. De domo
carceris ſedentes in tenebris.& in eodem. Et in domibus
Carcer. carcerum abſconditi ſunt.Hiere.37.Ipſe enim prepoſitus
erat ſup carcerē.& in eo.Quia miſiſtis me in domū carce
ris.& in eo.52.Et eduxit eū de domo carceris. & in eo. Et
מכלא mutauit veſtimēta carceris eius.& inde מכלא Michla.i.oui
Caula. le ſiue caula vbi pecora clauduntur.Ps.77.Et ſuſtulit eum
de gregibus ouiū.Pro quo hebrei.le.Et tulit eū de caulis ſi
ue de ouilibus ouium.Scribitur ēt cū he in fine loco aleph.
vt Abach.3.Abſcindetur de ouili pecus.& inde כלאים Ci Ouile. כלאים
laim.i.mixtim:ſiue mixtio duarū ſpecierū vel diuerſarum
rerū.Leuit.19.Iumenta tua nō facies coire cū alterius ge
neris animantib⁹:agrum tuū non ſeres diuerſo ſemine: ve
ſtē q̄ ex duob⁹ texta eſt non indueris.Pro quo he.le.Iumē Mixtio.
tum tuū nō facies coire mixtione:agrū tuū non ſeres mix
tione.& veſtis mixtim.ſ.de lana & lino contexta nō aſcen
dat ſup te.Vbi in hebreo ter ponitur predicta dictio.Et bea
tus Hieronymus tranſtulit ſenſum.

כלב Cheleb.canis.Exo.11.Apud oēs aūt filios iſrael non כלב
mutiet canis.Deut.23.Nec precium canis.1.Reg.17. Canis.
Nunquid ego canis ſum.& in plurali כלבים Chelabim.Ps. כלבים
21.Quoniā circūdederūt me canes. Eſa.56. Et canes muti Canes.
nō valētes latrare.Item כלוב Chelub.i.caniſtrū.Beatus Hie כלוב
ronymus trāſtulit vncinū.Amos.8.Et ecce vncinus pomo Caniſtri. Uncinus.
rū.Significat etiā locū ex virgultis cōtextū in quo aues ſer
uantur vel capiuntur.Pro quo beatus Hieronymus trāſtu Decipula.
lit decipulā.Hiere.5.Sicut decipula plena auib⁹.Eſt ēt כלב כלב
Caleb nomē propriū viri.Nu.13.De tribu iuda caleb filiū
Iephone.& inde כליבי Calibi.i.vir de gñe caleb.1.Reg. Caleb. כליבי
25.Erat aūt de gñe caleb. Uir de genere caleb.

כלה Cala.perficere.cōplere.cōſumare.finire.ceſſare.cōſu כלה
mere.delere.diſperdere.deficere.expectare: ſeu deſi
derare.prohibere.Geñ.2.Igitur perfecti ſunt celi & terra. Perficere
& in eo.Cōpleuitq́ deus die ſeptimo opus ſuū.& in eo.28 Cōplere.
Vtrū clamorē qui venit ad me ope cōpleuerint.& in eo.24
Cūq́ ille bibiſſet.pro quo he.le.Et cōpleuit dare ei potum
& in eo.Donec cūcti bibant.Pro quo he.le. Donec cōpleāt
vel perficiāt bibere.& in eo.41.Igitur trāſactis ſeptē vber
tatis annis. Pro quo he.le.Et cōpleti ſiue finiti ſunt ſeptem
vbertatis anni. Exo.5. Cōplete opus veſtrū. & in eo.39.
Perfectū eſt igitur omne op⁹ tabernaculi.Nu.7.In die quo
cōpleuit moyſes tabernaculū.Deut.26.Qñ cōpleueris deci
mā cūctarū frugū.1.Reg.20.Scito quia cōpleta eſt malitia
eius.3.Reg.8.Cūq́ cōpleſſet ſalomō orās.2.Paralip.7.Cō
pleuitq́ ſalomon domū dñi.Iob.36.Cōplebunt dies ſuos
in bono.Ps.71.Defecerūt hymni dauid filii ieſe.pro q̄ bea
tus Hieronymus in pſalterio iuxta he.ve.tranſtulit. Cōple
te ſunt orationes dauid filii ieſe.Hiere.8.Finita eſt eſtas. & Finire.
in eo.43.Factū eſt aūt cū cōpleſſet hieremias loquens ad
populū.& in eo:44.Donec penit⁹ cōſumātur.Ezech.43
Eo q́ cōſumpſi eos in ira mea.Itē ſignificat ceſſare.Nu.27
Vt qeſcāt q̄rele eorū a me.i.vt ceſſēt vł finiātur.2.Reg.14. Ceſſare.
Ceſſauitq́ rex dauid pſequi abſalō.Itē ſignificat diſpdere
aut delere vel cōſumere.Exo.33.Ne forte diſpdā te in via. Diſpdere.
Nu.16.Vt eos repēte diſpdā.& in eo.25.Vt nō ipē delerem Delere.
filios iſrł.Iob.7.Et cōſūpti ſūt abſq́ vlla ſpe.Ps.73.De me Cōſumere.
dio ſinu tuo in finē.Pro q̄ btūs Hieronym⁹ in pſalterio iu
xta he.ve.trāſtulit.Ad mediū ſinū tuū cōſumēs.Ps.118.Pau
lomin⁹ cōſumauerūt me in terra.Eſa.10. Et conſumabitur
indignatio.& in eo.49.Fortitudinē meā cōſumpſi.Hiere.
14.Et ego cōſumā eos.& in eo.16.Et gladio & fame conſu
mētur.& in eo.49.Donec cōſumā eos.Malach.3.Et vos fi
lii iacob nō eſtis cōſumpti.& aliqñ ſcribitur cū aleph in fi
ne loco he.Dañ.9.Vt cōſumatur preuaricatio.Itē ſignifi
cat deficere.Deut.28.Et deficientib⁹ ad cōſpectū eorum to Deficere.
ta die.3.Reg.17.Hydria farine nō deficiet. Ps.68. Defece
runt oculi mei dum ſpero in deum meū. Ps.70. Cum defe
cerit virtus mea ne derelinquas me.Ps.118. Defecit in ſalu
tari tuo anima mea. & in eodem. Defecerunt oculi mei in
eloquium tuum.Hiere.14.Defecerūt oculi eorū.Threñ.3.

Digitized by Google

Quia non defecerunt miſerationes eius. Item ſignificat
Expectare expectare vel deſiderare. Iob.31. Et oculos vidue expecta-
re feci. Ps.83. Concupiſcit & deficit aīa mea in atria dñi. ꝑ
Deſiderare. quo he.le. Concupiſcit & deſiderat anima mea ad atria do
mini ſiue in atria dñi. 2. Reg.14. Ceſſauitq; rex dauid per
ſequi abſalom. pro quo he.le. Et deſiderauit dauid egredi
ad Abſalom. Poteſt ēt intelligi ſicut eſt in littera noſtra. vt
ſupra dictū eſt. Item ſignificat prohibere ſiue claudere. vt
Prohibere Gen̄.23. Nulluſq; te ꝓhibere poterit. 1. Reg.6. Vituloſq; ea
Cōcludere. rum concluſerunt domi. i. ꝓhibuerunt exire. Et in eo.25.
Que ꝓhibuiſti me hodie ne irē ad ſanguinē. Et aliqñ ſcri-
bitur cū aleph loco he. vt. p̄s.118. Ab omni via mala ꝓhi-
bui pedes meos. & de hoc vide ſupra in dictione כָּלָא cala.
כָּלָה cum aleph in fine. & inde כָּלָה cala. i. conſumatio. Eſa. 10.
cōſumatio Cōſumationem enim & abbreuiationē dñs deus exercitu
um faciet. Ezech.11. Conſumationē tu facis. Soph.1. Quia
cōſumationē cū abbreuiatione faciet. Ponitur ēt aduerbia
liter. i. cōſumate ſiue perfecte. vt Exo.11. Poſt hec dimittet
vos & exire compellet. pro quo he.le. Poſt hec dimittet vos
& cū dimiſerit cōſumate ſiue perfecte eiiciet vos hinc. & ē
ſenſus ſicut in lr̄a noſtra. & aliqñ ſcribitur cum tau in prin
תִּכְלָה cipio & dicitur תִּכְלָה Thichla. i. cōſumatio. p̄s.118. Omnis
cōſumatio cōſumatiōis vidi finem. ſcribitur ēt cū tau i fine & dicitur.
תַּכְלִית תַּכְלִית Thachlith. i. finis ſiue cōſumatio. vt Iob.28. Et vni
Finis. Perfectū. uerſorū finē ipē cōſiderat. Ps.138. pfecto odio oderā illos
כִּלָּיוֹן i. fine vel cōſumatiōe odii oderam illos. & inde כִּלָּיוֹן Cila-
cōſumatio ion. i. conſumatio. Eſa.10. Conſumatio abbreuiata inun-
כְּלִי dabit iuſtitiā. & inde כְּלִי Cheli. i. vas ſiue inſtrumētū. Ar-
Vas. ma. ornamentū. veſtis. Gen̄.24. Prolatiſq; vaſis argenteis
& aureis: ac veſtibus dedit ea rebece. Exo.22. Si quis comē
dauerit alicui pecuniā aut vaſa. Et in eo.25. Omne pōdus
candelabri cū vniuerſis vaſis ſuis habebit talentum auri.
Leuit.6. Vas fictile in quo cocta eſt confringetur: ꝙ ſi vas
eneū fuerit. Et in eo.15. Et vbicūq; ſederit. pro quo he.le.
ſella. Et oē vas in quo ſederit. i. oīs ſedis vel ſella aut inſtrumen-
tum in quo ſederit. & in eo. vas fictile cōfringetur. & i eo.
Vas aūt ligneū lauabitur aqua. Nu.19. Et mittet aquas vi-
uas ſup eos in vas. & in eo.35. Si quis ferro percuſſerit. ꝑ q̄
Inſtrm. he.le. Si quis vaſe ferreo. i. inſtrumento ferreo percuſſerit.
Et in eo. Si ligno percuſſerit. Pro quo hebrei legunt. aut ſi
vaſe ligneo. i. inſtrumento ligneo percuſſerit. Deut.23. Fo
ras autem ne feras tecum. pro quo hebrei legunt. Et in va-
ſe tuo ne reponas. ſed beatus hieronymus tranſtulit ſenſū.
Eſter.1. Et aliis atq; aliis vaſis cibi inferebantur. Ps.2. Et
tanq̄ vas figuli confringes eos. Eſa.22. Omne vas paruu
lum a vaſis craterarum vſq; ad omne vas muſicorū. i. īſtru
mentum muſicum. Et in eo.32. Fraudulenti vaſa peſſima
ſunt. & in eodem.54. Omne vas quod fictum eſt cōtra te.
Arma. Significat etiam arma. Gen̄.27. ſume arma tua. & i eodē.
49. Vaſa iniquitatis bellantia. i. arma iniquitatis. Pōitur
Veſtis. etiam pro veſte. vt Deut.22. Non inducetur mulier veſte vi
Monile. rili. Eſa.61. Et quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis. pro
quo hebrei legunt. Et quaſi ſponſam ornatam vaſis ſuis. i.
veſtimentis vel ornamentis ſuis. Et etiam inſtrumenta cu-
iuſcūq; rei dicūtur in hebreo vaſa eius. vt Ps.70. confite-
bor tibi in vaſis pſalterii. Eſa.13. Dominus & vaſa furoris
מִכְלוֹת eius. Zach.11. ſume tibi vaſa paſtoris ſtulti. & inde מִכְלוֹת
Michloth. i. vaſa ſecundum hebreos. 2. Paralip.4. Omnia
Vaſa. de auro puriſſimo facta ſunt. pro quo he.le. vaſa de auro.
poteſt etiam ſignare oīa ſicut eſt in littera noſtra. de quo vi
כְּלָיוֹת de ſupra in dictione כָּלַל Calal. & inde כְּלָיוֹת Celaioth. i. re
Renes. nes ſiue renūculi. Leuit.3. Et duos renes. & in eo. Et reticu
lū iecoris cū renūculis. Iob.10. repoſita ē hec ſpes mea in ſi

nu meo. pro quo he.le. Cōſumati ſiue pfecti ſunt renes mei
i ſinu meo. De quo vide Burgeñ. in additiōibus ſup p̄dicto
loco. p̄s.15. Increpuerūt me renes mei. Ps.25. Vre renes
meos & cor meū. p̄s.138. Quia tu poſſediſti renes meos.
Hiere.11. Qui ꝓbas renes & corda. & ſolū inuenitur in nu.
plu. Ponitur ēt ꝑ medulla. Deut.32. Cum medulla tritici. Medulla.
Et dicūt hebrei ꝙ ponitur ibi pro granis tritici: eo quod in
figura aſſimilantur renibus. Item כַּלָּה Calla. i. ſpōſa. ſiue nu כַּלָּה
rus. De quo vide ſupra in dictione כָּלַל Calal. ſponſa.
כֶּלַח Calach. Seniū vel ſenecta. beatus hieronymus tranſtu כֶּלַח
lit. abūdātiā. ſ. dierū: qđ eſt idem qđ ſenecta. Iob.5. In Abūdātia
gredieris i abūdātia ſepulcrū. & i eo.30. Et vita ipā putabā
tur idigni. i. lōgiori vita. ꝑ quo he.le. ſup ipos piit ſenecta. ſenecta.
כִּלְכֵּל Cilcal. ſuſtinere. ſuſtentare. Enutrire. De quo vide כִּלְכֵּל
ſupra in dictione כּוּל Chol. ſuſtinere.
כָּלַם Calā. erubeſcere. reuereri. cōfundi. ſiue cōfūdere. mo כָּלַם
leſtare. Nu.12. Nōne debuerat ſaltē ſeptē diebus rubo Rubore
re ſuffundi. 1. Reg.20. Eo qđ confudiſſet eū pater ſuus. 2. ſuffundi.
Reg.10. Erāt enī viri cōfuſi turpiter. Iob.11. A nulo cōfuta Cōfundere
beris. i. cōfūderis. p̄s.39. Et reuereātur qui volūt mihi ma Confundi.
la. p̄s.73. Ne auertatur humilis factus confuſus. Hiere.3 no Reuereri.
luiſti erubeſcere. Et in eo.6. Et erubeſcere neſcierunt. & in Erubeſcere
eo.14. Cōfuſi ſunt & afflicti. pro quo he.le. Cōfuſi ſunt & e
rubuerūt. & in eo.31. Cōfuſus ſū & erubui. Ezech.36. Con
fundemini & erubeſcite. Itē ſignificat moleſtare. 1. Reg.25
Nunquā eis moleſti fuimus. & in eo. boni ſatis fuerunt no- Moleſtare
bis & nō moleſti. Iudi.18. Et nullo eis penitus reſiſtente. i.
nullo moleſtante. & idē כְּלִמָּה Celimma. i. verecūdia. cōfu כְּלִמָּה
ſio. opprobriū. p̄s.68. Operuit cōfuſio faciē meā. Prouer. Confuſio.
18. Stultū ſe eſſe demōſtrat & cōfuſione dignū. Hiere.20. Opprobri
Opprobrium ſempiternū. quod nulla obliuiōe delebitur. um.
Eſa.50. Faciem meā non abſcondi ab increpantibus. pro increpatio
quo he.le. Faciem meā nō abſcondi ab opprobriis vel cōfu
ſiōibus. vbi ponitur כְּלִמּוֹת Celimmoth in nūero plurali. כְּלִמּוֹת
כֵּלַף Celaph. Inſtrumentum dolatorium. Et ſolum inueni כֵּלַף
tur in numero plurali. ſ. כֵּלַפּוֹת Celaphoth. Ps.73. In כֵּלַפּוֹת
ſecuri & aſcia deiecerūt eā. Pro quo beatus hieronym⁹ in Aſcia.
pſalterio iuxta hebraicam veritatē tranſtulit. bipenni et do Dolatoria
latoriis deraſerunt.
כָּמַה Cama. Deſiderare. Cōcupiſcere. quādo. quod. ſiue quā
tum. Ps.62. Quā multipliciter tibi caro mea. Pro quo כָּמַה
beatus hieronym⁹ in pſalterio iuxta hebraicā veritatem Quā mul-
tranſtulit. Deſiderauit ad te caro mea. Significat ēt quādo. tipliciter. Deſiderare
aut quot. Ps.34. Dñe quādo reſpicies. Ps.118. Quot ſunt Quando.
dies ſerui tui. Iob.13. Reſpōde mihi quātas habeo iniquita Quot.
tes Zach.2. Et videam quanta ſit longitudo eius & quanta Quāte.
latitudo eius. Quanta.
כְּמוֹ Cemo. ſicut. tanq̄. Iob.19. Quare pſequimini me ſi- כְּמוֹ
cut deus. p̄s.28. Et comminuet eas tanq̄ vitulū libani. ſicut.
p̄s.57. ſicut cera que fluit auferentur. Et in eo. Sicut viuen- Tanq̄.
tes ſic in ira. p̄s.62. Sicut adipe & pinguedine repleatur
aīa mea. & cōponitur cū ꝓnominibus hoc modo כָּמוֹנִי Ca כָּמוֹנִי
mōni. i. ſicut ego. כָּמוֹךָ camocha. i. ſicut tu. 3. Reg.22. ſicut ſicut ego.
ego ſum ita & tu. pro quo he.le. ſicut ego ſicut tu. Eſa.38. ſi
cut ego hodie. כָּמוֹהוּ Camōhu. ſicut ille. Exo.9. qualis nō fu
it in egypto. ꝑ quo he.le. Sicut ille nō fuit in egypto. כָּמוֹנוּ.
Camōnu. i. ſicut nos. Gen̄.34. Si volueritis eſſe ſimiles no
ſtri. i. ſicut nos. כְּמוֹכֶם Cemochem. ſicut vos. Iob.12. Et mi
hi eſt cor ſicut & vobis. כְּמוֹהֶם Cimohem ſicut illi.
כּוּמָז Cumaz. Ornamentū muliebre. Beatus hieronymus כּוּמָז
tranſtulit Murenulas. Nu.31. Dextralia ac murenulas. murenule.
כַּמֹּן Camon. cyminū. Eſa.28. Seret git & cyminū ſparget כַּמֹּן
Et i eo. Nec rota plauſtri ſuper cyminū circuibit. Item Cyminum

Digitized by Google

Theſaurus

מכמן Michmā.i.theſaurus abſconditus.Dañ.11. Et dominabitur theſaurorum auri & argenti.

Conditum

כמס Camus.reconditum ſiue abſconditū. Deut.32.Nõne hec cōdita ſūt apud me.& ſolū iuenitur ī pdicto loco.

Incaleſcere. Cōmoueri. Exurere. Cōturbare

כמר Camar.incaleſcere.exurere.cōmotum ſiue cōturbatū eſſe.Geñ.43.quia cōmota ſunt viſcera eius. Pro quo he.le.Quia incaluerūt miſeratiões eius:ſiue commote ſunt miſerationes eius.Threñ.5.Pellis nr̃a quaſi clibanus exuſta eſt.Oſee.11.Pariter cōturbata eſt penitudo mea.i.cōmota ē penitudo mea.Item כמר Camar.i.edituus ſiue miniſter templi vel altariū.Et ſolū inuenitur in nu.plu. ſ. כמרים Cemarim.Oſee.10.Et editui eius ſuper eū exultauerūt.Soph.1.Et noīa edituorū cū ſacerdotibus. Põitur ēt pro aruſpicibus.vt.4.Reg.23. Et deleuit aruſpices quos poſuerunt reges iuda.Item מכמר Michmar.i.rete aut retiaculū.ſiue illaqueatū.ps.140.Cadent in retiaculo eius peccatores. Eſa.51.Sicut orix illaqueatus.Abach.1.Et congregauit in rete ſuū.Scribitur ēt cū tau ī fine & dicitur מכמרת Michmóreth Eſa.19.& expandentes rete ſuper faciem aquarum.

Editui. Aruſpices. Retiaculū. Illaqueatus. Rete.

כן Cen.ſic.ita.De quo vide ſupra in dictione כון Cun.Item כנים Cinim.i.cinifes. Exo.8.Et ſint cinifes in vniuerſa terra egypti.Et ſolū iuenitur ī nu.plu.& in pdicto loco.Scribitur ēt ſine iod & dr̄ כנם Cinam.vt in eo.Et facti ſunt cinifes in hominibus & in iumentis.

Cinifes. Cinifes.

כנה Chana.Equare.aſſimilare. Iob.32.Et deū homini nō equabo.Eſa.44.Et ī noīe iſrael aſſimilabitur. hebrei tñ dicūt ꝙ ſignat cognominare.vnde in pdicto loco ipi legunt.Et in noīe iſrael cognominabitur.Et in eo.45.Aſſimilaui te & nō cognouiſti me.pro quo he.le. Cognominaui te & nō cognouiſti me.Ponitur ēt ꝓ ſubſiſtere. Iob.32. Neſcio eni quādiu ſubſiſtā.& ēt in predicto loco he.le.quia neſcio cognominare.poteſt ēt deriuari a dictiõe כון Cun: que ſignat firmare vel ſubſiſtere ſicut eſt in littera noſtra. vel a dictiõe כנה Cana que ſignat ſedē vel baſim aut radicē

Equare. Aſſimilare. Subſiſtere.

כנות Cenauath.in lingua chaldaica ſignat cōſiliū ſiue cōſiliatorē.Eſdre.4.Et reliqui qui erant in conſilio eorum.Et in eodem. Et reliqui cōſiliatores eorū.& dicūt hebrei ꝙ ſignificat cetum ſeu congregationem hominum.

Conſilium. Cōſiliator

כנימא Cenema.in lingua chaldaica ſignificat huiuſcemodi.ſiue taliter.aut hoc modo.Eſdre.4.Scripſerunt epiſtolam vnā de ieruſalem huiuſcemodi.Et in eodem. 5. Et ita diximus eis.i.taliter.& in eo.Huiuſcemodi autē ſermonem reſponderunt nobis.

huiuſcemodi. Taliter.

כנס Canas.congregare.colligere.coaceruare. 2. Paralip.22.Et precepit vt cōgregarentur omnes proſelyti. Eſter.4. Vade & congrega omnes iudeos.Ps.32. Cōgregās ſicut in vtre aquas maris.ps.146.Diſperſiones iſrael congregabit.Eccl's.2.Coaceruaui mihi argētū & aurū. Et in eo.3.Et tempus colligendi lapides.Eſa.28.Et palliū breue vtrūq operire non poteſt.pro quo hebrei legunt.Et pallium breue cum colligitur.ideſt cum colligitur ad operiendum vnum non poteſt alium operire.Vnde beatus hieronymus tranſtulit ſenſum.Inde מכנסי Michneſe.ideſt femoralia ſeu feminalia.Exo.28.Facies & feminalia linea. Leuit.16.Feminalibus lineis verenda celauit.Ezech.44.Et feminalia linea erunt in lumbis eorum. Et ſolum inuenitur in numero plurali.

Cōgregare. Coaceruare. Colligere. Femiualia.

כנע Canaa.Humiliare.conterere.erubeſcere. revereri. vt Iudi.3.Humiliatuſq eſt moab in die illo ſub manu iſrael.& in eo.4.Humiliauit ergo deus in die illo iabin regē Canaā. Iudi.8.Humiliatus eſt aūt madiā corā filiis iſrael. 3.Reg.21.Nõne vidiſti humiliatū Achab corā me:quia igitur humiliatus eſt.2.Paralip.33.Et quia humiliati ſunt auerſa eſt ab eis ira dñi.Et in eo.Et egit penitentiā valde corā deo.i.humiliatus eſt corā deo valde.Nee.9.Et humiliaſti corā eis habitatores terre.ps.106.Et humiliatum eſt in laboribus cor eorū.Itē ſignificat cōterere.Deut.9.Qui cōterat eos. ſignat ēt erubeſcere vel revereri.Leuit.26.Donec erubeſcat incircūciſa mens eorū.2.Paralip.33.Et non eſt reueritus faciē dñi ſicut reueritus eſt Manaſes pater eiꝰ Itē כנען Cenáan.nomē propriū viri.ſ.filii Cham.Geñ.10. Filii āt cham chus & Meſraim & phut & canaā.& ab eo dicta eſt terra canaā.Geñ.11.Vt irent in terrā canaā. ps.104. Tibi dabo terrā canaā.Et inde כנעני Cenaani.i.cananeus. vt Geñ.13.cananeus & pherezeus habitabant in terra illa. Et in eo.38.Filiam hominis cananei. ſignat ēt mercatorē vel negociatorē aut inſtitorem.vt Iob.40.Et diuident illū negociatores.Eſa.23.Inſtitores eius iclyti terre. Zach.14.Et nō erit mercator vltra in domo dñi. Vnde illud qd habetur Prouer.31.cingulum tradidit cananeo. hebrei legūt.Et cīgulū tradidit mercatori vl' negociatori. & Ezech.17.Et trāſportauit eā in terrā canaā. Quod hebrei exponunt in terra negociationis vel mercationis. vnde ſubditur in vrbe negociatorū poſuit eū.Oſee.12.Canaā in manu eius ſtatera doloſa.pro quo he.le.Mercator ſeu negociator in manu eius ſtatera doloſa.Vnde beatus hieronymus in ſuis explanatiõibus ſuper ꝓuerbia. capitulo vltimo ſic ait.Bene etenim nomine canaā qui gentiliū populū ꝑcreauit & interpretatur cōmutator cõuerſa ad fidem gentilitas deſignatur:que feliciſſima comutatiõe a vitiis ad virtutes: a diabolo tranſmigrauit ad xp̄m. Hec hieronymus. Inde כנעה Cinaa.i.mercatio ſeu negociatio.Hiere. 10. congrega de terra confuſionem tuam.pro quo he.le.congrega de terra negociationē tuā.i.ſubſtantiā tuā.Vnde beatus hieronymus ſuper pdicto loco ſic ait.precipitur ieruſalem vt qd quid habet foris ſubſtantie in vrbē munitiſſimā cōgreget: & lōge obſidioni paret alimēta:cōgrega inquit & de foris & de terra hoc eſt de agris ſubſtantiā tuā ſiue confuſionem. Quidquid enim habes cōfuſione dignū eſt.Hec hieronymus.Poteſt ēt ſignificare cōfuſionē vel erubeſcentiam: ſicut ſupra dictum eſt.

Humiliare. Conterere. Erubeſcere. Reuereri. canaam. cananeus. Negociator. Inſtitor. Mercator. negociatio

כנף Canaph.Ala.penna. Angulus. ora. ſ. veſtimenti. vt Exo.19.Quomodo portauerim vos ſuper alas aquilarum.Et in eo.25.Expandētes alas & operientes oraculū. Deut.4.vel auiū ſub celo volantiū.pro quo he.le. Omnis auis alate.i.habentis alas.Ruth.2.Sub cuius confugiſti alas.Iob.39.Penna ſtruthiõis ſimilis eſt pennis erodii.Eſa.10.& non fuit qui moueret pennā.& in plu. כנפים chenaphaim.ſiue כנפי chan phe.vt in aliquibus locis predictis:& Iob.39.Expandet alas ſuas ad auſtrū.Ps.77. Penne colūbe deargētate.ps.138.Si ſumpſero pennas meas diluculo. Prouer.1.Fruſtra aūt iacitur rete ante oculos pennatorū. Zach.5.Et ſpūs in alis earū:& habebāt alas milui.Malach.4.Et ſanitas in pennis eius.Et eſt in hebreo cõis generis. vt patet in locis predictis.Inde verbum כנף Canaph.i. auolare.Eſa.30.Et nō faciet auolare a te vltra doctorem tuum. Item כנף canaph.i.angulus.aut ora veſtimēti.Nu.15.vt faciant ſibi fimbrias per angulos quattuor palliorū.Deut.22 Per quattuor angulos pallii tui.Aggei.2. In ora veſtimenti ſui.Põitur ēt pro angulo vel fine aut extremo terre. Iob 38.Et tenuiſti concutiens extrema terre.Eſa.11. A quattuor plagis terre.ideſt a quattuor angulis terre. Et in eodem 24.A finibus terre laudes audiuimus.Ponitur etiam pro templo.Dañ.9.Et erit in templo abominatio deſolatiõis.

Ala. Penna. Ale. Penne. Auolare. Angulus. Ora veſtimenti. Extremus. Plaga. Finis. Templum

כנר Cinor.cithara.Geñ.4.Ipſe fuit pater canentium in cithara & organo.Iob.30.Verſa eſt in luctum cithara

Cithara.

Digitized by Google

noſtra.p̄s.32.Confitemini dño in cithara.Ps.56. Exſurge
כִּנֹּרִים in pſalterio & cithara.& in plu. כִּנֹּרִים Chinorim ſecundū
כִּנֹּרוֹת terminationē maſculinorū.ſiue כִּנֹּרוֹת Chinoroth.ſcd̄m ter
Citharę. minationem femininorū.3.Reg.10.Et citharas lyraſq; can
toribus.p̄s.136.Suſpendimus organa noſtra.pro quo bea
tus hieronymus in pſalterio iuxta he.ve.tranſtulit. ſuſpen
dimus citharas noſtras.Ezech.26.Et ſonitus cithararū tua
rū non audietur amplius.Ponitur etiam pro lyris.1. Para-
lip.15.Cantores in organis muſicorum nablis videlicet &
Lyrę. lyris & cymbalis.

כְּנַשׁ Cōgregare. כְּנַשׁ Canas.in ligua chaldaica ſignificat cōgregare.Dañ.
3.miſit ad congregandos ſatrapas.

כֵּס כֵּס Ces.ſolium.ſedes. De quo vide infra in dictione כִּסֵּא
Ciſe.

כָּסַס כָּסַס Caſas.numerare.ſupputare.Et ſcribitur cū ſimplici
ſamech.Exo.12.Iuxta numerū aīarum que ſufficere
poſſunt ad eſum agni.pro quo he.le.Iuxta numerum vel
Numerare. ſupputationē aīarū vniuſcuiuſq; iuxta eſum ſuum nume-
מֶכֶס rabitis ſup agnū.& inde מֶכֶס Mêches.i.ſupputatio.vel nu
meratio.pro quo btūs hieronymus tranſtulit partem.ſ.nu
Pars. meratā vel ſupputatā.Nu.31.Et ſeparabis partē dño. Et in
eo.E quibus in partē dñi ſupputate ſunt oues ſexcente. ſcri
מִכְסַת bitur etiam cū tau ī fine & dicitur. מִכְסַת Michſath.vt Exo.
Numerus. 12.Iuxta numerū aīarū q̄ ſufficere poſſint. Leuit.27.ſup
putabit ſacerdos iuxta annorū numerū vſq; ad iubileum.

כִּסֵּא Solium. Thronus. כִּסֵּא Ciſe. Soliū.ſedes.thronus.Geñ.41. vno tātū regni
ſolio p̄cedā te.Exo.11.A primogenito pharaonis qui
ſedet in ſolio eius.2.Reg.3.Et eleuetur thronus dauid.1.Pa
ralip.29.Seditq; ſalomō in ſolio dñi. Iob.26. Qui tenet
Sedes. vultum ſolii ſui.Eſa.66. Celum ſedes mea eſt.Hiere.17.So
liū glorie altitudinis a principio.Et aliq̄ñ ſcribitur ſine a-
leph & dr̄ כֵּס Ces.vt Exo.17.Quia manus ſolius dñi.debet
legi ſolii dñi.pro quo he.le.Quia manus ſup ſoliū dñi vel
ſup thronū dñi.ſuple eſt.Et ſecundū aliquos hebreos ī duo
bus locis ſcribitur cū he in fine loco aleph.3.Reg.10. Qui
habebat ſex gradus.pro quo he.le.Sex gradus erat thro-
no.Et in eo.Et ſūmitas throni rotūda erat.Sed in libris he
braicis reperitur ēt in predictis locis cū aleph in fine.ſicut
כִּסְאוֹת in ſupradictis.Et in plu. כִּסְאוֹת Chiſoth.Ps.121. Quia illic
Sedes. ſederūt ſedes in iudicio: ſedes ſup domū dauid. Item כֶּסֶא
כֶּסֶא Céſe.i.terminus ſiue dies conſtitutus vel inſignis. p̄s.80.
Dies inſi-gnis. In iſigni die ſolēnitatis noſtre.Scribitur ēt cū he in fine lo
co aleph.pro quo btūs hieronymus diē plene lune trāſtulit
Dies ple-ne lune Prouer.7.In die plene lune reuerſurus eſt.& eſt idem. Nā
apud hebreos dies inſignis phaſe & tabernaculorū erat in
plenilunio.

כִּסָּה Operire. כִּסָּה Ciſa. operire.coopire.celare.abſcōdere.tegere. Geñ.
7.Opertiq; ſunt oēs montes excelſi.Et in eo.25. At
illa tollens cito palliū ſuū operuit ſe.Et in eo.38. Operue-
rat enim vultū ne agnoſceretur.Exo.15.Abyſſi operuerūt
eos.Et in eo.40.Operuit nubes tabernaculū teſtimonii.
Nu.4.Inuoluentq; eo arcam teſtimonii.i. operient.Et in
eo.Cumq; inuoluerint Aaron et filii eius ſanctuarium.i.
operuerint.Et in eo.9.Operuit illud nubes.p̄s.31.Et iniu
Abſcōdere ſtitiā meā nō abſcondi.Ps.43.Cooperuit nos vmbra mor
tis.Ps.71.Operuit mōtes vmbra eius.p̄s.142. Ad te con-
fugi.pro quo hebrei legunt.A te coopertus ſum.vnde bea
tus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem.
Protegere tranſtulit.A te protectus ſum.Prouer.10.Et vniuerſa deli-
cta operit charitas.Et in eo.12.Qui aūt diſſimulat iniuriā
Celare. callidus eſt.Pro quo hebrei legunt.Qui autem celat iniu-
riam callidus eſt.Et eſt ſenſus ſicut in littera noſtra.Et ī eo.
Homo verſutus celat ſcientiā.Et in eo.26. Qui operit odi
um fraudulenter.Eccl̄s.6.Et obliuione delebitur nomen
eius.Pro quo hebrei legunt.Et in tenebris nomen eius o-
perietur.Eſa.23.Et veſtiantur vſq; ad vetuſtatem.i. coope-
riantur.Et in eo.58.Cum videris nudū opi eum.Hiere.51
In multitudine fluctuū eius operta eſt.Ezech.16. Et opui-
ſti illas.Et in eo.18.Et nudū opuit veſtimēto.Et in eo.24
Vt poſſit operiri puluere.Et in eo.30. Et ipſam nubes ope
riet.Et in eo.31.Et operui eū abyſſo.Et in eo.32. Et operi
am cum extinctus fueris celos.Et in eo.ſolem nube tegam. Tegere
Et inde כְּסוּי Ceſui.i.operimentum.velamē. Nu.4.& ope- כְּסוּי
rient rurſum velamine hyacīthinarū pelliū. Et in eo.Et ex Velamen.
tendet deſuper operimentū hyacīthinarū pelliū. ſcribitur Opimētū.
etiam cum tau in fine & dicitur כְּסוּת Ceſuth.Geñ.20. Hoc כְּסוּת
erit tibi in velamen oculorum.Exo.22.Ipſum eſt enim ſo Velamen.
lum quo operitur.Pro quo he.le.Ipſum eſt enim operimē Opimētū.
tum eius ſolum.Deut.22. Per quattuor angulos pallii tui Pallium.
quo operiris.ideſt operimenti tui quo operiris. Iob.24.
Quibus non eſt operimentum in frigore. Et in eo.26.Et
nullū eſt operimētū p̄ditioni.Eſa.50.Et ſaccum ponā ope
rimentum eorum.ſcribitur ēt cum mem in principio & di
citur מִכְסֶה Michſe.Exo.26.Facies & operimētum aliud te מִכְסֶה
cto de pellibus arietum rubricatis.& ſuper hoc rurſus aliud Opimētū.
operimentum.

כָּסַח כָּסַח Caſach.ſcindere. ſuccidere. dirumpere.Ps.79.ſuc-
cenſa igni & ſuffoſa.pro quo beatus hieronymus in
pſalterio iuxta hebraicam veritatē tranſtulit. ſuccenſa igni Dirūpere.
& dirupta.Eſa.5.Et facta ſunt morticinia eorum quaſi ſter
cora.pro quo he.le.Et facta ſunt morticina eorum ſucciſa
vel dirupta.Et in eo.33.ſpine congregate igni cōburētur. Succidere
Pro quo he.le.ſpine ſucciſſe vel ſciſſe igne comburentur

כָּסַל כָּסַל Caſal.inſanire.ſtultum vel inſipientem eſſe. ſtulte a-
gere.Hiere.10.Pariter inſipientes & fatui probabun- Inſipiētē
tur.Et inde כְּסִיל Ceſil.ideſt ſtultus.inſipiens. p̄s.48. Si- eſſe. כְּסִיל
mul inſipiens & ſtultus peribunt.Ps.91.Et ſtultus non in- Inſipiens
telligit hec.p̄s.95.Et ſtulti aliquando ſapite.Prouer.18.nō Stultus.
recipit ſtultus verba prudentie.Et in eo. Os ſtulti cōtritio
eius.Eccl̄s.2.ſtultus in tenebris ambulat.Et in eo.4. Stul-
tus complicat manus ſuas.Et inde כֶּסֶל Céſel.i. ſtultitia.in כֶּסֶל
ſipientia.vecordia.fiducia.ſpes.robur.fortitudo. Latus ſi-
ue ilia.Iob.8.Nō ei placebit vecordia ſua. p̄s.48. Hec via Vecordia.
illorum ſcandalum ipſis. Pro quo beatus hieronymus in
pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit.Hec via in-
ſipientie eorū.ſcribitur etiam cū he in fine & dicitur כִּסְלָה Inſipiētia
Chiſla.p̄s.84.Et in eos qui conuertuntur ad cor. pro quo כִּסְלָה
beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatē
trāſtulit. Vt nō conuertātur ad ſtultitiā.ſcribitur ēt cum tau Stultitia.
in fine & dicitur. כְּסִילוּת Ceſiluth.Prouer.29. Mulier ſtul כְּסִילוּת
ta & clamoſa.Item כֶּסֶל Céſel.i.fiducia.ſpes. p̄s.77. Et po כֶּסֶל
nant in deo ſpem ſuam.Ponitur etiam pro robore vel for- ſpes.
titudine.vt Iob.4. Vbi eſt timor tuus fortitudo & patien- Fortitudo
tia tua.Et in eodem.31.ſi putaui aurum robur meum.ſed ēt Robur.
in predictis locis hebrei legunt ſpem vel fiduciam. Item
כֶּסֶל Céſel.ideſt latus.Iob.15.Et de lateribus eius aruina de כֶּסֶל
pendet.Prouer.3.Dñs enim erit in latere tuo. & in plurali Latus.
כְּסָלִים Ceſalim.ideſt latera ſiue ilia. vt Leuit.3.cum adipe כְּסָלִים
quo teguntur ilia.Et in eo.Cum adipe qui eſt iuxta ilia.I- Ilia.
tem כְּסִיל Ceſil.i.ſydus celeſte. pro quo beatus hieronim⁹ כְּסִיל
tranſtulit oriona.vt Iob.9.Qui facit arcturum & oriona. Oriona.
Amos.5.Facientem arcturum & oriona.In alio vero loco
pro כְּסִיל Ceſil poſuit arcturum.Iob.38.Aut gyrum arctu כְּסִיל
ri poteris diſſipare.ſignificat.ēt ſplendorem.Eſa.13. Stelle
celi & ſplendor earum. Splendor.

כָּסַם כָּסַם Caſam.tondere.Ezech.44. ſed tondentes attondēt Tondere

Digitized by Google

כֻּסֶּמֶת capita ſua.Item כֻּסֶּמֶת Cuſémeth.i.far.genus frumẽti.Exo
Far. 9.Triticũ aũt & far nõ ſunt leſa.Declinatur etiã plr. כֻּסְּמִים
כֻּסְּמִים Cuſemim .pro quo beatus hieronymus tranſtulit viciam.
Vicia. Ezech.4.Milium & viciam.
כָּסַף כָּסַף Caſaph.cõcupiſcere.deſiderare.Geñ.31. Et deſiderio
Deſiderař erat tibi domus patris tui.pro quo he.le.Quia deſide
rio deſideraſti ad domũ patris tui.p̃s.16.Suſceperunt me ſi
cut leo paratus ad predã.ꝓ quo beatus hieronym⁹ in pſal
terio iuxta he.ve.tranſtulit.ſimilitudo eius quaſi leonis de
ſiderantis p̃dã.Ps.83.Cõcupiſcit & deficit anima mea in a
Concupi- tria dñi.Iob.14.operi manuũ tuarũ porriges dexteram.
ſcere. pro quo he.le.opi ſiue ad opus manuũ tuarũ concupiſces
נִכְסָף vel deſiderabis.Et ĩde נִכְסָף Nichſaph.i.deſiderabilis ſiue a
Amabilis. Deſidera- mabilis.Soph.2.Conuenite congregamini gens nõ ama
bilis. bilis.i.nõ deſiderabilis.& ĩde כֶּסֶף Céſeph.i.argẽtũ.pecũia.
כֶּסֶף Geñ.13.Erat aũt abram diues valde in poſſeſſiõe auri & ar
Argentuz. gẽti.Iob.3.Qui replent domos ſuas argẽto.p̃s.11.Argẽtũ
igne examinatũ.ponitur ẽt ꝓ nomine adiectiuo. ſ. pro ar-
gẽteo.vt Geñ.44.Cyphum meũ argẽteum.Exo.3. Vaſa
Argente⁹ argentea & aurea.Itẽ ponitur pro pecunia ſeu moneta :vt
Pecunia. Geñ.23.Pecunia digna tradat eã mihi.Exo.22.Si quis co-
mẽdauerit alicui pecuniã.Leuit.25. Pecuniã tuã nõ dabis
ei ad vſurã.Eccl's.10.pecunie obediũt oĩa.Inuenitur ẽt ĩ nu
mero plurali.Geñ.42.Et reponerẽt pecunias ſingulorum
כְּסַף in ſacculis.& in lingua chaldaica dicitur כְּסַף Ceſaph.ſiue
כַּסְפָּא כַּסְפָּא Caſpa.i.argentũ.Dañ.2.pectus & brachia de argen
Argentuz to.Et in eo.Et argentum & aurum.
כֶּסֶת כֶּסֶת Ceſath.puluillus.Ezech.13. Ve qui conſuunt puluil-
Puluilluſ los ſub omni cubitu manus.Et in eodem.Ecce ego ad
puluillos veſtros.
כְּעַן כְּעַן Cean.in lingua chaldaica ſigñat nunc ſiue mõ. Dañ.
Nunc. 2.Et nunc oſtende mihi que rogaui te.Item כְּעֶנֶת Ceé-
כְּעֶנֶת neth : aduerbiũ eſt ſalutandi quod in epiſtolis ponebatur a
pud chaldeos ſicut apud latinos dicitur ſalutẽ aut pacẽ dice
In pace. re.Eſdre.4.Et reliquis regionibus trans flumẽ in pace.Et
Salutem in eo.Serui tui qui ſunt trãs flumẽ ſalutẽ dicunt.& in eo.7.
dicunt. Eſdre ſacerdoti & ſcribe legis dei celi doctiſſimo ſalutẽ. Et
כְּעֶת aliqñ ſcribitur ſine nun & dicitur כְּעֶת Ceeth.vt in eo.4.ſa
ſalutẽ dicẽſ lutem dicens & pacem.
כָּעַס כָּעַס Caas.iraſci.indignari.irritare.prouocare. ſ. ad iram.
Iraſci. 2.Paralipo.16.Iratuſq; eſt Aſſa aduerſus videntem.
Ps.111.Peccator videbit & iraſcetur.Et inde verbum ſecun
de vel tertie cõiugatiõis.qđ ſigñat iratũ facere.ſiue irritare
Irritare. vel prouocare.ſ.ad irã.Deut.31.Vt irritetis eũ in opa manu
um veſtrarũ.& in eo.32.Et in abominatiõibus ad iracun-
Ad iracun diam cõcitare. diã cõcitauerũt.& in eo.Et irritauerũt in vanitatibus ſuis.
Et in eo.Et in gẽte ſtulta irritabo eos.1. Reg.1. Affligebat
Ꝓuocare. quoq; eã emula eius.pro quo he.le.Et ꝓuocabat ſiue irrita
bat eã emula eius.Et in eo.Et ſic ꝓuocabat eã.i.ad iracũdi-
am cõcitabat.3.Reg.16.Vt me irritares. Et in eo. prouocã-
tes dñm deũ iſrael in peccatis eorũ.4.Reg.16.Feceruntq;
verba peſſima irritãtes dñm.Et in eo.21.Et irritaret eũ. &
in eo.23.Ad irritãdũ dñm.Ezech.32.Et irritabo cor popu
Irridere. lorũ multorũ.ponitur ẽt pro irridere.vt Nee.4. quia irri-
כַּעַס ſerũt edificãtes.i.ad irã prouocauerũt. & inde כַּעַס Cáas.i.
ira.furor.indignatio.irritatio.meror.Deut.31.ſed propter
Ira. Iracundia irã inimicorũ diſtuli.Iob.5.vere ſtultũ interficit iracũdia
Indigna Et in eo.17.Caligauit ad indignationẽ oculus meus.p̃s.6.
tio. Turbatus eſt a furore oculus meus.prouer.17. Ira p̃ris fili
Furor. Meror. us ſtultus.ponitur ẽt ꝓ merore vel triſtitia.vt.1.Reg.1. Ex
multitudine doloris & meroris mei locuta ſũ vſq; in p̃ſes.
ſcribitur ẽt cũ ſin & pũcto ceboleth in fine.vt Iob.6. Vtinã
appẽderẽtur pctã mea qb⁹ irã merui.& ĩ eo.10.& multipli

cas irã tuã aduerſũ me.põitur ẽt ꝓ cura.Eccl's.5.& in curis Cura.
multis.& ĩ erũna atq; triſtitia.& ĩ plu.כְּעָסִים ceaſim.4.Re. כְּעָסִים
23.propter irritatiões quibus ꝓuocauerat eũ manaſſes. Irritatiõeſ
כַּף Caph.pugillus.palma.ideſt vola manus. vel planta pe- כַּף
dis.aut phiala.De quo vide in dictione ſequenti. Palma.
כָּפַף Caphaph.curuare.incuruare.p̃s.56.icuruauerũt aĩam כָּפַף
meã.p̃s.144.Et erigit oẽs eliſos.i.oẽs curuos vel in- Incuruař.
curuatos.Beatus hieronymus in pſalterio iuxta he.ve.trã-
ſtulit.& erigit oẽs iacẽtes. ſcribitur ẽt cũ ſimplici pe. Eſa. Iacere.
58.Nũquid cõtorquere vt circulũ caput ſuũ.i. incuruare q̃ Cõtorqueř
ſi circulũ caput ſuũ.Mich.6.Curuabo genu deo excelſo.ꝓ
quo he.le.Curuabor deo excelſo.põt ẽt ſubintelligi genu: Curuare.
ſicut eſt in lr̃a nr̃a.Et inde כִּפָּה Cipa.pro quo btũs hierony כִּפָּה
mus tranſtulit incuruantẽ.Eſa.9.Incuruãtẽ & deprauantẽ. Incuruãs
Hebrei tñ dicũt ꝙ ſigñat ramũ vel virgultũ. eo qđ rami in
curuantur verſus terrã.vnde in p̃dicto loco ipi legũt. ramũ
& iuncũ.& dicũt ꝙ per ramũ & iũcũ ſignificãtur fortes & i- Ramus.
becilles.Iob.15.& manus eius areſcet.pro quo he.le. Et ra- Manus.
mus eius nõ vireſcẽs.põt ẽt ſigñare manũ ſicut eſt in lr̃a no
ſtra.vt infra dicetur.Et in plu.כַּפּוֹת Capoth.pro quo beat⁹ כַּפּוֹת
hieronymus trãſtulit ſpatulas.Leuit.23.ſpatulaſq; palma- Spatule.
rũ & ramos ligni.& inde כַּף Caph.i.pugillus. palma. inte כַּף
rior pars manus ſeu pedis.eo qđ eſt recurua a parte interio
ri:aut phiala.Exo.9.Extẽdã palmas meas ad dñm.Leuit. Palma.
9.Addẽs in ſacrificiũ libamẽta que pariter offeruntur. pro
quo he.le.Et obtulit munus ſeu oblationem & impleuit pu
gillũ ex ea.Iudi.8. Forſitan palme manuũ zebee & ſalma Pugillus
na in manu tua ſunt.3.Reg.7.quãtum pugillus cape poteſt
farine.2.Paralipo.6.Palmis in celum leuatis. Prouerb.31.
Palmas ſuas extendit ad pauperem.Eccleſiaſtes.4. Meli-
or eſt pugillus cum requie quam plena vtraq; manu. Poni
tur etiam pro manu.vt Exo.33.Et protegam dextera mea
donec tranſeam.Pro quo hebrei legunt. Et protegam ſu-
per te manu mea ſeu palma mea donec tranſeam. Et in eo- Manus.
dem.Tollamq; manum meam.Leuit.8. Tradenſq; omnia
Aaron & filiis eius.pro quo hebrei legunt. Et poſuit om-
nia ſuper manus Aaron & ſuper manus filiorum eius. Et
in eodem.Rurſumq; ſuſcepta de manibus eorum.3.Reg.8
Et manus expanderat ad celum. Iob.16.Abſq; iniquitate
manus mee.Et in eo.29.Et digitum ſupponebant ori ſuo.
Pro quo hebrei legunt.Et manum ſeu palmam ſuppone
bant ori ſuo.Prouerb.10.Egeſtatem operata eſt manus re
miſſa.Eſa.28.Statim vt manu tenuerit deuorabit illud. &
in eodem.69.ecce in manibus meis deſcripſi te.& in plura
li כַּפַּיִם Capáim.ſiue כַּפּוֹת Capoth.vt in aliquibus locis p̃di כַּפַּיִם
ctis & ẽt in ſequentibus.ponitur etiã pro planta pedis ſeu Palme
pro veſtigio.Deut.28.A planta pedis vſq; ad verticem tu Planta.
um.& in eodem.Non valebat nec pedis veſtigium figere.
Eſa.1.A planta pedis vſq; ad verticem.Et in eo.60. Et ado Veſtigiũ.
rabunt veſtigia pedũ tuorũ.3.Reg.18.Ecce nubecula par-
ua quaſi veſtigiũ hominis.Et ab eius ſimilitudine ponitur
ẽt ꝓ nube ſcđm he.Iob.36.In manibus abſcõdit lucẽ.pro
quo he.le.nubib⁹ abſcõdit lucẽ.Threñ.3.leuem⁹ corda nr̃a
cum manibus.pro quo he.le.leuemus corda noſtra ad nu- Nubes
bes.ideſt ſurſum.Significat etiam os concauum in quo fe
mur voluitur.Pro quo tranſlatio noſtra neruum tranſtu- Os femoriſ Neruus.
lit.Geñ.32.Tetigit neruum femoris eius.Et in eodem. Eo
qđ tetigerit neruũ femoris eius.Itẽ ſigñat phialã ſiue vas
cõcauũ.pro q̊ btũs hiero. trãſtulit mortariolũ.Nu.7. mor mortariolũ
tariolũ aureũ appẽdẽs decẽ ſiclos.& in plu.כַּפּוֹת.capoth. E כַּפּוֹת
xo.25.parabis & acetabula ac phialas. Nu.7. Mortariola phiale
aurea duodecim.2.paralip.24.Phiale quoq; & cetera va- mortariola
ſa.ponitur etiam כַּפּוֹת Capoth pro peſulo oſtii.vt Canti.5. כַּפּוֹת

Digitized by Google

Peſulum oſtii mei aperui dilecto meo.
Peſulum. כפה כפה Capha .cōprimere.extinguere.Prouer.21. Mun⁹ ab
Extinguere ſconditum extinguit iram.
כפל כפל Caphal.duplicare.Exo.26.vt ſextū ſaxū in fronte te
Duplicare cti duplices.Ezech.21.Et duplicetur gladius ac tripli=
cetur.Et idē כפול Caphul.i.duplicatum ſiue duplex. Exo.
כפול 28.Quadrangulum erit & duplex. Et inde כֶפֶל Cephel. i.
Duplex. כפל duplicatio.Iob.41.Et in mediū oris eius quis intrabit. ꝑ
duplicatio quo he.le.In duplicatiōe freni ei⁹ quis ītrabit.& idē מכפלה
מכפלה Machpela.i.duplex ſiueduplicata.Gen.23.Vt det mihi ſpe
Duplex. luncam duplicē.Et in eo.Sepeliuit Abraā vxorē ſuā ī ſpe=
כפלים lunca duplici.& inde כפלים Ciphlaim.i.duplicia.Eſa.40
Suſcepit de manu dñi duplicia pro oībus pecatis ſuis.
Duplicia. כפן Caphā.colligere.recolligere.Ezech.17. Et ecce vinea
כפן iſta quaſi mittēs radices ad eā.pro ꝙ he.le. Et ecce vitis
Colligere. iſta collegit radices ſuas ad eā ſiue ſuper eā.i. recollegit ab
כפן aliis locis & miſit eas ad eam. Item כפן Chapham .i.fames
Fames. Sterilitas.Iob.5.In vaſtitate & fame ridebis.
כפס כפס Caphis.lignū qḋ eſt inter iūcturas edificiorū.Abach.
Lignum. 2.Et lignū quod inter iūcturas edificiorū ē rñdebit.
כפר כפר Caphar.placare.Expiare.propiciare.orare.rogare de
precari.auferre.delere.linire.bituminare.Gen.32.Di
Placare. Expiare. xit enim placabo illū muneribus.Exo.29.Per ſingulos di
es ad expiādū.Et in eo.Et ſit placabile ſacrificiū .pro quo
he.le.Quibus expiabitur ſiue placabitur.& in eo.Septem
propiciare diebus expiabis altare.& Leuit.14.Vt placet ꝑ eo dñm.&
in eo.23.Et propicietur vobis dñs deus veſter.Et in eo.30
Et placabit ſuper eo in generationibus veſtris. & in eo.Et
ꝓpicietur aīabus eorum.Nu.35. Nec aliter expiari poteſt.
Deut.21.Propicius eſto populo tuo iſrael.1.Reg.3.Idcirco
iuraui domui heli ꝙ non expietur iniquitas domus eius.
Prouer.16.Vir ſapiens placabit eam.Eſa.47.Quā nō po=
teris expiare.Itē ſignat orare aut rogare vel deprecari. vt
Deprecari Exo.30.Et deprecabitur Aaron ſup cornua eius.Et in eo.
32.Si quomodo quiuero eū deprecari pro peccato veſtro.
Rogare. Leuit.4.Rogabitq; pro eo & dimittetur ei. & in eo. 5.qui
rogabit pro eo offerens arietem. Et in eo . qui orabit ꝑ eo
Orare. quia neſciēs fecerit.Et in eo.12. Orabitq; pro ea ſacerdos.
Auferre. Item ſignat auferre vel delere.Deut.21.Et auferetur ab eis
Delere. reat⁹ ſanguinis.Eſa.28.Et delebitur fedus veſtrū cū mor
te.i.auferetur.Itē ſignat linire vel bituminare.Gen.6. &
Linire bitumine. bitumine linies intrinſecus & extrinſecus. Vbi pōitur ver
bum & nomen ab eo deriuatū.Et inde כפרת Caporeth .i.
Propiciatorium. ꝓpiciatoriū vel cooptoriū.Exo.25.facies & ꝓpiciatorium
כפר de auro puriſſimo.& idē כֹפֶר Copher.i.illud qḋ datur in ꝓ
Precium. piciatiōnē vel pciū.Exo.21.Quod ſi preciū fuerit ei impo
ſitū.Et in eo.30. Dabūt ſinguli preciū pro aīabus ſuis.Nu.
35.Non accipietis pciū ab eo qui reus eſt ſanguinis.Iob.33
Propiciatio. Inueni in quo ei propicier. Eſa.43.Dedi ꝓpiciationē tuā
Et inde כפרים Chipurim.i. propiciatiōes vel expiatiōes.
כפרים Exo.30.Suſceptamq; pecuniā que collata eſt a filiis iſrael.
Propiciationes. Pro quo he.le. Et ſuſcipies pecuniā ꝓpiciationū a filiis iſ
Expiationes rael.Leuit.23.Decimo die mēſis huius ſeptimi dies expia=
tionū erit.Et in eo.Quia dies propiciatiōis eſt:quod in he
כפר breo legitur in nu.plu.ſ.propiciationū.Item כפר Cephar.
Villa. i.villa.1.Reg.6.Ab vrbe murata vſq; ad villā. Et in plurali
כפרים כפרים Chepharim.Canti.7.Cōmoremur ī villis.Item כפר
Ville. Chephor.i.ſpecies aromatica.Beatus hieronymus tranſtu
כפר lit cyprum:quaſi ab hebreo deriuatum.Canti.1. Botrus cy
Cyprus. כפרים pri dilectus meus mihi.& in plu. כפרים Chepharim.vt ī eo
cypri. dem.4.Cypri cum nardo.Et aliqui hebrei dicunt ꝙ ſigni
כפר ficat camphoram.Item כפר Chephor.i.pruina.Exo.16.In
Pruina. ſimilitudinem pruine ſuper terram.ps.146. Nebulam ſi=

cut cinerem ſpargit.pro quo beatus hieronymus in pſalte
rio iuxta he.ve .tranſtulit.Pruinā ſicut cinerē ſpargit . Itē
כפר Chephor ideſt peluis ſiue crater.Eſdre.8.Et crateras au כפר
reas viginti.Item כפיר Chephir.i.catulus leonis.Ps.16. Et Crater.
ſicut catulus leonis habitans in abditis.Eſa .31. Quomodo כפיר
ſi rugiat leo & catulus leonis.Amos.3.Nunquid dabit ca= Catulus leonis.
tulus leōis vocem ſuam . Et in plu. כפירים Chephirim.Ps. כפירים
103.Catuli leonum rugientes vt rapiant. ponitur etiam ꝑ Catuli.
leone. ps.33 . Diuites eguerunt & eſurierunt.pro quo bea=
tus hieronymus in pſalterio iuxta he.ve. tranſtulit. Leones Leones.
indiguerunt & eſurierūt.Ps.34.A leonibus vnicā meam
Ps.90.Et cōculcabis leonē & draconē.Prouer.28.Et iuſtus Leo.
quaſi leo cōfidēs.Ezech.19. Et eduxit vnum de leunculis
ſuis:leo factus eſt.Et in eo.32.Leoni gentiū aſſimilatus es.
Et in eo.38.Negociatores tharſis & oēs leones eius. quod
hebrei exponunt: omnes fortes vel principes eius. dicti a
ſimilitudine leōis.Ponitur ēt כפירים Chephirim pro vitu כפירים
lis.Nee.6. Veni & percutiamus fedus pariter in vitulis. nā Vituli.
antiquitus quando inibant fedus vel pactū diuidebant vi
tulum aut vitulos ſeu aliud quodcunq; animal & tranſibāt
inter diuiſiones eius.vt infra dicetur in dictione כרת Ca=
rath.Hebrei tamen dicunt ꝙ in predicto loco כפירים Che
phirim eſt nomen proprium loci.
כפש Chapas.cibare.Threñ.3.Cibauit me ciere. Et ſolū in כפש
uenitur in pdicto loco.Hebrei tñ dicūt ꝙ ſignat inuo cibare.
luere.vnde in pdicto loco ipi legunt. Inuoluit me cinere. Inuoluere.
כפת Capheth.in lingua chaldaica ſignificat ligare.vel vin כפת
cire. Dañ.3.vt ligatis pedibus ſidrach miſach & abde Ligare. Vincire
nago.Et in eo. Et ſtatim viri iſti vincti cū brachis ſuis. &
in eodem.Ceciderunt in medio ignis ardentis colligati.
כפתר Caphthor.Pomum . ſpherula. cardo ſcilicet ianue. כפתר
aut limen.Exo.25.Et ſpherulas ac lilia ex ipſo ꝓ= Spherula
cedentia.Et in eodem.Spheruleq; ſimul & lilia . Et in eo=
dem.Et ſpherule igitur & calami ex ipſo erunt. Accipitur
etiam pro cardine : eo quod eſt rotundus.Amos.9. Percu= cardo.
te cardinem.Item ponitur pro limine.Soph.2.In limini= Limen.
bus eius morabuntur.
כר Car.agnus.aries.miles.ſtramentum. Eſa.16 . Emitte כר
agnum domine dominatorem terre.Et in eodem.30. Agnus
paſcetur in poſſeſſione tua in die illo agnus ſpacioſe . Et in
plurali . כרים Carim.Deut.32.Cum adipe agnorum . Ps. כרים
36.Inimici vero domini mox vt honorificati fuerint & e= Agni.
xaltati deficient.Pro quo hebrei legunt.Et inimici domi=
ni quaſi gloria arietum deficient.ideſt quaſi adeps vel pin
guedo arietum deficient: ſicut ipſi exponunt.ps.64 . In=
duti ſunt arietes ouium.Hiere.5.Deducā eos quaſi agnos
ad victimam. Ponitur etiam pro arietibus ferreis quibus Arietes.
deſtruebantur muri ciuitatis . Ezech . 4. Et dabis contra
eam caſtra & pones arietes in gyro. Et in eodem . 21. Vt po
nat arietes contra portas.Ponitur etiam pro militibus vel
pro legione militum.vt.4. Regum.11.Et aſſumens centu=
riones & milites.vbi pro militibus ponitur כרי cari . cum Milites.
iod in fine.& infra in eodem. Tulitq; centuriones & cere= כרי
ti & pheleti legiones.Pro quo hebrei legunt. Tulitq; cen=
turiones & milites & curſores. Item כר Car.ideſt ſtra= כר
mentū. Gen.31.Abſcondit idola ſubter ſtramenta cameli. ſtramentū.
ככר chicar.torta.maſſa.talētū.planicies.Exo.29. tortāq; ככר
panis vni⁹.1.Reg.2.& offerat nūmū argēteū & tortā Torta.
pāis.Hiere.37.& vt daretur ei torta cottidie pāis.ſignat ēt
talētū.vt Exo.25.habebit talētum auri puriſſimi.4. Reg. Talentum
5.Melius eſt vt accipias duo talenta.2.Paralip.36.Et con=
dēnabit terrā cētū talētis argēti & talēti auri. Zach.5. Et
ecce talētū plūbi portabatur.ſignat ēt regionem campeſ=

Digitized by Google

trem vel planiciem. Gen̄. 13. Vidit omnem regionem ior-
danis .i. omnem planiciem iordanis. Et in eo. Elegitq́ ſibi
Regio. loth regionem circa iordanem. Et in eo. 19. Nec ſtes in om
ni circa regione. 3. Reg. 7. In campeſtri regione iorda-
Cāpeſtris. nis fudit ea rex.

כַּרַר Carar .ſtramentū. ſeu reclinatoriū iumentorū. & ſcri
Stramētū. bitur cum ſimplici res. De quo vide ſupra in dictio-
ne כַּר Car.

כְּרוּב Cherub. Exo. 25. Cherub vnus ſit in latere vno & al
Cherub. ter in altero. ps. 17. Et aſcendit ſuper Cherubim & vo
lauit. Quod in hebreo legitur ſingulariter .ſ. Et aſcendit ſu
per cherub. Ezech. 10. Rota vna iuxta cherub vnum. Et in
כְּרֻבִים eodē. Facies vna facies cherub. & in plu. כְּרֻבִים Cherubim
Cherubim Gen̄. 3. Collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubim.
Exo. 25. Duos cherubim aureos & ꝓductiles facies. & ī eo.
Et erūt cherubim expandentes alas. & in eodem. 26. ope
re plumario & pulchra varietate cōtextū. pro quo hebrei
legunt. opere plumario ſiue polymitario facies eum cheru
bim .i. figuris cherubim. Et ī eo. 36. Coccoq́ bis tincto ope
re vario. Pro quo hebrei legunt. Coccoq́ bis tincto cheru-
bim. 2. Reg. 6. Super quam inuocatum eſt nomen domini
exercituum ſedentis in cherubim. 3. Reg. 6. Et fecit in ora-
culo duos cherubim de lignis oliuarum. & in eo. 7. Leōes
& boues & cherubim. 2. Paralipo. 3. Et celauit cherubim in
parietibus. Ezech. 10. & intellexi quia cherubim eſſent. Et
ſcd̄m aliquos hebreos eſt genus ad oēm formam vel figu-
ram. & dicunt ꝙ cherubim qui erant in propiciatorio e-
rant in figura humana: & qui ponūtur in Ezechiele erant
in figura quattuor aīalium que in eodem continentur. Po-
nitur etiam pro principe vel magno. Ezech. 28. Tu che-
rub extenſus & protegens.

כַּרְבֵּל כַּרְבֵּל Carbal. Inuoluere. induere. vt. 1. Paralipo. 15. Porro
Induere dauid erat indutꝰ ſtola byſſina. Item כַּרְבֵּל Carbal in
כַּרְבְּלָא lingua chaldaica ſignificat calciamentum. Dan̄. 3. Vincti
Calciamē- cum brachis ſuis & thiaris & calciamētis & veſtibus miſſi
tum. ſūt in fornacē ignis. he. vero dicūt ꝙ ſignificat quoddam
genus veſtimenti.

כָּרָה כָּרָה Cara. fodere. perfodere. ſcindere. incidere. emere. pa
Fodere. rare. ſeu preparare. Gen̄. 50. In ſepulchro meo quod
fodi mihi. Exo. 21. Si quis aperuerit ciſternam & foderit.
ps. 7. Lacum aperuit & effodit eum. ps. 39. Aures autem
perfeciſti mihi. Pro quo beatus hieronymus in pſalterio
iuxta hebraicam veritatem tranſtulit. Aures fodiſti mihi.
Ps. 93. Donec fodiatur peccatori fouea. Prouerb. 16. Vir in
ſipiens fodit malum. Et in eodem. 26. Qui fodit foueam
concidere. incidet in eam. Signat ēt cōcidere. Iob. 4. Concident eū
כֵּרֹת amici. & inde כֵּרֹת Ceroth. ideſt loca que exciduntur vel cir
cunfodiuntur pro ouibus vel pro paſtoribus ad quieſcen
Requies. dū. Soph. 2. & erit funiculus maris requies paſtorum. & in
מִכְרֶה de מִכְרֶה Michre. ideſt foſſio. excīſio. vt ſupra in eo. & aceruū
Excīſio. ſalis. pro quo hebrei legunt. & excīſio vel foſio ſalis. ideſt a
ceruus vnde ſal exciditur vel effoditur. ſignificat etiā pre-
dicta dictio parare. ſiue preparare. 4. Reg. 6. Appoſita eſt
eis ciborum magna preparatio. pro quo hebrei legunt. &
preparare fecit eis apparatū magnū. vbi ponitur verbum
Preparat & nomen ab eo deriuatum. Ponitur etiam pro ſubuertere.
Iob. 6. Et ſubuertere nitimini amicum veſtrum. Sed etiam
ſubuertere in predicto loco hebrei legunt. & preparatis contra amicū
veſtrum. ideſt paratis voſmetipſos contra amicum veſtrū.
Significat etiam emere ſiue conducere. Deut. 2. Aquā em-
ptam haurietis & bibetis. pro quo hebrei legunt. Et etiam
aquas emetis ab eis & bibetis. Oſee. 3. Et fodi eā mihi quin
Emere. decim argētēis. pro quo he. le. & emi ſiue cōduxi eā mihi

quindecim argenteis. poteſt etiā legi ſicut eſt in littera no-
ſtra. Vnde beatus hieronymus in ſuis explanationibus ſic
ait. fodit itaq́ eam ſibi. ideſt adulteram ſiue conduxit quin
decim argenteis. quando dicit fodi oſtendit vineam que a
domino plantata eſt: & in multis locis ſcripturarū ponitur
ſignificans populum iudeorum. Sin autem legerimus con
duxi. adultere precium non vt cum propheta dormiat ſed Cōducere.
vt contenta mercede ſua adulterare deſiſtat. Hec hierony-
mus. vnde illud quod habetur. Gen̄. 50. In ſepulchro meo
quod fodi mihi. Poteſt etiam legi. In ſepulchro meo quod
emi mihi. & inde מֶכֶר Mecher. i. emptio ſiue precium emp מֶכֶר
tionis. Nu. 20. Dabimus quod iuſtum eſt. pro quo hebrei
legunt. Dabo precium earum. Prouer. 31. procul & de vlti-
mis finibus precium eius. Precium.

כְּרַז Caraz in lingua chaldaica ſignificat preconizare ſiue כְּרַז
predicare. Dan̄. 5. Et predicatum eſt de eo ꝙ haberet Predicar
poteſtatem tertius in regno. & inde כָּרוֹזָא Caroza. i. preco. כָּרוֹזָא
vt in eodem. 3. & preco clamabat valenter. Preco.

כָּרַךְ Carach. inuoluere. induere. & idē תַּכְרִיךְ Thacrich. per כָּרַךְ
additionem tau in principio. ideſt pallium quo inuo- Inuoluer.
luitur. Eſter. 8. & amictus ſerico pallio atq́ purpureo. תַּכְרִיךְ

כַּרְכֹּב Carcob. arula. Exo. 27. Quos pones ſubter arulā al Pallium.
taris Et in eodem. 38. Et ſubter eam in altaris me- כַּרְכֹּב
dio arulam. & dicunt hebrei ꝙ ſignificat circuitum ſiue Arula.
ambitum. כַּרְכֹּם

כַּרְכֹּם Carcom. crocus. Canti. 4. Nardus & crocus. & ſolū Crocus.
inuenitur in predicto loco.

כִּרְכֵּר Charcar ſaltare. 2. Reg. 6. Dauid ſaltabat totis viribꝰ כִּרְכֵּר
ante dn̄m. inde כִּרְכָּרוֹת Chircaroth. pro quo beatus Saltare.
Hieronymus tranſtulit carrucas. Eſa. 66. & in mulis & in כִּרְכָּרוֹת
carrucis. Carruce.

כֶּרֶם Cherem. vinea. Gen̄. 9. Et plātauit vineam. Exo. 22. כֶּרֶם
Si leſerit quiſpiam agrum vel vineam. Iob. 24. Et vi
neam eius quem vi oppreſſerunt vindemiant. Canti. 1. Vi Vinea.
neam meam non cuſtodiui. Et in eo. 2. Nam vinea noſtra
floruit. Eſa. 1. Vt vmbraculum in vinea. Et in eo. 3. Vos enī
depaſti eſtis vineam meam. & in plurali כְּרָמִים Cheramim. כְּרָמִים
Nu. 22. Quibus vinee cingebantur. 1. Reg. 8. Et vineas & Vinee.
מָלַךְ Malach.regnare.conſulere.ſeu cogitare.Exo.15.Dominus regnauit in eternum & vltra. Iudi. 9. Impera nobis.pro quo hebrei legunt.Regna ſuper nos.& in eodē. veni & impera ſuper nos.2.Reg.5. Et quadraginta annis regnauit:in Ebron regnauit ſuper iudam ſeptem annis & ſex menſibus:in ieruſalem autem regnauit triginta tribus annis.3.Reg.11.& regnabis ſuper omnia que deſiderat anima tua.4.Reg.8.Et octo annis regnauit in ieruſalem.Et ī eodem.11.Porro athalia regnauit ſuper terram.Eſter.1.qui regnauit ab india vſqꝫ ad ethiopiam.Eſa.32. Ecce in iuſtitia regnabit rex.Hiere.22.Nunquid regnabis. Et in eodē. 33.Et regnabit rex. Dañ.9. Qui regnauit ſuper regnum chaldeorum.& inde verbum tertie coniugationis.i. regnare facere ſiue regem conſtituere.vt.1.Reg.8.Et conſtitue ſuper eos regem.& in eodem.11. Et fecerunt ibi regem ſaul coram domino.Et in eodem.12.Et conſtitui ſuper vos regem.Hiere.37. Quē conſtituit regem nabuchodonoſor. & īde מֶלֶךְ melech.i.rex.Geñ.26.Abiit iſaac ad abimelech regem paleſtinorum.Et in eodem.36. Antequam haberēt regē filii iſrael.Exo.1.Et ſurrexit rex nouus ſuper egyptū p̄s.20.Domine in virtute tua letabitur rex.& in līgua chaldaica dicitur מַלְכָּא Malca.Dañ.2.rex in ſempiternum viue.& in plurali מְלָכִים melachim.i.reges.Geñ.14. & reges qui erant cum eo.Et in eo.quattuor reges aduerſus quinqꝫ p̄s.2.Aſtiterunt reges terre.reperitur etiā מְלָכִין melachin cum nun in fine loco mem.Prouer.31.Et vias tuas ad delēdos reges.Et in chaldeo commūiter dicitur מַלְכִין malchin ſiue מַלְכַיָּא malchaia.Dañ.2.tranſfert regna atqꝫ cōſtituit. pro quo hebrei legunt.auferēs reges & conſtituens reges. Et in eo.Tu rex regū es.ſcribitur etiam cum aleph in ſecunda ſyllaba quod alias nūcios ſiue āgelos ſignificat.2.Reg. 11. eo t̄pe quo ſolent reges ad bella procedere. & in genere feminino מַלְכָּה malca.i.regia.Eſter.1.vaſthi quoqꝫ regina fecit conuiuium.reperitur etiam cum aleph in ſecunda ſyllaba & cū thau in fine: & dr̄ מְלֶאכֶת Melechet.Hiere.7. Vt faciant placentas regine celi. De quo vide ſupra in dictiōe לָאַךְ Laach.& ī plu.מְלָכוֹת melachoth.i.regie canti.6. ſexaginta ſunt regine.Et inde מְלוּכָה melucha. ideſt regnū vt.3.Reg.10.De ſermone autem regni non indicauit ei.& in eo.11.Et innouemus ibi regnum.ſcribitur etiam cū duplici mem in principio & dicitur מַמְלָכָה mamlacha. ſiue מַמְלֶכֶת mamlecheth.aut מַמְלְכוּת mamlechuth.i. regnum. vt Geñ.10.Fuit autem principiū regni eius Babylō.Exo. 19.& vos eritis michi in regnum ſacerdotale. Nu. 32. Regnū ſeon regis amorreorum.Deut.3.ciuitates regni og in Baſan.Threñ.2.Polluit regnum & pricipes eius.Scribitur etiam cum ſimplici mem & dicitur מַלְכוּת malchuth. ideſt regnū.vt Eſdre.4.& vſqꝫ ad regnum darii regis perſarum Et in eodem.In regno autem aſueri ipſe eſt artaxerxes. p̄s.102.Et regnū ipſius oībus dñabitur.Et in lingua chaldaica dicitur מַלְכוּ Malchu.ſiue מַלְכוּתָא malchutha.Dañ.2. Regnum & fortitudo & imperium & gloriam dedit tibi. & in eodem.& poſt te conſurget regnum aliud.& in plurali.

מַמְלְכוֹת mamlachoth.i.regna.3.Reg.10.Non eſt factum tale opus in vniuerſis regnis.p̄s.67.regna terre cantate domino.& in lingua chaldaica dicitur מַלְכְוָתָא malcheuatha. Dañ.2.Comminuet autem & cōſumet vniuerſa regna hec Item מָלַךְ Malach.conſulere ſeu cogitare.Nee.5. Cogitauitqꝫ cor meum.& inde מְלַךְ malach.quod in lingua chaldaica ſignificat conſilium.Dañ.4.Conſilium meum placeat tibi.Item מֹלֶךְ molech.nomen idoli.Leuit.20. ſi quis dederit de ſemine ſuo idolo moloch.Amos.5.Et portaſtis tabernaculū moloch deo veſtro.Et beatus hieronymus in explanationibus ſuper predicto loco dicit ꝙ ponitur pro lucifero.

מַמְלְכוֹת Regna. מַלְכְוָתָא Regna. מָלַךְ Cogitare. מְלַךְ Cōſilium. מֹלֶךְ Idolū moloch.

מָלַץ Malas.dulcorare.ſeu dulcem eſſe.p̄s.118.Quā dulcia faucibus meis eloquia tua.Et ſecundum aliquos inde poteſt deriuari מֵלִיץ melis:quod ſignificat interpretem ſeu eloquentem.de quo vide ſupra in dictione לִיץ Los.

מָלַץ Dulcē eſſe. מֵלִיץ Interpres.

מָלַק Malac.ſcindere.ſecare.rumpere.Leuit.1. Et retorto ad collum capite ac rupto vulneris loco.Et dicunt hebrei ꝙ ſignificat ſecare vel ſcindere cum vnguine. vnde in predicto loco ipſi legunt.& vnguine ſecabit caput eius. Et in eo.5.Retorquebit caput eius ad pēnulas ita vt collo adhereat & non penitus abrumpatur.pro quo he.le. Et ſcindet ſeu ſecabit caput eius verſus collum & non diuidat. Et eſt idem ſenſus cum littera noſtra.

מָלַק Rumpere. Secare. Retorquē

מִן Min.de. ex.e.a.vel ab.magis.plus.ſuper. ne.non. Geñ. 2.Sed fons aſcendebat de terra.Et in eodem. Formauit igitur dominus deus hominem de limo terre. Et in eodē. 3.Niſi ꝙ ex ligno de quo preceperam tibi vt ñon comederes comediſti.Et in eodem.29.Nam ex illo adaquabantur pecora.Ioſ.3.A fluuio turbido qui irrigat egyptum. Iudi. 13.Erit enim puer nazareus dei ab infantia ſua.Ezech.39 A die illa & deinceps.Et aliquando ſcribitur cum lameth in principio.vt Exo.9.A die qua fundata eſt.Iob.36.Repetam ſcientiam meam a principio.Hiere.7.A ſeculo vſqꝫ in ſeculum.ſcribitur etiam cum iod in fine & dicitur מִנִּי mini ſiue לְמִנִּי Lemini.Iudi.5.Ex ephraim delebit eos.Et in eodem.De machir principes deſcenderunt. Iob. 20. Hoc ſcio a pricipio ex quo poſitus eſt homo ſuper terram.Eſa. 46.Qui portamini a meo vtero:qui geſtamini a mea vulua.pro quo hebrei legunt. Qui portamini ab vtero: qui geſtamini a vulua.poteſt etiam legi ſicut eſt ī littera noſtra vt infra dicetur.Mich.7.Et vſqꝫ ad te veniet aſur & vſqꝫ ad ciuitates munitas.pro quo hebrei legunt.Et vſqꝫ ad te veniet ab aſur & ciuitates munitas:& a ciuitatibus munitis.& in compoſitione cū aliis dictionibus ſcribitur ſine nun cū ſola mem littera.vt Geñ.2.Quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo.& ī eodem.Ex omni ligno paradiſi comede: de ligno autem ſcientie boni & mali ne comedas. Et in eo. Hoc nunc os ex oſſibus meis & caro de carne mea.Et in eodem.quoniam de viro ſumpta eſt.& in eodem.5. Iſte conſolabitur nos ab operibus noſtris.Exo.9.Ab homine vſqꝫ ad iumentum.Et in eodem. Necdum timeatis dominum deum.pro quo hebrei legunt.Necdum timeatis a facie domini dei.Leuit.19.Coram cano capite conſurges.pro quo hebrei legunt. A facie cani conſurges.Deut.17. De numero fratrum tuorum.Et in eo.33.Dominus de ſion veniet. p̄s.8.Ex ore infantium & lactentium.p̄s.16. Ab inimicis manus tue domine a paucis de terra.p̄s.112.Ex hoc nunc & vſqꝫ in ſeculum.Prouer.8. Antequam quicq̄ faceret a principio.& in eodem.Ab eterno ordinata ſum & ex antiquis.Ezech.44. que fuerit vidua a ſacerdote accipiant. Et aliquando ſignificat plus vel magis: aut magiſquā:aut eſt nota comparationis & tunc iungitur cum nomine cui

מִן De. Ex. A. Ab. מִנִּי לְמִנִּי Ex. De. A.

Digitized by Google

Magiſquã fit comparatio.Geñ.20.Te ergo ipſum magiſquam hos af
fligemus.Iudi.5.Benedicta inter mulieres hiael.ideſt ma-
giſquam alias mulieres.Et in eodem.& benedicatur in ta-
bernaculo ſuo.pro quo hebrei legunt.pluſquam mulieres
Pluſquã. in tabernaculo benedicatur. Ruth.1.quia veſtra anguſtia
magis me premit.Pro quo hebrei legunt.quia amaritudo
eſt mihi magiſ quam vobis.Poteſtetiam legi ſic.quia ama
ritudo eſt mihi ex vobis.ideſt ex veſtra anguſtia. & tunc e
Super. rit idem ſenſus cum littera noſtra.p̄s.30.Super omnes ini-
Pre. micos meos factus ſum opprobrium.p̄s.44.Pre conſorti
bus tuis.ideſt magiſ quam conſortes tuos.p̄s.118.Sup om
Compara nes docentes me intellexi.& in eodem.Super ſenes intelle
tiuum. xi.Prouer.8.Melior eſt fructus meus auro & lapide precio
ſo:& genimina mea argento electo.Eccl's.7.Melius eſt no
Quam. men bonum quam vnguenta precioſa.Et in eo.9. Melius
eſt canis viuus leone mortuo.Ponitur etiam aliquando p
ne vel non.vt Geñ.31.Caue ne quicquam aſpere loquaris
Ne. cum iacob.pro quo hebrei legunt.Caue de loquendo cum
iacob.1.Reg.15.Abiecit te dominus ne ſis rex. Et in eodē.
25.Ita vt nemo poſſit ei loqui.3.Reg.15.Ne eſſet priceps
in ſacris priapi.Ps.82.Diſperdamus eos de gente.ideſt ne
ſit gens.Eſa.5.Ne pluant ſuper eam imbrem.Ezech.16.&
deſines fornicari.pro quo hebrei legunt.Et deſinere te fa-
ciam a meretrice.ideſt ne ſis meretrix.Deut.33. Et qui ode
מִן runt eum non conſurgunt:vbi ponitur מִן min pro non.&
Non ſic eſt etiam in tranſlatione chaldaica. põitur etiam aliquã
do pro in.vt Eſa.55.Non erit ibi amplius infans dierum.
Pro quo hebrei legunt.Non erit inibi amplius infans die-
In. rum.& ſimiliter.Deut.33.Dominus de ſina venit.Pro quo
ipſi legunt.Dominus in ſina venit.p̄s.67.A templo tuo
in ieruſalem tibi offerent reges munera.pro quo hebrei le
gunt.In templum tuum in ieruſalem.ideſt quod eſt in ie
ruſalem.Eſt etiam aliquando quaſi ſyllabica adiectio. Et
Syllabica adiectio. ideo omittitur in noſtra tranſlatione.Geñ.49. Aſer pin-
guis eſt panis eius.Vbi preponitur huic dictioni aſer. ſcili
cet de Aſer pinguis eſt panis eius.& in eodem.Deus patris
tui erit adiutor tuus.vbi pro eo quod in littera noſtra eſt de
us in hebreo habetur מֵאֵל Meel.quod ſignificat de deo.Le
uit.23.Altero die ſabbati.vbi preponitur huic dictioni al-
tero:ac ſi diceret.De altero die ſabbati.4.Reg.18.Et nõ pe
nitus iumenta intereant.vbi preponitur huic dictioni iu-
menta.Hiere.10.Non eſt ſimilis tui domine.pro quo in he
breo legitur.De non eſt ſimilis tui domine.Hiere.17.Et
ego non ſum turbatus te paſtorem ſequens.vbi preponitur
huic dictioni paſtorem.Pro quo hebrei legunt. Et ego nõ
ſum turbatus de paſtore poſt te ſiue de paſcendo poſt te.
Aggei.2.Antequam poneretur lapis in templo domini.
Pro quo in hebreo legitur.De antequam poneretur lapis
in templo domini.& quando componitur predicta dictio
cum pronominibus tunc duplicatur littera mem hoc mo-
do.מִמֶּנִּי Miméni.ideſt a me.ſiue de me aut ex me.Ps.2.po
מִמֶּנִּי ſtula a me.Reperitur etiam aliquando cum ſimplici mem
a me. & dicitur מִנִּי mini.ſeu מֶנִּי Méni.ideſt a me.Iob.16. Si ta-
מִנִּי cuero non recedet a me.Et in eodem.21.Conſilium impio
מֶנִּי rum longe ſit a me.p̄s.64.verba iniquorum preualuerũt
ſuper nos.pro quo hebrei legunt.verba iniquorum preua
luerunt a me.ideſt pluſquam me vel ſuper me.Eſa.22.Re-
cedite a me amare flebo.& in eodem.30.vt faceretis conſi-
Ex me. lium & non ex me.Et in eodem.38.Et conuoluta eſt a me.
מִמְּךָ Mimecha.ideſt a te.Exo.8.vt abigantur rane a te מִמֶּנּוּ
miménu.i.ab eo.ſiue de eo aut a nobis.vt Geñ.2.In qua-
cunq; enim die comederis ex eo.Et in eodem.23.nulluſq;
te phibere poterit.p quo he.le.nullus ex nobis ſepulchrũ
ſuum prohibebit a te.Reperitur etiã מֶנְהוּ ménhu.ſiue מִנְהוּ
minéhu.Iob.4.Suſcepit auris mea venas ſuſurri eius.pro
quo hebrei legunt.Et ſuſcepit auris mea parum ex eo.Ps.
67.Ex inimicis ab ipſo.Et in genere feminino ſcribitur
cum he i fine:& dicitur מִמֶּנָּה miména.ideſt ab ea ſiue de ea
aut ex illa.vt Geñ.30.& habeam ex illa filios. reperitur ẽt
מִמֶּנּוּ miménu in genere feminino.Iudi.11.Non enim ha-
bebat alios liberos.pro quo in hebreo legitur. non erat ei
ex ea filius aut filia.ideſt preter eã.מִכֶּם michem:ſiue מִכֶּם
Mimechem.ideſt a vobis ſiue de vobis.מֵהֶם mehem.ideſt
ab eis ſiue de eis.Et aliquando ſcribitur cum littera nun &
dicitur מִנְהֶם minhem. Iob.11. Et effugium peribit ab eis.
Item מִן min.ſignificat quoddam genus inſtrumẽti muſici מִן
& reperitur in numero plurali.ſcilicet מִנִּים minim. p quo מִנִּים
beatus hieronymus trãſtulit chordas.Ps.150. Laudate eũ
in chordis & organo. Itẽ מַן man.in lingua chaldaica ſigni Chorda. מַן
ficat quis ſiue quicunq;.Dañ.3.Si quis autem non proſtra Quis.
tus adorauerit.Et in eodem.quis eſt deus qui eripiet vos
de manu mea.Item מָן man.ideſt mana cibus quo aliti ſũt man.
hebrei in deſerto.De quo vide in dictione ſequenti.

מָנָה Mana.numerare.conſtituere.decernere.parare.ſeu p̄ מָנָה
parare.Geñ.15.Sic erit ſemẽ tuum.pro quo hebrei le
gunt.Sic ſemen tuum numerabitur.2.Reg.24. vade nu- Numerare
mera iſrael & iudã.3.Reg.20.Inſtaura numerum militum
qui ceciderunt.Iob.7.Et noctes laborioſas enumeraui mi
hi.p̄s.89.Dinumerare dexteram tuam ſic notum fac. Pro
quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta he.ve.tranſtulit
vt numerentur dies noſtri ſic oſtende.Eſa.65. Numerabo
vos in gladio.& inde מְנִי meni.ideſt numerus. vt ſupra in
eodem.Et libatis ſuper ea.pro quo in hebreo habetur.Et Meni.
impletis meni libamine.& dicunt aliqui hebrei q meni in Cõſtellatio
predicto loco ſignificat certam cõſtellationem ſeu certũ nu
merum ſtellarum quibus ſacrificabant.Alii vero dicunt q
ſignificat ſeptem planetas:vnde.lxx. interpretes vt refert
beatus hieronymus ſuper predicto loco ſic tranſtulerunt.
Et impletis demoni poculum.Alii vero dicũt q ſignificat Demon.
numerum.vnde ſequitur in textu numerabo vos gladio:
vbi alludit ſcriptura ad p̄dictã dictionẽ meni:more ſuo.Et
inde מָנֶה mana:quod ſignificat genus ponderis quod cõti מָנֶה
net certum numerum vnciarum.pro quo tranſlatio noſtra
ipſum nomen hebraicũ poſuit.Ezech.45.viginti ſicli &
viginti quinq; ſicli & quindecim ſicli mnam faciunt. & in mna.
plurali מָנִים manim.Eſdre.2.Argenti mnas quinq; millia מָנִים
Nee.7.Et argenti minas duo millia.& inde מֹנִים monim. mne
Pro quo btũs hiero.trãſtulit vices.Geñ.31.mutauit merce מֹנִים
dẽ meã decẽ vicibus.Item מָנָה mana.ideſt conſtituere ſiue Vices. מָנָה
preparare.1.Paralip.9.Et qui credita habebant vtenſilia
ſanctuarii.pro quo hebrei legunt.qui erant conſtituti ſup Cõſtituere
vaſa ſanctuari.Dañ.1.Et conſtituit eis annonam. & in eodẽ
qui conſtituit vobis cibum & potum. Et in eodem. Et di-
xit daniel ad malaſar quem conſtituit princeps eunuchorũ
Scribitur etiam ſine he.Ione.2.Et preparauit dominus pi Preparare
ſcem grandem.& in eodem.4.Et preparauit dominus de
us hederam.& in eodem.Et parauit deus vermem. & inde מָנָה
מָנָה mama.ideſt munus.pars.portio conſtituta ſeu debita.
Leuit.8.In partem ſuam ſicut preceperat dominus.p̄s.15. Pars.
Dominus pars hereditatis mee.Ps.62.pars vulpium erũt
Et in plurali מָנוֹת manoth.Eſter.2.Et traderet ei partes ſu- מָנוֹת
as.& in eodem.9.Et mittant ſibi mutuo partes epularum Partes.
& ciborum.& aliquando ſcribitur cum iod i fine & dicitur
מְנָיוֹת menaioth. ideſt partes ſeu munera. Nee.12. Dabãt מְנָיוֹת
partes cantoribus & ianitoribus. Scribitur etiam cum a- Partes
leph & dicitur מְנָאוֹת menaoth.vt ſupra in eodem.In deco מְנָאוֹת

Digitized by Google

munera מן

re gratiarum actione ſacerdotes & leuitas, pro quo hebrei legunt. Munera ſeu partes pro gratiarum actione ſacerdotibus & leuitis. & inde מן man. id eſt cibus quo hebrei in deſerto aliti ſunt: quaſi munere eis dato deſuper. Exo. 16. Appellauitq́ domus iſrael nomen eius man. Nee. 9. Et mana tuum non prohibuiſti ab ore eorum. Et ſecundum tranſlationem noſtram מן man interrogatis particula eſt: & ſignificat quid ſiue quis. Exo. 16. Dixerunt ad inuicem מן הוא man hu. quod ſignificat quid eſt hoc. tamen in hebreo nõ habetur quod ſignificat quid eſt hoc: ſed ē expoſitio tranſlatoris: quia ſequitur in textu. Ignorabant enim quid eſſet. Ps. 60. miſericordiam & veritatem eius quis requiret. vbi pro eo quod in littera noſtra eſt quis in hebreo habetur מן man. Hebrei tamen dicunt ꝙ in predicto loco ſignificat preparationem. Sed in lingua chaldaica communiter eſt dictio interrogatiua. vt dictum eſt in dictione precedenti.

man. mana. מן Quid. Quis.

מנחה munus. Oblatio Sacrificiũ

מנחה mincha. munus. oblatio. ſacrificium. Geñ. 43. Et deferte viro munera. Quod in hebreo legitur ſingulariter. ſcilicet munus. & in eo. Tulerunt ergo viri munera. & in eodem. Illi vero parabant munera. Iudi. 3. miſeruntq́ filii iſrael per illum munera. Ponitur etiam pro ſacrificio vel oblatione. Leuit. 2. Anima cum obtulerit oblationem ſacrificii dño. & in eo. Omnis oblatio que offertur domino abſq́ fermento fiet. & in eodem. 7. Et omne ſacrificium ſimile quod coquitur in clibano. Nu. 16. Ne reſpicias ſacrificia eorum. 3. Reg. 18. Cumq́ iam tempus eſſet vt offerret holocauſtum. id eſt ſacrificium veſpertinum. Eſdre. 9. Et ego ſedebam triſtis vſq́ ad ſacrificium veſpertinũ. ps. 140 Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum.

מניכא Torques.

מניכא menicha. in lingua chaldaica ſignificat torquē. Dañ. 5. Et torquem auream habebit in collo.

מנע Priuare. Prohibere

מנע manaa. priuare. vetare. prohibere. deſinere. abſcondere. celare. Geñ. 30. Qui priuauit te fructu ventris tui. Nu. 22. Ne cuncteris venire ad me. Pro quo hebrei legunt. Ne prohibearis ſiue ne deſinas venire ad me. Et in eo. Deus priuauit te honore. 1. Reg. 25. Qui prohibuit te ne venires in ſanguinem. 2. Reg. 13. Et non negabit me tibi. id eſt non prohibebit vel non vetabit me tibi. Iob. 38. Auferetur ab impiis lux ſua. Pro quo hebrei legunt. Et priuabitur ſeu prohibebitur ab impiis lux eorum. ps. 20. & voluntate labiorum eius non fraudaſti eum. id eſt non priuaſti vel prohibuiſti. ps. 83. Non priuabit bonis eos qui ãbulant in innocentia. Prouer. 1. Prohibe pedem tuum a ſemitis eorum. & in eodem. 3. Noli prohibere benefacere. Hiere. 2. Prohibe pedem tuum a nuditate. Et in eodem. 5. Et peccata veſtra prohibuerunt bonum a vobis. Ezech. 31. Et prohibui flumina eorum. Ioel. 1. Quoniam interiit de domo dei veſtri ſacrificium & libatio. Pro quo hebrei legunt. Quoniam ꝓhibitum eſt de domo dei veſtri ſacrificium. ponitur etiam pro celare vel abſcondere. Iob. 20. & celabit in gutture ſuo. Prouer. 11. Qui abſcondit frumentum maledicetur in populis. Hiere. 42. Nec celabo vos quicquam.

Auferre. abſcondere Celare.

מנר Liciatoriũ מנרה

מנור Manor. Liciatorium. id eſt lignum quo tela circũuoluitur. 1. Reg. 17. Haſtile autem eius erat quaſi liciatorium texentium. Item מנרה Menora. id eſt candelabrum. De quo vide infra in dictione נור Nur.

מס Tributum

מס Mas. Tributum. vectigal. De quo vide in dictione ſequenti.

מסס Liqueface. Diſſolui pauore. ꝑtimeſcere.

מסס Maſas. Diſſoluere. liquefacere. tabefacere. terrere. Perterrere. ꝑtimeſcere. ſeu terrore vel pauore diſſolui. Exo. 16. Cumq́ incaluiſſet ſol: liquefiebat. Ioſ. 2. Et elanguit cor noſtrum. Pro quo hebrei legunt. Et diſſolutum eſt cor noſtrum. ſcilicet pauore. Et in eodem. 7. Pertimuitq́ cor populi. id eſt pauore diſſolutum eſt. vel liquefactum eſt. vnde ſequitur & ad inſtar aque liquefactum ē. vbi vtrũq́ ſignificatum ponitur in tranſlatione noſtra pro vno verbo hebraico. Nam in hebreo ſic legitur. Et diſſolutum ſeu liquefactum eſt cor populi & fuit ſicut aqua. Iudi. 15. Ita vincula quibus ligatus erat diſſipata ſunt & ſoluta. id eſt diſſoluta. 2. Reg. 17. Et fortiſſimus quiſq́ cuius cor eſt quaſi leonis pauore ſoluetur. Iob. 6. Qui tollit ab amico ſuo miſericordiam. Pro quo hebrei legunt. Qui diſſoluit ab amico ſuo miſericordiam. ps. 57. Ad nihilum deuenient tanquã aqua decurrens. pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit. Diſſoluantur ſicut aque que defluunt. Et in eodem. Sicut cera que fluit auferentur. id eſt que diſſoluitur vel liquefit. Hebrei tamen in predicto loco legunt. Sicut teſtudo que liquefit vel diſſoluitur Vnde beatus hieronym⁹ in pſalterio iuxta hebraicã veritatē tranſtulit. Sicut vermis tabefactus pertranſeant. Eſa. 64 Sicut exuſtio ignis tabeſcerent. Michee. 1. Et conſumentur montes ſub eo. Pro quo hebrei legunt. Et diſſoluentur vel tabeſcent montes ſub eo. vide etiam de hoc in dictione ſequenti. Ponitur etiam pro terrere vel pertimeſcere. Deut. 1. Nuncii terruerunt cor noſtrum. Eſa. 10. Et erit terrore ꝓfugus. Hebrei tamen in predicto loco legunt. Et erit quaſi diſſoluens ſigniferum: Nam quando ſignifer diſſoluitur tunc totus exercitus diſſoluitur & diſſipatur. Poteſt etiam legi ſicut eſt in littera noſtra. De quo vide infra in dictione נסס Naſas. & inde מס Mas. id eſt tributum. cenſus. vectigal. inditio. Geñ. 49. Et erit tributis ſeruiens. Exo. 1. Prepoſuit itaq́ eis magiſtros operum. Pro quo hebrei legunt. Et prepoſuerunt eis principes cenſuum ſeu tributorum. 3. Reg. 5. Et erat inditio triginta millia virorum. Et in eodem. Et adoniram erat ſuper huiuſcemodi inditionem. Eſa. 31. Et iuuenes eius vectigales erunt. Threñ. 1. Princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo. & inde מסה Miſſa. id eſt oblatio. Que fit deo propter debitum munus perſonale. & ſcribitur cum thau in fine loco he ratione genitiui ſequentis. Deut. 16. Oblationem ſpontaneam manus tue quam offeres iuxta benedictionem. Quod nomen vt quidam dicunt: nos chriſtiani in ſacrificio noſtro impoſitum retinuimus vt a nobis appelletur miſſa: cum hoc nomen nec grecum nec latinum eſſe videatur: ſed potius ab hebreis mutuatum.

Diſſipare. Solui. Pauore. ſolui. Diſſoluere Liquefieri Tabeſcere Terrere. מס Tributum Cenſus Inditio. Vectigal. מסה Oblatio.

מסה Diſſoluere. Liquefacere. Tabeſcere

מסה Maſa. diſſoluere. Liquefacere. tabefacere. ſicut dictio precedens. Ioſ. 14. Diſſoluerunt cor populi. Ps. 6. lachrymis meis ſtratum meum rigabo. ꝓ quo hebrei legũt Lachrymis meis ſtratum meum liquefaciam ſeu diſſoluã vel tabefaciam. Ps. 36. Et tabeſcere feciſti ſicut aranea animam eius.

מסך miſcere. מסך mixtum. ממסך Libare מסך tentorium

מסך maſach. miſcere. libare. Ps. 101. Et poculum meum cum fletu miſcebam. Prouer. 9. miſcuit vinum ſuum. Et in eodem. Bibite vinum quod miſcui. Eſa. 5. Et viros fortes ad miſcendam ebrietatem. Et in eodem. 19. Dominus miſcuit in medio eius ſpiritum vertiginis. Et inde מסך meſech. id eſt mixtum ſeu libamen. ps. 74. Plenus mixto. Scribitur etiam cum duplici mem & dicitur ממסך mimſach. prouer. 23. Et ſtudent calicibus epotandis. Pro quo hebrei legunt. Venientibus ad requirendam mixtionem. id eſt vinum mixtum. Sed beatus hieronymus tranſtulit ſenſum. Eſa. 65. Qui ordinatis fortune menſam & libatis ſuper eam. Pro quo hebrei legunt. Et impletis numerum mixtione ſiue libamine. Vide etiam de hoc infra in dictione נסך Naſach. Item מסך maſach. id eſt coopertimentum ſeu tentorium. Exodi. 26. Facies & tentorium

Digitized by Google

in introitu tabernaculi. Eſa. zz. & reuelabitur operimentum iude. Ezech. z8. Omnis lapis precioſus opimētū tuū.

מָסַר Tradere.

מָסַר Maſar. tradere. delegare. Nu. 31. Dederūtqꝫ millenos de ſingulis tribubus. pro quo hebrei legunt. & traditi ſunt ſeu delegati ſunt de millibus iſrael mille per ſingulos tribus. Et in eo. Et preuaricari vos fecerunt in dominum. pro quo hebrei legunt. vt traderent preuaricationē in dominum. & in lingua chaldaica communiter ſignificat tradere.

מָעַד Deficere. Labi Infirmari Vacillare

מָעַד maad. labi. vacillare. nutare. deficere. infirmari. 2. Regū. 22. Et non deficient tali mei. pro quo hebrei legunt. & non labantur tali mei. Ps. 17. Et non ſunt infirmata veſtigia mea. pro quo beatus Hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. tranſtulit & non deficient tali mei. p̄s. 25. Et in domino ſperans non infirmabor. pro quo beatus hieronymus tranſtulit. & in domino ſperans non deficiam. Ps. 36. non ſupplantabuntur greſſus eius. pro quo beatus hieronymus tranſtulit. non deficient greſſus eius. i. nō vacillabunt ſeu non labentur. p̄s. 68. Et dorſum eorum ſemper incurua. Pro quo hebrei legunt. & lumbos eorum ſemper fac nutare ſeu vacillare. Prouer. 25. & pes lapſus. & inde

מוֹעֲדֵי Lubricationes.

מוֹעֲדֵי Moade. i. lubricationes ſeu lapſus. Iob. 12. Parata ad tempus ſtatutum. pro quo hebrei legunt. parata ad lubricationes ſeu lapſus pedis. poteſt etiam legi ſicut eſt in littera noſtra. De quo vide ſupra in dictione יָעַד Iaad.

מֵעָה מֵעִים מְעֵי Venter. Vterus. Viſcera.

מֵעָה Meaa. viſcera. inteſtina. venter. vterus. Et ſolum inuenitur in numero plurali. ſcilicet מֵעִים meáim. ſiue מְעֵי Mee. Nu. 5. Ingrediantur aque maledicte iſte in vētrē tuum. p̄s. 39. Et legem tuam in medio cordis mei. pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatē tranſtulit. In medio ventris mei. Ps. 70. De ventre matris mee tu es protector meus. Canti. 5. Venter eius eburneus. Eſa. 16. Venter meus ad moab quaſi cithara ſonabit. & in eo. 38. & ſtirps vteri tui vt lapilli eius. pro quo hebrei legūt Et ſtirps vteri tui ſicut vteri eius. ideſt ſicut ſtirps vteri ei9. Vbi bis ponitur eadem dictio. & dicunt hebrei ꝙ per ſtirpē vteri eius. ſcilicet maris: ſignificantur piſces. ſed in tranſlatiōe chaldaica eſt ſicut in littera nr̄a. & in eo. 36. Multitudo viſcerū tuorū & miſerationū tuarū ſuper me continuerūt ſe. Hiere. 4. ventrē meū doleo. & in eo. 31. Idcirco cōturbata ſunt viſcera mea ſuper eū. Threñ. 1. Venter meus cōturbatus eſt. Ione. 2. Et orauit ionas ad dominum deum ſuū de ventre piſcis.

מָעַט Minor eſſe. Minus parare. Minuere. Ad paucitatem redigere. Minorare Minuere.

מָעַט Maat. minuere. diminuere. minorare. ſeu minus facere. paruum ſeu minorem eſſe. decreſcere. Geñ. 32. minor ſum cūctis miſerationibus tuis. Exo. 16. nec qui minuſ parauerat reperit minus. & in eo. 30. pauper nil minuet. Leuit. 25. quanto minus temporis numeraueris: tanto minoris et emptio conſtabit. pro quo hebrei legunt. ſecundū paucitatē annorū minues emptionē eius. & in eo. z6. & ad paucitatem cuncta redigent. ideſt cuncta minuent. p̄s. 106. Et iumenta eorum non minorabit. Prouer. 13. ſubſtantia feſtinata diminuetur. Eccl̄s. 12. Et ocioſe erunt molētes in minuto numero. pro quo hebrei legunt. & ocioſe erūt molentes: quia imminute ſunt. Hiere. 10. Ne forte ad nihilū redigas me. pro quo hebrei legunt. ne forte minuas me. & in eodē. 30. Et multiplicabo eos & non minuentur. Ezech. 29. & imminuam eos ne imperent gentibus. & inde מְעַט

מְעַט Pauxillū. Parum. Paucitas modica

Meaat. ideſt minus. parum. pauxillum. modicū. paucū. ſiue paucitas. Geñ. 18. Sed afferam pauxillum aque. Et in eodem. 24. Pauxillum aque mihi ad bibendum prebe. Nu. 16. Nunquid parum vobis eſt ꝙ ſeparauerit vos deus iſrael. Iob. 10. Nunquid nō paucitas dierum meorum finietur breui. Ezech. 11. Et ero eis in ſanctificationem modicam. Et in plurali. מְעָטִים meatim. Ps. 108. fiant dies eius pauci. Eccl̄s. 4. Idcirco ſint ſermones tui pauci. & quando preponitur ei littera caph. tunc ſignificat parum ſiue pene. Geñ. 25. potuit coire quiſpiam de populo cum vxore tua. Pro quo hebrei legunt. Quaſi parum. ideſt pene coiſſet vnus de populo cum vxore tua. Ps. 72. mei autem pene moti ſūt pedes. Prouer. 5. Pene fui in omni malo.

מְעָטִים Pauci. Pene.

מָעַךְ Conterere Subigere Figere.

מָעַךְ maach. conterere. concaſſare. ſubigere. comprimere. figere. Leuit. 22. Omne animal quod vel contritis. Ezech. 24. Ibi ſubacta ſunt vbera earum. Pro quo hebrei legunt. Ibi confregerunt ſeu compreſſerunt vbera earum. ſignificat etiam figere. vt. 1. Regum. 26. Et haſtam fixam in terra.

מָעַל Preuaricari Preterire mandatū Trāſgredi Cōtēnere. מַעַל Tranſgreſſio. Preuaricatio. Repugnāſ veritati. מְעִיל Tunica Pallium. מְעִילִים Tunice.

מָעַל maal. preuaricari. tranſgredi. preterire. ſcilicet mādatum. contemnere. Leuit. 5. Anima ſi preuaricans ceri monias domini. Et in eodem. 6. Et contempto domino negauerit proximo ſuo depoſitum. pro quo he. le. Et preuaricatus fuerit preuaricationem in dominum. Ioſ. 7. Filii autem iſrael preuaricati ſunt mandatum. & in eo. 22. nōne Achan filius zare preteriit mandatum domini. prouer. 16. In iudicio non errabit os eius. ideſt non tranſgredietur vel non preteribit os eius. 2. Paralip. 28. Et contemptum habuiſſet dominum. & inde מַעַל máal. ideſt preuaricatio vel tranſgreſſio. Ioſ. 22. que eſt iſta tranſgreſſio. & in eodem. Si preuaricationis animo hoc altare conſtruximus. Ponitur etiam pro mendacio ſeu pro eo quod repugnat veritati. Iob. 21. Cum reſponſio veſtra repugnare oſtenſa ſit veritati. Item מְעִיל meil. ideſt tunica ſeu pallium. Exo. 28. Tunicam & lineam ſtrictam. Et in eodem. facies & tunicam ſuperhumeralis totam hiacinthinā. 1. Reg. 2. & tunicam paruam faciebat ei mater ſua. Eſdre. 9. Scidi pallium meum & tunicam. p̄s. 108. Et operiantur ſicut diploide. ideſt ſicut pallio. Et in plurali. מְעִילִים meilim. 2. Reg. 13. Huiuſcemodi enim filie regis virgines veſtibus vtebātur. ideſt tunicis huiuſcemodi.

מַעַן לְמַעַן Vt. Ideo. Propter.

מַעַן maan. prepoſita littera lamed dicitur לְמַעַן lemaan: & ſignificat propter. propterea. propterquod. vt. ideo. idcirco. Geñ. 18. Vt adducat dominus propter Abraam omnia que locutus eſt ad eum. Exo. 16. Vt tentem eum. Leuit. 17. Ideo ſacerdoti offerre debent filii iſrael. Iob. 18. Nunquid propter te derelinquetur terra. Ps. 5. Propter inimicos meos. p̄s. 6. Et ſaluum me fac propter miſericordiam tuam. Ps. 129. Et propter legem tuam ſuſtinui te domine. Prouer. 16. vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt dominus. Eſa. 38. Propter me & propter dauid ſeruum meū. Ezech. 36. Non propter vos ego faciam.

מַעַר מְעָרָה Spelūca. מְעָרוֹת Spelūce. מַעַר Similitudo.

מַעַר máar. ſpelunca. & recipit he in fine & dicitur מְעָרָה meaara. Geñ. 19. Et manſit in ſpelunca. Et ī eo. 23. vt det mihi ſpeluncam duplicem. 2. Reg. 23. Et venerunt tempore meſſis ad dauid in ſpeluncam odolam. Et in plurali מְעָרוֹת meaaroth. Iudi. 6. Feceruntqꝫ ſibi antra & ſpelūcas. Eſa. 32. Tenebre & palpatio facte ſunt ſuper ſpeluncas. Itē מַעַר máar. ideſt incaſtratura ſiue ſculptura. pro quo beatus hieronymus tranſtulit ſimilitudinem. 3. Reg. 7. Quaſi in ſimilitudinem hominis ſtantis. vide etiam de hoc infra in dictione עָרָה Ara.

מַץ מַצָּה Azymum מַצּוֹת Azyma מַצָּה

מַץ Mas. azymum. litis. iurgium. & recipit he in fine quod denotat genus femininum: & dicitur מַצָּה maſa. Leuit. z. Simile conſperſe oleo & abſqꝫ fermento. ideſt azymum. Et in plu. מַצּוֹת Maſoth. ideſt azyma. Geñ. 19. Et coxit azyma & comederunt. Exo. 1z. Septē diebus azyma comedetis. Et in eo. 29. Et lagana azyma. Itē מַצָּה maſa

Digitized by Google

Cōtentio. מין
ideſt lis.ſeu contentio.Eſa.58.Ecce ad lites & contentiões
ieiunatis.& de hoc vide infra in dictione נַצָּה Naſa. Itē מין
Mos.ideſt puluis ſeu ſtipula.De quo vide ſupra in dictiōe
Puluis.
מוץ Mos.cum vau in medio dictionis.

מָצַץ Maſas.ſugere.mulgere.& ſcribitur cum ſimplici ſa-
dic.Eſa.66.vt mulgeatis & delitiis affluatis.vide eti-
am de hoc ſupra in dictione מִיץ Mis.
מָצַץ Mulgere.

מָצָא Maſa.inuenire.reperire.ſufficere.ſeu ſufficientiam
prebere.accidere.Geñ.19.Ita vt oſtium inuenire nō
poſſent.Et in eodem.26.Et repererunt aquam viuam .Et
in eodem.37.Inuenitq; eum vir.Et in eodem.38. Non in
ueni eam.Et in eodem.44.Deus inuenit iniquitatem ſer
uorum tuorum.Exo.22.Si inuentū fuerit apud eum. Et ī
eodem.33.Quia inueniſti gratiam coram me.Leuit. 25.ſi
nō inuenerit manus eius vt reddat precium. Ioſ.2.Querē
tes per omnem viam non repererūt eos.Iudi. 14.quod
ſi ſolueritis mihi intra ſeptem dies conuiuii . pro quo he
brei legunt.Si annunciaueritis mihi in ſeptem diebus con-
uiuii & inueneritis.ſ.eius ſolutionem.1.Reg.13.Et non eſt
inuentus enſis & lancea in manu totius populi. Et in eodē
20.vade & affer mihi ſagittas.pro quo hebrei legunt.vade
inueni ſagittas.2.Reg.18.Non eris boni nuncii baiulus . p
quo he.le.Et tibi non eſt annunciatio inuenta.i.non eſt ſuf
ficiens vel conueniens tibi iſta annūciatio.4.Reg.7. ſcele
ris arguemur.Pro quo hebrei legunt.Et inueniet nos ſce-
lus.Eſter.4.Congrega omnes iudeos quos in ſuſis repe-
reris.Ps.31.Pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tempore
oportuno . Pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta
hebraicam veritatem tranſtulit.Pro hac orabit omnis mi-
ſericors ad te tempus inueniēs.Prouer.3.Et inuenies gra
tiam & diſciplinā bonā.& in eo.4.vita enim ſunt inueniē
tibus ea.Et in eo.8.Et equi inuenientibus ſcientiam.Et in
eo.Qui me inuenerit inueniet vitā.Eccl's.7 . Et inueni a-
mariorem morte mulierem.Eſa.13.Omnis qui inuentus
fuerit occidetur.Et in eo.55 . Querite dominum dum in
ueniri poteſt.Hiere.5.Quia inuenti ſunt in populo meo ī
pii.Et in eo.6.Et inuenietis requiē animabus veſtris.Et in
eodem.10.Et tribulabo eos ita vt inueniantur.ſcilicet ab ad
uerſariis.Hiere.31.Inuenit gratiam in deſerto.Significat
etiam ſufficere.Nu.11.Vt poſſit ſufficere ad cibum.Et ī eo.
Vt eos facient.Pro quo hebrei legūt.Vt ſufficiat eis.Deut.
32.Inuenit eum in terra deſerta.Pro quo hebrei legūt. ſuf
fecit ei in terra deſerta.ideſt ſufficientiam cibi & indumēti
ei prebuit.Et ſic eſt in tranſlatione chaldaica. Poteſt etiam
legi ſicut eſt in littera noſtra.Ioſ.17.Nō poterimus ad mō
tana conſcendere.pro quo hebrei legunt.Non ſufficiet no
bis mons.Zach.10.Et non inuenietur eis locus. Pro quo
hebrei legunt.Et non ſufficiet eis.Poteſt etiam legi ſicut ē
in littera noſtra.Item ponitur pro accidere . Geñ .42 . Et
narrauerunt ei omnia que accidiſſent ſibi.Pro quo hebrei
legunt.Et narrauerunt ei omnia accidentia que accidiſſet
ſibi.Exo.19.Vniuerſūq; laborem qui accidiſſet eis in itine
re.Deut.31.Et inuenient eum omnia mala . ideſt accident
ei omnia mala.& inde verbum tertie coniugationis . ideſt
inuenire facere.Pro quo beatus hieronymus tranſtulit.offer
re ſiue tradere aut reddere.Leuit.9.Obtulerūt ei filii ſui ſā
guinem eius.Et in eodem.Cum capite & membris ſingu-
lis obtulerunt.2.Reg.3.Et non tradidi te in manu dauid.
Iob.34.& iuxta vias ſingulorum reſtituet eis.ideſt reddet
Zach.11.Ecce ego tradam homines vnumquēq; in manu
proximi ſui.
מָצָא Inuenire. Reperire. Sufficere. Accidere. Offerre. Tradere. Reddere.

מָצַר Maſad.obſidere.Eſa.29.Et omnes qui militauerunt
& obſiderunt & vallauerunt eam.& inde מָצַר meſad
ideſt fortalicium.arx.munitio.preſidium.locus tutiſſimus
ſeu firmiſſimus:aut īaceſſibilis.refugiū.1.Paralip.11.Habi
tauit aūt dauid in arce.Et communiter ſcribitur cum he in
fine & dicitur מְצוּדָה meſuda.1.Reg.22.Cunctis diebus qui
bus dauid fuit in preſidio.Et in eodem.nolli manere in p̄-
ſidio.Et in eodem.24.Et dauid & viri eius aſcenderūt ad
tutiora loca.2.Reg.5.Cepit autem dauid arcem ſion.1.Pa-
ralip.11.Porro dauid cepit arcem ſion.Iob.39.Atq; inaceſ
ſis rupibus.p̄s.17.Dominus firmamentum meum & refu
gium meum.p̄s.30.Quoniam fortitudo mea & refugium
meum es tu.Pro quo beatus hieronymus in pſalterio iux-
ta hebraicam veritatem tranſtulit.Quia petra mea & mu-
nitio mea tu es.Et in plurali מְצֻדוֹת meſudoth. ſiue מְצָדוֹת
meſadoth.Iudi.6.Et munitiſſima ad repugnandum loca .
1.Reg.23.morabatur autem dauid in deſerto ī locis firmiſ-
ſimis.Et in eodem.In locis tutiſſimis ſilue.Ps.31.Et in do
mum refugii.Quod in hebreo legitur in plurali.ſcilicet in
domum munitionum.Eſa.33.monumenta ſaxorum ſubli
mitas eius.reperitur etiam מְצוֹדִים meſodim . ſecundū ter-
minationem maſculinorum.vt Eccl's.9.Struxitq; munitio
nes.Ponitur etiam pro laqueo venatorum ſeu hamo.Eccl's
7.Que laqueus venatorum eſt,& in eo .9 .Sicut piſces ca-
piuntur hamo.
מָצַר Obſidere. מְצָד Arx. מְצוּדָה Preſidiū Tut. locus Arx. Iaceſſibile Refugium Munitio. מְצֻדוֹת מְצָדוֹת Munitiſſima. Loca firmiſſima. Loca tutiſſima. Monumenta. מְצוֹדִים munitiōes Laqueus. Hamus.

מָצָה maſa.premere.exprimere.decurrere facere. Iudi.6.
Expreſſo vellere cōcham rore impleuit.p̄s.74 .verū
tamen fex eius non eſt exinanita:bibēt omnes peccatores
terre.Pro quo he.le.veruntamen feces eius exprimēt:bi-
bent omnes peccatores terre.ideſt potabunt vſq; ad fundū
calicis.vnde beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebrai-
cam veritatem tranſtulit . veruntamen feces eius potabūt
bibentes omnes impii terre.Eſa.51. Bibiſti & potaſti vſq;
ad feces.vbi ponitur pro eo quod in littera noſtra eſt pota-
ſti vſq; ad feces.Cuius paſſiuum habetur.Leuit.1. vbi dici-
tur.Decurrere faciet ſanguinem ſup crepidinem altaris .p
quo hebrei legunt.Et exprimatur ſanguis eius ſuper parie
tem altaris.ſed beatus hieronymus tranſtulit ſenſum .& in
eodem.5.quidquid autem reliquum fuerit faciet diſtillare
ad fundamentum eius.ideſt faciet decurrere . Pro quo he-
brei legunt.Exprimatur ad fundamentum altaris. Ps.72.
Et dies pleni inuenientur in eis . pro quo hebrei legunt.&
aque plene exprimentur eis . quod hebrei exponunt pro
multitudine lachrymarum que diſtillabunt ſeu decurrent
ab oculis eorum.Sed ſi ſcribatur cum littera aleph tunc ſi-
gnificat inuenire.ſicut eſt in littera noſtra. vt dictum eſt ſu
pra in dictione מָצָא maſa.cum aleph in fine. & in dictione
מַיִם ma'im.
מָצָה Exprimere. Bibere Potare vſq; ad feces Decurrere facere. Diſtillare.

מֵצַח meſach.frons.Exo.28.Et erit ſuper thiaram immi-
nens fronti pontificis Eſa.48.Et frons tua erea . E-
zech.3.Et frontem tuam duriorem frontibus eorum.Et in
plurali מִצְחוֹת miſchoth.Ezech.9.Super frontes virorum
gemētium.Item מִצְחָה miſcha.ideſt ocrea.genus armature
1.Reg.17.& ocreas ereas habebat in cruribus.
מֵצַח Frons. מִצְחוֹת Frontes. מִצְחָה Ocrea.

מֵצַר meſar.tribulatio.anguſtia. ſiue locus anguſtus. Ps.
117.De tribulatione inuocaui dominum.Et in plura
li מְצָרִים meſarim:ſiue מְצָרֵי meſare.p̄s.115. Et pericula in
ferni inuenerunt me.ideſt tribulationes inferni.Et beatus
hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tran-
ſtulit.Et munitiones inferni inuenerunt me.Quod etiam
poteſt legi vt infra dicetur in dictione צור Sur . Threñ . 1 .
Omnes perſecutores eius apprehenderunt eam inter
anguſtias.
מֵצַר tribulatio. מְצָרִים מְצָרֵי Pericula. Munitiōes. anguſtie.

מַק mac . fetor . ſeu fauilla . De quo vide in dictione ſe-
quenti.
מַק

Digitized by Google

מקק Tabeſcere. Cōtabeſcere.

מקק Macac.tabeſcere.cōtabeſcere.vel iterire facere.& ſcribitur cū ſimplici coph.Leuit.26.Tabeſcent in iniquitatibus ſuis.Eſa.34.Et tabeſcet oīs militia celorū.Ezech.4.Et contabeſcat in iniquitatibus ſuis.& in eodem.33.Et in ipſis nos tabeſcim⁹.Zach.14.Tabeſcet caro vniuſcuiuſq̧ ſtantis ſuper pedes ſuos & oculi eius cōtabeſcēt in foraminibus ſuis:& lingua eorum cōtabeſcet in ore eorū.& inde מק Mac.i.putredo.fetor.Eſa.3.Pro ſuaui odore fetor.In alio vero loco beatus Hieronymus tranſtulit fauillā.vt in eodē 5.Sic radix eorum quaſi fauilla.

מק Fetor. Fauilla.

מקל מקל Virga. Baculus.

מקל Macel:ſiue מקל Macal.virga.baculus.Gen̄.30.Tolles ergo iacob virgas populeas.& in eodem.Oues intuerentur virgas.& in eodem.32.In baculo meo tranſiui iordanem.Hiere.1.Virgam vigilantem ego video.& in eodem.48.Baculus glorioſus.Ezech.38.Arcum & ſagittam & baculos manuū.Oſee.4.Et baculus eius annunciauit ei.

מקום Locus.

מקום Macom.locus.Exo.20.In omni loco in quo memoria fuerit nominis mei.Et de hoc vide infra in dictione קום Cum.

מר Stilla. מר מר מרא Dominus.

מר Mar.ſtilla.amaritudo.myrrha.Eſa.40.Ecce gētes quaſi ſtilla ſitule.Significat etiam amaritudinem ſiue amarum.De quo vide in dictione ſequenti.Item מר mor.ideſt myrrha.De quo vide ſupra in dictione מור mor cum vau in medio dictionis.Item מר ſiue מרא mare in lingua chaldaica ſignificat dominum ſeu dominantem.Dan̄.2.Deus deorum eſt & dominus regum.Et in eodem.4.Domine mi ſomnium his qui te oderunt.

מרר amari eē. ad amaritudinem adducere. amaricare.

מרר Marar.amaricare.amarum eſſe.Ad amaritudinē perducere ſeu prouocare.exacerbare.rebellare.mutare ſeu immutare.Exo.1.Atq̧ ad amaritudinem perducebant vitam eorum.Et in eodem.15.Eo quod eſſent amare.1.Regum.30.Quia amara erat anima vniuſcuiuſq̧ viri.Ruth.1.Quia amaritudine repleuit me valde omnipotens.Iob.27.Ad amaritudinem adduxit animam meam.Eſa.22.recedite a me amare flebo.pro quo hebrei legunt.dimittite me amaricabor i fletu ſiue amara ero in fletu.Et in eo.24.Amara erit potio bibentibus.Zach.11.Et plangent eū plā ctu quaſi ſuper vnigenitum.Pro quo hebrei legunt.& amaricare ſuper eum quaſi amaricare ſuper vnigenitum.ideſt amare plangent ſuper eum:ſicut amare plangitur ſuper vnigenitum.& inde מר Mar.ſiue מרה Mara.ideſt amaritudo ſiue amarus aut amara.Exo.15.Vocans eum mara.ideſt amaritudinē.Ruth.1.Quia veſtra anguſtia magis me premit.Pro quo hebrei legunt.quia amaritudo eſt mihi valde magis quā vobis.Poteſt etiam legi ſic.Quia amaritudo ē mihi valde ex vobis.ideſt ex veſtra anguſtia.Eſter.4.oſtēdens amaritudinem ſuam.Prouer.5.Nouiſſima autem illius amara quaſi abſinthium.Eſa.38.In amaritudine anime mee.Et in eodem.Ecce in pace amaritudo mea amariſſima.Hiere.2.quia malum & amarum eſt reliquiſſe te dominum deum tuum.Scribitur etiam מרא Mara cum aleph in fine loco he.Ruth.1.Sed vocate me mara.ideſt amaram.Scribitur etiam cum tau in fine & dicitur.מרת Morath.1.Reg.1.Cum eſſet amaro animo.Prouer.14.Cor quod nouit amaritudinem anime ſue.Et in plurali.מרורים Merorim.Thren̄.3.Repleuit me amaritudine.Quod in hebreo legitur pluraliter.ſcilicet repleuit me amaritudinibus.Ponitur etiam מרורים Memorim ꝓ lactucis agreſtibus.Exo.12.& azymos panes cum lactucis agreſtibus.ſcribitur etiā מררת Meroroth.ſecundum terminationem pluralē femininorum.Deut.32.& botrus amariſſimus.quod in hebreo legitur in plu.f.botri amariſſimi.& eſt in he.ge.fe.Iob.13.Scribis enim contra me amaritudines.& inde מרירות Meriruth.ideſt amaritudo.Ezech.21.& in amaritudine ingemiſce.& inde תמרורים Thamrurim.ideſt amaritudines.Hiere.31.Vox in excelſo audita eſt lamentationis luctus & fletus.pro quo hebrei legunt.Vox in rama audita eſt lamē tationis fletus amaritudinum.ideſt amariſſimi.Et in eo.Pone tibi amaritudines.Oſee.12.Ad iracundiam prouocauit ephraim in amaritudinibus ſuis.Hebrei tamen dicunt ꝙ in locis predictis ſignificat ſtatuas ſiue titulos.& inde מרירי Meriri ſiue מרירי merire.ideſt amarus ſiue amari:a ut amaritudines.Deut.32.morſu amariſſimo.Iob.30.Et i uoluatur amaritudine.& inde ממר memer.cum duplici mem.ideſt amaritudo.pro quo beatus hieronymus tranſtulit.dolorem.Prouer.17.Et dolor matris que genuit eū.& in plu.ממרורים mamerorim.Iob.9.& implet me amaritudinibus.& inde מרורה merora.ideſt fel ſeu amaritudo.Iob.20.Fel aſpidum interius.& in eodem.Et fulgurans in amaritudine ſua.& in eodem.36.& effudit in terra viſcera mea.pro quo hebrei legunt.& effudit in terra fel meum.& inde verbum מרמר marmar cum duplici mem & res.pro quo beatus Hieronymus tranſtulit.eferatus eſt.Dan̄.9.& eferatus eſt in eum.Item מרר Marar.ideſt rebellare.ſeu exacerbare:aut prouocare.Exo.23.Nec contēnendum putes.Pro quo hebrei legunt.ne rebelles in eū.Ps.106.Quia exacerbauerunt eloquia dei.Ezech.20.Et irritauerūt me domus iſrael.Et in eodem.Et exacerbauerunt me filii.Dan̄.11.Et prouocatus rex auſtri egredietur & pugnabit aduerſus regem aquilonis.vide ēt de hoc infra in dictiōe מרה mara.ſignificat ēt mutare.vt Hiere.44.& odor eius non eſt mutatus.vide etiam de hoc infra in dictione מיר mir.

amarum. amaritudo. מרורים amaritudines. מרורים Lactuce agreſtes. מררת amariſſimi amaritudines. מרירות amaritudo. תמרורים amaritudines. מרירי מרירי Amariſſimus. ממר Dolor. ממרורים Amaritudines. מרורה Fel. Amaritudo. מרמר מרר Cōtemnere. Exacerbare. Irritare. Prouocare. Mutare.

מריא Aries. Pinguis. Ouis. Exaltatio.

מריא Meri.ouis ſeu aries pinguis vel ſaginatus.exaltatio ſeu eleuatio.3.Reg.1.Arietibus & vitulis & vniuerſis pinguibus.Eſa.1.Adipem pinguium & ſanguinem vitulorū.Et in eo.11.Vitulus & leo & ouis ſimul morabūtur.Amos.5.& vota pinguium veſtrorum non reſpiciam.ſignificat ēt exaltationē ſeu eleuationem.Iob.39.Cum tempus fuerit i altum alas erigit.pro quo hebrei legunt.Cum tempus fuerit in altum exaltatur ſeu eleuatur.

מרג Plauſtrū.

מרג Morag.plauſtrum quo fruges triturantur.2.Reg.24 Et plauſtrum & iuga boum in vſum lignorū.Eſa.41.Ecce poſui te quaſi plauſtrum triturans nouum.

מרד Recedere. Rebellare.

מרד Marad.rebellare.recedere.Gen̄.14.& tertiodecimo anno receſſerunt ab eo.Nu.14.Nolite rebelles eē cōtra dominum.Ioſ.22.Tantum vt a domino & a nr̄o cōſortio non recedatis.4.Reg.18.rebellauit quoq̧ cōtra regem aſſyriorū.Iob.24.Ipſi fuerunt rebelles lumini.Ezech.2 Ad gentes apoſtatrices que receſſerunt a me.& inde מרד Mered.i.receſſio.tranſgreſſio.preuaricatio.Ioſ.22.Si preuaricatiōis animo hoc altare conſtruximus.Thren̄.3.Recordare paupertatis mee & tranſgreſſionis mee.& in plurali מרודים merudim.Vt in eodem.1.Recordatus eſt ieruſalem dierum afflictionis ſue & preuaricationis ſue.quod in hebreo legitur pluraliter.ſcilicet preuaricationū ſuarū ſeu rebellionum ſuarum.ſignificat etiam מרודים Merudim Abiectos ſeu egenos hoīes aut humiles.pro quo beat⁹ hieronymus tranſtulit vagos.Eſa.58.Et egenos vagoſq̧ induc in domum tuam.& ſecūdum iſtud ſignificatum exponunt hebrei illud.Thren̄.1.Dierum afflictionis ſue & ꝓuaricationis.ideſt egeſtatis ſeu humilitatis.Et in eodem.3.Recordare paupertatis mee & tranſgreſſionis mee.quod poteſt etiam legi.& egeſtatis mee.

מרד Preuaricatio. tranſgreſſio. מרודים Preuaricationes. מרודים Vagos. Egeſtas.

מרה

מרה Mara.rebellare.preuaricari.Inobedientem vel incredulum eſſe.exacerbare.ad iracundiam prouocare.Gen̄.26.Que ambe offenderant animum iſaac & rebecce.

Digitized by Google

Inobediẽtẽ eſſe. Icreduliſ eſſe. ideſt inobedientes & rebelles fuerunt. Nu. 20. Eo quod incredulus fuerit ori meo. Deut. 1. Sed increduli ad ſermonē domini dei veſtri. & in eodē. Sed aduerſantes imperio dñi ideſt rebellaſtis ſiue inobediſtis imperio dñi. & in eodem.
Rebellare 9. Sed ſemp fuiſtis rebelles a die qua noſſe vos cepi. 3. Reg. 13. Quia non obediens fuit ori domini. Ps. 5. Quoniā irritauerūt te. Pro q̃ btūs hieronymꝰ in pſalterio iuxta he. ve. tranſtulit.
Prouocaſ. Quoniā prouocauerunt te. Ps. 77. In iram excitauerunt excelſum in inaquoſo. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit. vt prouocarent excelſum in inuio. & in eodem.
Exacerbaſ. Quoties exacerbauerunt eum in deſerto. Ps. 104. Et non exacerbauit ſermones eius. Pro quo btūs hieronymꝰ in pſalterio iuxta he. ve. tranſtulit. Et non fuerūt increduli verbis eius. Ps. 105. Quia exacerbauerunt ſpiritū eius. Iob 17. Et in amaritudinibus eorū moratur oculus meus. Pro quo hebrei legunt. Et in prouocatione ſeu irritatione eorū moratur oculus meus. Poteſt etiam ſignificare amaritudinem ſicut eſt in littera noſtra. de quo vide ſupra in dictiōe
ad iracundiam prouocare. מרר Marar. Hiere. 4. Quia me ad iracundiā prouocauit. Threñ. 1. Quia os eius ad iracundiam prouocaui. & in eodem. Quia amaritudine plena ſum. Pro quo hebrei legūt. Quia rebellans rebellaui ſiue prouocans prouocaui. ſ. ad iracundiam. Ezech. 5. Et contēpſit iudicia mea vt plus eſſet impia. i. preuaricata eſt iudicia mea. Poteſt etiam deriuari a ſupradicta dictione מרר Marar: que ſignificat rebellare vel contēnere ſicut eſt in lr̃a nr̃a. & in eodē. 3. Et ad iracundiam prouocauimus. Eſa. 3. Vt prouocarent oculos maieſtatis eius. & in eodem. 63. Ipſi autem ad iracundiā prouocauerunt & afflixerūt ſpiritū ſanctū eius. & inde
מרה מרה More ideſt rebellis. inobediens. prouocans. Beatus hieronymus tranſtulit proteruū ſeu contumacem. Deut. 21. Si genuerit
proteruus. homo filium contumacē & proteruum. Vbi ponitur pro proteruo. & in eodē. Filius noſter iſte proteruus eſt & con
Cōtumax. tumax. vbi ponitur pro contumace. Ps. 77. Generatio praua & exaſperans. Pro quo beatus hieronymus in pſalterio
Exaſperās prouocās. iuxta he. ve. trāſtulit. Generatio declinans & prouocans. Ponitur etiā pro amaritudine. 4. Reg. 14. Vidit dominꝰ afflictionem iſrael amaram nimis. & inde
amaritudo מרי מרי Meri. ideſt rebellio. contentio. prouocatio. Deut. 31. Ego enim ſcio conten
Cōtentio. tionem tuam. Ezech. 2. Quia domus exaſperans eſt. Pro
Rebellio. quo hebrei legunt. Quia domus rebellionis eſt. & in eodē.
Exaſperās Iurgium. Et noli eſſe exaſperans: ſicut domus exaſperās eſt. Ponitur etiam pro iurgio. Prouer. 17. Semper iurgia querit malus. Item ponitur p amaritudine. Iob 23. Nunc quoq; in amaritudine eſt ſermo meus. & inde
מרתים מרתים Merathaim. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit dominātes. Hiere. 50.
Dñantes. Super terram dominantiū aſcende. Hebrei tamen dicunt ꝙ ſignificat rebelliones ſeu rebellantes. Poteſt etiam deriuari a dictione מר Mar. Que in lingua chaldaca ſignificat
מורה dominum ſeu dominātem: vt ſupra dictum eſt. Item מורה Mora. i. nouacula. Iudi. 13. Cuius non tanget caput nouacu
Nouacula la. & in eodē. 16. Ferrum nunquā aſcendit ſuper caput meū ideſt nouacula ferrea.

מרח מרח Marach. Cataplaſmare. hoc eſt emplaſtrum ponere. Eſa. 38. Et cataplaſmarent ſuper vulnus. & inde מְרוֹח
Cataplaſmare. Meroach. i. compreſſus vel cataplaſmatus in teſticulis. Pro
מרוח quo beatus hieronymus tranſtulit hernioſum. Leuit. 21. Si
Hernioſus impetiginem in corpore vel hernioſus.

מרט מרט Marat. Depilare. decaluare. decapillare. euellere. ſ. capillos. limare: ſeu polire. leuigare. Leuit. 13. Vir de cu
Depilare. Euellere. capillos. ius capite capilli fluunt. i. cum depilatum fuerit caput. Et in eodem. Et ſi a fronte ceciderint pili. Eſd. 9. Et euulſi ca
Decaluaſ pillos capitis mei. Nee. 13. Et cecidi ex eis viros & decaluaui eos. Eſa. 18. Ad gentem conuulſam & dilaceratā. i. depi
Vellere. latam. Et in eodem. 50. Et genas meas vellentibus. Ezech. 29. Omnis humerus depilatus. Significat etiā limare vel polire aut leuigare. 3. Reg. 7. Omnia vaſa que fecit hiram regi ſalomoni de aurichalco erāt. Pro quo he. le. De ere polito ſiue limato. ſ. aurei coloris. quod eſt idē quod aurichalcus. Nam chalcos grece idem eſt quod es latine. Ezech. 21.
Limare. Leuigare. Gladius exacutus eſt & limatus. & in eodē. Et dedi eum ad leuigandum. & in eodem. Et iſte limatus eſt.

מרץ מרץ Maras. Detrahere. peruertere. ſ. verba alterius. moleſtare. Iob. 6. Quare detraxiſtis ſermonibus veritatis.
Detraheſ. Hebrei vero dicunt ꝙ ſignificat fortificare: ſeu violentare.
Fortificaſ moleſtū eē. Vnde in predicto loco ipſi legunt. quā fortes ſeu fortificati ſunt ſermones recti. & in eodē. 16. Aut aliquid tibi moleſtū eſt ſi loquaris. Pro quo ipſi legunt. Aut quid fortificabit vel
Violētare. נמרץ violentabit te ſi reſponderis vel loq̃ris. & inde נמרץ Nimras. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit peſſimā. 3. Reg. 2. Qui maledixit mihi maledictione peſſima. pro quo he.
fortis. Peſſima. le. maledictione forti ſeu violenta. Mich. 2. Et corrumpetur putredine peſſima.

מרק מרק Marac. abſtergere. defricare. purgare. polire. limare.
Defricare Leuit. 6. Quod ſi vas eneū fuerit defricabitur. Hiere.
Polire. 46. Polite lanceas. & inde מרוק Maruc. i. terſum: ſeu mun
מרוק mūdiſſimū diſſimū. 2. Paralip. 4. Ex ere mundiſſimo. Significat etiā mundū muliebre ſiue id quod ad cultum vel ornatum mu
Cultꝰ muliebris. lierum pertinet. Eſter. 2. Expletis oībus que ad cultum muliebrē pertinebant. Scribitur etiam cum tau in principio
תמרוק Mūdꝰ muliebris. & dicitur תמרוק Tamruc. vt in eodē. Et accipiant mundum muliebrē. & in eodem. Quidquid poſtulaſſent ad ornatū pertinens accipiebant. Prouer. 20. Liuor vulneris abſter
abſtergeſ. מרק git mala. & inde מרק Marac. i. ius. ſ. carnium: eo ꝙ in eo car
Ius carnium. nes abſterguntur. Iudi. 6. Et ius carniū mittens in ollam. & in eodem. Et ius deſuper funde. Eſa. 65. Ius prophanum in vaſis eorum.

משש משש Maſas. Palpare. attrectare. tangere. Geñ. 27. Si at
נָהָה Naha. Lamentari. plangere. canere. ſ. carmē lugubre. languere. Ezech.32. Cane carmen lugubrē ſuper multitudinem egypti. Mich.2. Et cantabitur canticū cū ſuauitate dicentiū: depopulatione vaſtati ſumus. pro quo he. le. Et lamentabitur lamentū lamentabile ſeu lugubre dicentium: depopulatione vaſtati ſumus. Et eſt idem ſenſus cū littera noſtra. nam cum dicitur cantabitur canticum intelligitur lugubre: ſicut ſupra Ezech.32. Significat etiam languere. Dañ.8. Et ego daniel lāgui. De quo vide ſupra in dictione הָיָה Haia. Ponitur etiam pro requieſcere. 1. Reg.7. & requieuit omnis domus iſrael poſt dominum. Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. Et planxerunt ſeu ingemuerunt omnis domus iſrael poſt dominum. ideſt cum plāctu & gemitu dominum queſierunt. Sed ſi ſcribatur cum littera cheth que eſt quaſi eiuſdem figure ſicut he. tunc ſignificat requieſcere. ſicut eſt in littera noſtra. & inde נְהִי Nèhi. i. lamentum ſeu lamentatio aut planctus. Hiere.9. Super montes aſſumam fletum ac lamentum. Et in eodem. Quia vox lamentationis audita eſt de ſion. Et in eo. Docete filias veſtras lamentum. Et in eodem.30. vox in excelſo audita ē lamentationis. Ezech.27. Et aſſument ſuper te carmen lugubre & plangent. Amos.5. Eos qui ſciunt plangere. pro quo hebrei legunt. Eos qui ſciunt planctum ſeu lamentū. Scribitur etiam ſine iod & dicitur נֹהָה Nóha. Ezech.7. Et non erit requies in eis. Pro quo hebrei legunt. Et non erit lamentatio in eis. ideſt nullus remanebit ex eis qui lamentetur alios. ꝙ ſi ſcribatur cum littera cheth vt dicatur נֹחַ nōach. tunc ſignificat requiem ſicut eſt in littera noſtra.

Languere. Requieſcere. נְהִי Lamentū Lamētatio Carmē lugubre. נֹהָה Requies. Lamētatio

נָהַג Minare. Inducere. Minare. Deducere. Adducere.

נָהַג Nahag. Minare. ducere. adducere. cōſueſcere. aſſuefacere. Geñ.31. Tulitq; omnem ſubſtātiam ſuam & greges Pro quo hebrei legunt. Et minauit omnem gregem ſuum & ſubſtantiam ſuam. Et in eodem.31. Vt clam me abigeres filias meas. Pro quo hebrei legunt. Et furatus eſt cor meū & minaſti ſeu duxiſti filias meas. Exo.3. Cumq; minaſſet gregem. Et in eodem.10. Et dominus induxit ventū vrentem tota die illa. 1. Reg.30. Tulit vniuerſos greges & armēta & minauit āte faciem ſuam. 2. Reg.6. Oza autem & Aio minabant plauſtrum. 4. Reg.4. Mina & propera. Et in eodem.9. Preceps enim graditur. Pro quo hebrei legūt. ſtulte enim minat. ſ. exercitū vel ſeipſum. Ps.79. Qui deducis velut ouē Ioſeph. Eſa.60. Et reges eorū adducātur. Threñ. 3. Me minauit & adduxit. Naum.2. Et ancille eius minabātur gementes. ſignificat etiam aſſuefacere. Eccſ.2. Et animum meum transferre ad ſapientiam. pro quo hebrei legunt. Et cor meum aſſuefacerem in ſapientia. & inde מִנְהָג Minhag. i. conſuetudo. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit inceſſum. 4. Reg.9. Eſt autem inceſſus quaſi īceſſus ie hu filii Namſi.

Aſſuefacer. מִנְהָג Inceſſus.

נָהַל Minare. Portare. Suſtētare.

נָהַל Nahal. minare. ducere. portare. ſuſtētare. Geñ.33. Et ego ſequar paulatim veſtigia eiꝰ. Pro quo hebrei legūt. Et ego minabo paulatim veſtigia operis. ideſt veſtigia pecoris & paruulorum. Exo.15. Portaſti eum in fortitudine tua. Eſa.49. & ad fontes aquarum potabit eos. debet legi portabit. ſignificat etiam ſuſtentare. Geñ.47. Suſtētauitq; eos illo anno. Eſaie.51. Non eſt qui ſuſtentet eam. & inde נַהֲלֹלִים Nahalolim. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit foramina. Eſa.7. Et in omnibus frucetis & in vniuerſis foraminibus. Hebrei vero dicūt ꝙ ſignificat quoddam genus arboris humilis.

נַהֲלֹלִים Foramina

נָהַם Gemere. Fremere. Frendere.

נָהַם Naham. fremere. frendere. gemere. rugire. Prouer.5. Et gemas in nouiſſimis tuis. Et in eodem.19. Sicut fremitus leonis ira regis. ideſt fremit ſicut leo. Eſa.5. & frēdet & tenebit predam. Et in eodem. Et ſonabit ſuper eum in die illa ſicut ſonitus maris. Pro quo hebrei legunt. & fremet ſuper eum in die illa ſicut fremitus maris. vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum. ſ. נְהָמָה Nahama. ideſt fremitus ſiue gemitus. p̄s.35. rugiebā a gemitu cordis mei.

נְהָמָה Gemitus.

נָהַק Rugire

נָהַק Nahac. rugire. clamare. vociferari. Iob.6. Nūquid rugiet onager cum habuerit herbam. Et in eo.30. Qui inter huiuſcemodi letabantur. pro quo hebrei legunt. Inter arbuſta clamabant ſeu rugiebant.

נָהַר Fluere. Affluere. Confluere

נָהַר Nahar. fluere. confluere. affluere. illuminare. illuſtrare Eſa.1. & fluent ad eum omnes gentes. Et in eodē.60. Tunc videbis & afflues. Hebrei tamen in predicto loco legunt. Et illuminaberis. Hiere.51. Et confluent ad bona domini. Et in eodem.51. Et non confluent ad eum vltra gentes. & inde. נָהָר nàhar. ideſt fluuius ſeu flumen. Geñ.2. Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis. Iob.22. Fluuius ſubuertit fundamentum eorum. p̄s.45. Fluminis impetꝰ letificat ciuitatem dei. Ps.79. Et vſq; ad flumen propagines eius. & in plurali. נְהָרִים neharim ſecūdum terminationem maſculinorum. Iob.20. non videat riuulos fluminis torrentis melis & butyri. pro quo hebrei legunt. non videat riuulos fluuios torrentes. Eſa.33. Locus fluuiorum ri

נָהָר Fluuius. Flumen. נְהָרִים Flumina. Fluuii.

ni latiſſimi. Abach.3. Nunquid in fluminibus iratus es do=
נְהָרוֹת mine. reperitur etiam נְהָרוֹת Neharoth .ſecūdū terminatio
nem femininorum. ps.23. Et ſuper flumina preparauit eā.
Flumina. Ps.88. Et in fluminibus dextera eius. Ps.136. Super flumi
נָהַר na babylonis. Eſa.19. Et deficient flumina. Item נָהַר nahar
Illuminaſ id eſt illuminare. ps.33. Reſpicite ad eum & illuminamini.
Sed beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veri
tatem primam ſignificationem ſequens tranſtulit. Reſpici
נְהָרָה te ad eum & confluite. & inde נְהָרָה Nehara. id eſt lumē. Iob
Lumen 3. Nec illuſtretur lumine. Dañ.2. & lux cum eo habitat. Et i
נְהִרוּ de נְהִרוּ Nehiru. id eſt ſcientia. Eo ꝙ eſt lumen intellectus: vt
Scientia. in eodem.5. Scientia & ſapientia inuente ſunt in eo. Et in=
מִנְהָרוֹת de מִנְהָרוֹת minharoth. id eſt ſubterranee ſpelunce vel an
tra. vbi ſunt feneſtre & fiſſure per quas lumen ingreditur.
Iudi.6. fecerūtꝙ ſibi antra & ſpeluncas in montibus.
Antra. נוּא No. irritum facere. ſubuertere. infringere. ſeu contra=
נא dicere verbis alicuius. prohibere. & ſcribitur cum iod
in medio: loco vau. Eo quod eſt verbum tertie coniugatio
nis. Nu.30. Si autem ſtatim vt audierit contradixerit pater
cōtradiceſ Et in eodem. Eo quod contradixerit pater. Et in eo.32. cur
ſubuerteſ. ſubuertitis mentes filiorum iſra el. Et aliqñ ſcribitur ſine a=
leph. vt ps.140. Oleum autem peccatoris nō impinguet
caput meum. pro quo hebrei legunt. Oleum autem primū
Prohibeſ ſeu principale non prohibebit vel non deſeret caput meū.
תְּנוּאָה & inde תְּנוּאָה Thenua. id eſt querela ſeu querimonia. Pro
Querimonia. quo beatus hieronymus tranſtulit vltionem. Nu.14. & ſcie
Vltio. tis vltionem meam. & in plurali תְּנוּאוֹת Thenuoth. Iob.33
תְּנוּאוֹת Quia querelas in me repetit. & aliqui hebrei dicunt ꝙ ſi
Querele. gnificat occaſiones. Alii vero dicunt ꝙ ſignificat deſertio=
nes ſeu diſceſſiones.

נוּב נוּב Nub. germinare. fructificare. creſcere. ps.61. Diuitie ſi
Germiare. affluant. id eſt ſi creuerint vel germinauerint. ps.91. ad=
huc multiplicabuntur in ſenecta vberi. pro quo beatus hie
ronymus in pſalterio iuxta he. ve. tranſtulit. Adhuc fructi=
Fructificare. ficabunt in ſenectute. Prouer.10. Os iuſti parturit ſapienti
am. pro quo hebrei legunt. Os iuſti fructificat ſeu germiat
ſapientiam. ſ. ad modum arboris que germinat fructus ſu=
נִיב os. Zach.9. Et vinum germinans virgines. & inde נִיב nib
id eſt fructus. Eſa.57. Creans fructum labiorum. Malach.1
Fructus. Et quod ſupponitur contemptibile eſt. pro quo hebrei le=
gunt. Et fructus eius contemptibilis eſt. Vnde beatus hie=
ronymus in explanationibus ſuper hoc loco ſic ait. fruct9
autem altaris ignis eſt: cibuſꝙ ignis hoſtie vel holocauſta.
תְּנוּבָה Et inde תְּנוּבָה Thenuba. id eſt fructus. & reperitur tantū in
numero plurali. Threñ.4. Quoniam iſti extabuerunt cōſū
Fructus. pti a ſterilitate terre. pro quo he. le. A fructibus terre. i. pp
defectū fructuū terre. & eſt idē ſenſus cum littera noſtra.

נוּד נוּד Nud. mouere. commouere. mobilē ſeu vagū eē. auffer
re. conſolari. Geñ.4. Habitauit profugus in terra. id eſt
Mobilē eē habitauit mobilis ſeu inſtabilis in terra. 2. Reg.23. Preuari
catores autem quaſi ſpine euellentur vniuerſi. id eſt moue
buntur ſiue auferentur. pro quo hebrei legunt. Quaſi ſpi
Auferre. na mota vel commota. Eſa.24. & auferetur quaſi taberna
Mouere culum vnius noctis. Hiere.18. Et mouebit caput ſuū. Et in
eo.50. Et moti ſunt & abierunt. Et in eodem. Recedite de
medio babylonis. Pro quo hebrei legunt. Mouemini de
medio babylonis. Oſee.7. Ephraim in populis ipſe com=
miſcebatur. pro quo hebrei legunt. mouebatur ſiue com=
Cōmouere mouebatur. Naum.3. Quis commouebit ſuper te caput.
Super hoc loco beatus hieronymus in explanationibus ſic
ait. In hebreo non habetur caput. Sed nos appoſuimus vt
Tranſmigrare. ſenſus manifeſtior fieret. Ponitur etiam pro tranſmigrare
vel tranſuolare. Ps.10. Tranſmigra in montē ſicut paſſer.

Pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam
veritatem tranſtulit. Tranſuola in montem vt auis. Pro= Tranſuolare.
uer.26. Sicut auis ad alta tranſuolans, pro quo hebrei le=
gunt. ſicut auis ad mouendum. vide etiam de hoc ſupra in
dictione נָדַד Nadad. ſignificat etiam conſolari. eo quod il=
le qui conſolabatur alium mouebat caput ſuum ſignificās
compaſſionem. Iob.2. Vt pariter venientes viſitarent eū
& conſolarentur. Et in eodem.42. Et mouerunt ſuper eū Conſolari.
caput. & in hebreo non habetur caput: ſed ſic: et mouerunt
ſuper eum. id eſt conſolati ſunt eum. Hiere.16. Nec conſole
ris eos. Et in eodem.22. Nec lugeatis ſuper eum fletu. pro
quo hebrei legunt. Nec conſolemini ſuper eum. Et in eo=
dem.48. Conſolamini eum omnes qui eſtis in circuitu ei9
& inde נוּד Nud. id eſt motus ſeu commotio. ps.55. Vitam נוד
meam annunciaui tibi. pro quo hebrei legunt. Motum me Motus
um numeraſti. Et beatus hieronymus in pſalterio iuxta he Secretiora.
braicam veritatem tranſtulit. Secretiora mea numeraſti. &
additur ei littera mem in principio & dicitur מָנוֹד Menod. מנוד
Ps.43. Commotionem capitis in populis. Scribitur etiam Cōmotio.
ſine vau in medio. & dicitur נָד Nad ſiue נֵד Ned. pro quo נד
beatus hieronymus tranſtulit profugum. id eſt inſtabilem. נד
Geñ.4. Vagus & profugus eris in terra. Eſa.17. Ablata eſt Profugus Ablata
meſſis in die hereditatis. Et aliqui hebrei in predicto loco Aceruus.
legunt. Aceruus ſeu cumulus meſſis in die infirmitatis.
Quod etiam poteſt legi ſecundum litteram hebraicam. de
quo vide ſupra in dictione נֵד Ned. ſcribitur etiam cum iod Inſtabilis
in medio loco vau. Iob.16. Et mouerē labia mea quaſi par
cens vobis. Pro quo hebrei legunt. Et motum labiorum
meorum non prohiberem. Ps.35. Et manus peccatorum
non moueat me. & inde נִידָה Nida. id eſt mota ſeu inſtabi=
lis. vt Threñ.1. Propterea inſtabilis facta eſt. Item נֹאד Nod נידה
cum aleph in medio loco vau. id eſt vter ſiue lagena. de quo נאד
vide ſupra in ſuo loco. Vter

נָוָה Naua. Glorificare. decorare. ſiue decorum vel pul= נוה
chrum eſſe. Exo.15. Ipſe eſt deus meus & glorificabo Glorificaſ
eum. Canti.1. Pulchre ſunt gene tue ſicut turtures. Et in eo Pulchrū eſſe.
dem.4. Quam pulchre ſunt māme tue. Abach.2. Sic erit
vir ſuperbus & non decorabitur. & inde נָוָה Naua. id eſt de Decorare נוה
cora ſiue ſpecioſa. vt Hiere.6. Specioſe & delicate aſſimila Specioſ.
ui filiam ſion. & inde נָוֶה Naue. id eſt habitaculum ſeu taber נוה
naculum. pulchritudo. decus. ſpecies. Exo.15. Ad habitacu habitacul
lum ſanctum tuum. Iob.8. Et pacatum reddet habitaculū
iuſtitie tue. Et in eodem.18. Aſpergatur in tabernaculo ei9
ſulphur. Eſa.33. Oculi tui videbunt ieruſalem habitationē Habitatio.
opulentam. Hiere.23. Et conuertam eos ad rura ſua. id eſt Rus.
ad habitacula ſua. Ponitur etiam pro pulchritudine vel de
core. Iob.5. Et maledixi pulchritudini eius ſtatim. ps.67. Pulchritudo.
Et ſpeciei domus diuidere ſpolia. Eſa.27. Et ſpecioſa relin Species.
quetur & dimittetur quaſi deſertum. Et in eodem.32. & ſe= Specioſ.
debit populus meus in pulchritudine pacis. Hiere.31. Pul=
chritudo iuſtitie mons ſanctus. Et in eodem.49. Quaſi
leo aſcendet de ſuperbia iordanis ad pulchritudinem robu
ſtam. Significat etiam caulam paſtorum. Pro quo beatus
hieronymus tranſtulit paſcua. 2. Reg.7. Ego tuli te de paſ Paſcua.
cuis. Soph.2. Et erit funiculus maris requies paſtorū. id eſt Caula.
caula ſeu paſcua paſtorum. Et in plurali quandoꝙ ſcribitur
cum aleph & vau & dicitur נְאוֹת Neoth. Ps.22. In loco paſ נאות
cue ibi me collocauit. p q̄ he. le. in habitaculis ſiue in paſ= Paſcua. Specioſa.
cuis herbe. aut in caulis herbe me collocabit. Hiere.9. Et Arua.
ſup ſpecioſa deſerti plāctū. & in eo.25. Et cōticuerunt arua
pacis. vbi pōitur p aruis. Iohel.1. Quia ignis comedit ſpe
cioſa deſerti. Et in eo.2. Quia germinauerunt ſpecioſa
deſerti.

Digitized by Google

נוח נוֹחַ noach. quieſcere. requieſcere. Geñ. 8. Requieuitq; arca
Requieſcere. menſe ſeptimo. Exo. 20. Et requieuit die ſeptio. Deut.
5. Vt requieſcat ſeruus & ancilla tua. 1. Reg. 25. Locuti ſunt
ad nabal omnia verba hec ex nomine dauid & ſiluerunt. i.
requieuerunt vel ceſſauerunt. ſ. loqui. 2. Reg. 7. Et opperie
mus eum. Pro quo hebrei legũt. Et requieſcemus ſuper eũ
. i. caſtrametabimur ſuper eum. Et in eo. 21. Et nõ dimiſit a
ues lacerare eos per diem. Pro quo hebrei legunt. & non di
miſit aues requieſcere ſuper eos per diem. ſ. ne eos lacera-
Quieſcere rent. Iob. 3. nonne ſilui: nonne quieui. Eſa. 10. Requieuit
ſyria ſuper ephraim. Et in eo. 11. Et requieſcet ſuper eũ ſpi
ritus domini. Et in eo. 57. Requieſcẽt in cubili ſuo. Abach.
3. Et requieſcam in die tribulationis. Et inde verbum ter
tie coniugationis. ideſt requieſcere facere ſiue requiem da
Req; dar. re aut refrigerare. ſeu reponere. Exo. 30. Et requiẽ dabo ti
Requieſce bi. Et in eodem. & requieſcere faciam te. Deut. 25. Cũ ergo
re facere. dñs deus tuus dederit tibi requiem. 2. Reg. 7. Et dñs dediſ
ſet ei requiẽ vndiq;. Ioſ. 21. Dataq; eſt ab eo pax in omnes
per circuitum nationes. Pro quo hebrei legunt. Requieſce
re fecit eos dñs per circuitum. Prouer. 29. Erudi filium tu
refrigerar. um & refrigerabit te. Ezech. 5. Et requieſcere faciam indi
gnationem meam in eis. Et ĩ eo. 16. Et requieſcet indigna
tio mea in te. Pro quo hebrei legunt. Et requieſcere faciam
indignationem meã in te. ſignat etiam reponere. Exo. 16.
Reponere Quidquid reliquũ fuerit reponite vſq; mane. Et in eo. 17
Sin autem paululum remiſiſſet ſuperabat amalech. ꝓ quo
hebrei legunt. & qñ reponebat manus ſuas ſupabat Ama-
lech. Ezech. 37. Et dimiſit me in medio campi. i. repoſuit
me. & in eo. 44. Et reponã benedictionem domui tue. Et
נַחַת inde נַחַת Náchath. i. requies. Eccſ. 4. Melior eſt pugillus
Requies. cum requie. Et in eo. 9. Verba ſapientum audiuntur in ſi-
Silentiũ. lentio. i. in requie vel in tranquillitate. & inde מָנוֹחַ manó
מָנוֹחַ ach. i. requies. Ruth. 3. Querã tibi requiem. ṗs. 114. Cõuer
Requies. tere anima mea in requiẽ tuã. ſcribitur etiam cũ he in fine
מְנוּחָה & dicitur. מְנוּחָה Menucha. Geñ. 49. Vidit requiem ꝙ eſſet
Requies. bona. Iudi. 21. Nec erat vlla requies morientiũ. Ps. 131. hec
requies mea in ſeculum ſeculi. Põitur etiam pro ſepulchro
ſepulchrũ qđ eſt locus requietiõis. Eſa. 11. Et erit ſepulchrũ eius glo-
rioſum. Itẽ ponitur ꝓ prophetia. Hiere. 51. ſaraias aũt erat
ꝓphetia. princeps ꝓphetie. & in plu. מְנוּחוֹת Menuchoth. i. requieti
מְנוּחוֹת ones. Eſa. 32. Et in requie opulenta. Quod in hebreo legi-
Requietiões tur pluraliter. ſ. in requietionibus opulentis. & inde הֲנָחָה
הֲנָחָה Hanacha. i. requies. Eſter. 2. Et dedit requiem vniuerſis ꝓ-
Requies. uinciis. & inde נִיחֹחַ Nichóach. i. ſuaue vel placens. Geñ. 8.
נִיחֹחַ Odoratuſq; eſt dñs odorem ſuauitatis. Leuit. 3. In oblatio
Suauitas ſuauiſſimũ nem ſuauiſſimi odoris domini. & in eo. 26. Nec recipiam
vltra odorem ſuauiſſimi. Nu. 28. Holocauſtum ſuauiſſimi
נִיחוֹחִין odoris atq; incenſi eſt dñi. & in plurali. נִיחוֹחִין Nichochin.
Incẽſum. Dañ. 2. Et hoſtias & incenſum precepit vt ſacrificarent ei.
Quod in hebreo legitur in plu. ſ. incenſa.

נוד נוד Nud. mouere. concutere. ṗs. 98. moueatur terra. & bea
Mouere. tus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatẽ
Concutere tranſtulit. Concutiatur terra. Vide etiam de hoc ſupra in di
ctione מוט Mot.

נְוָלִי נולי Neuali. In lingua chaldaica ſignificat ſterquilinium:
ſecundum hebreos. Dañ. 2. Et domus veſtre publica-
ſterquiliniũ buntur. Pro quo hebrei legunt. Et domus veſtre in ſterqui
linium ponentur. Et in eo. 3. Et domus eius vaſtetur.

נום נום Num. dormire. dormitare. Ps. 75. Dormierunt ſom-
Dormire. num ſuum. Ps. 120. Neq; dormiet qui cuſtodit te. Et in
Dormitar. eodem. Ecce non dormitabit. Naum. 3. Dormitauerũt pa-
נוּמָה ſtores tui. & inde נוּמָה. Numa. ideſt dormitio ſeu dormita
Dormitatio. tio. Prouer. 23. Et veſtietur pannis dormitatio. Scribitur ẽt
cum thau in principio & dicitur תְּנוּמָה Thenuma. ṗs. 131. תְּנוּמָה
Et palpebris meis dormitationem. & in plurali תְּנוּמוֹת the dormitatio
numoth. Iob. 33. Et dormient in lectulo. pro quo hebrei le תְּנוּמוֹת
gunt. In dormitationibus in lectulo. Prouer. 24. Paululũ dormitatiões
dormitabis. Pro quo hebrei legunt. Paululũ dormitationũ

נוס Nus. fugere. cõfugere. Geñ. 14. Et qui remanſerant נוס
fugerunt ad montem. Et in eodem. 39. Qui relicto in Fugere.
manu eius pallio fugit. Exo. 4. Ita vt fugeret moyſes. Nu.
25. Exules & profugi ante mortem pontificis nullo modo
in vrbes ſuas reuerti poterunt. pro quo hebrei legunt. Et
non accipietis precium ad fugiendum ad ciuitatem refugii
ſui vſq; ad mortẽ pontificis. & beatus hieronymus trãſtu-
lit ſenſum. Deut. 34. Nec dentes illius moti ſunt. Pro quo
hebrei legunt. Et non fugerat humiditas illius. ideſt humi-
dum radicale non receſſerat: ſiue ſpecioſitas eius non mu-
tabatur propter ſenectutem. Poteſt etiam legi ſic. Nec efu-
gerat. ideſt nec mota fuit maxilla ſeu mandibula illius. Et
ponitur ibi maxilla pro dentibus: ſicut eſt in littera noſtra
vt dictum eſt ſupra in dictione לֵחָה Lecha. Ioſ. 8. Fugiemꝰ
& terga vertemus. Pro quo hebrei legunt. Et fugiemus an
te eos. Et in eodem. 10. Cumq; fugerẽt filios iſrael. 2. Reg.
18. Siue enim fugerimus non magno opere de nobis ad
eos pertinebit. Eſa. 30. Sed ſuper equos fugiemus ideo fu-
gietis. Zach. 11. Et fugietis ad vallem montium. Et in eo. ſi
cut fugiſtis a facie terremotus. Vide etiam de hoc in dictio
ne נָסַס Naſas. & inde verbũ tertie coniugationis. ideſt cõ-
fugere facere ſiue fugare. Exo. 9. fecit confugere ſeruos ſu- Cõfugere
os & iumenta in domos. Iudi. 6. Vt fugeret madian. Pro facere.
quo hebrei legunt. Vt fugaret a facie Madian. & inde מָנוֹס Fugere.
Manos. ideſt fuga. effugium. ſiue refugium. Iob. 10. Et ef- מָנוֹס
fugium peribit ab eis. Ps. 141. Periit fuga a me. Hiere. 16. Effugium. Fuga.
Et refugium meum in die tribulationis. Hiere. 46. Fuge Refugium
runt conciti. Pro quo hebrei legunt. fugam fugerũt. Scri-
bitur etiam cum he vel thau in fine. Leuit. 26. Et ita fugiẽt
quaſi gladiũ. Pro quo he. le. Et fugient fugam gladii.

נוֹעַ נוע Nóaa. Mouere. commouere. concutere. Nu. 32. Et cir- נוֹעַ
cũduxit eum per deſertum quadraginta annis. Pro quo Mouere.
hebrei legunt. Et moueri vel commoueri fecit eos per de-
ſertum quadraginta annis. Iob. 16. Mouerem & ego caput
meum. Ps. 21. Locuti ſunt labiis & mouerunt caput. ṗs. 58
Ipſi diſpergentur ad manducandum. Pro quo hebrei le-
gunt. Ipſi mouebuntur ad manducandum. Et beatus hie-
ronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtu-
lit. Ipſi vagabuntur ad manducandum. Eſa. 7. Et commo Cõmoueri
tum eſt cor eius & cor populi eius ſicut mouentur ligna ſil
uarum. Et in eodem. 19. Et mouebũtur ſimulachra egypti
a facie eius. Et in eodem. 24. Agitatione agitabitur terra agitare.
ſicut ebrius. ideſt commotione commouebitur terra. Dañ.
10. Et erexit me ſuper genua mea. Pro quo hebrei legunt.
Et commouit me ſuper genua mea. ideſt commouendo ſi
ue agitando erexit. Amos. 4. Et venerunt due & tres ciui
tates ad vnam. Pro quo hebrei legunt. Et mouebuntur due
tres ciuitates ad vnam. Et in eodem. 9. Et concutiam in oĩ
bus gentibus domum iſrael: ſicut concutitur triticum. Na Cõcutere.
um. 3. Si concuſſe fuerint cadent in os comedentis. Et in-
de נָע Naa. ideſt mobilis. Pro quo beatus hieronymus tran נָע
ſtulit vagus. Geñ. 4. Vagus & profugus eris in terra. Et Vagus.
in eodem. Et ero vagus & profugus in terra. Et inde
מְנַעַנְעִים Menaaneim. ideſt inſtrumenta muſica enea a מְנַעַנְעִים
concutiendo vel mouendo dicta. Pro quo beatus hiero-
nymus tranſtulit ſiſtra. 2. Regum. 6. Et ſiſtris & cymbalis. Siſtra.
Et inde הֵנַע Henaa. Nomen proprium loci ſecundum הֵנַע
tranſlationem noſtram. 4. Regum. 18. Vbi eſt deus

Digitized by Google

ſepharuaim Ana & Aua.Hebrei tamen in predicto loco legunt ſic. vbi eſt deus ſepharuaim : mouit & diſperdidit. ſcilicet rex aſſyriorum omnes ſupradictos.

נוף Eleuare. Leuare. Aſpgere. Trahere. Agitare. Cribrare.

נוף Nuph.leuare.eleuare.mouere.hinc inde agitare.aſpergere.Exo.29.Et ſanctificabis eos eleuans coram domino.Et in eodem.Sanctificabiſq; illud eleuans coram domino.Et in eodem.Et armum quem de ariete ſeparaſti.pro quo hebrei legunt. Et armum qui eleuatus eſt & ſeparatus de ariete. Leuit.8. Qui poſtquam leuauerunt ea corã domino.Et in eodem.Tulit ergo pectuſculũ eleuans illud corã domino.Nu.6.Suſceptaq; rurſum ab eo eleuauit in conſpectu domini.Et in eodem.8.Cumq; leuati fuerint coram domino.Et in eodem.Et offeret Aaron leuitas mun' in conſpectu domini.pro quo hebrei legũt. Et leuabit Aaron leuitas eleuatione in conſpectu domini. Et in eodem. Eleuabitq; eos Aaron in conſpectu domini.4.Reg.5.Et tangeret manu ſua locum lepre.pro quo hebrei legunt. Et eleuaret manum ſuam ad locum.ſcilicet lepre. Ps.61. Pluuiam voluntariam ſegregabis deus. Pro quo Beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit. Pluuiam voluntariam eleuaſti deus.Hebrei tamen legunt. aſperſiſti deus.ſignificat etiam aſpergere.prouer.7.Aſperſi cubile meum myrrha & Aloe.põitur etiam pro trahere. Quod eſt hinc & ide mouere.vel eleuare.Eſa.10. Aut exaltabitur ſerra contra eum a quo trahitur.Et in eodem.Quomodo ſi eleuetur virga.Et in eodem.13. Leuate manum. Ponitur etiã pro agitare vel cribrare.Eſa.10.Agitabit manum ſuam ſuper montem filie ſion.Et in eodem.30. Ad pdendas gentes in nihilum.Pro quo hebrei legunt. Ad cribrandas gentes in cribro vanitatis.vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum.Poteſt etiam legi ſic. Ad agitandas gentes agitatione vanitatis.Et inde תְנוּפָה Thenupha. ideſt eleuatio ſiue agitatio.Exo.29.Sanctificabiſq; pectuſculum conſecratum.pro quo hebrei legunt. Sanctificabiſq; pectuſculum eleuationis.Leuit.7.Pectuſculum eleuationis & armum ſeparationis. Et in eodem.10. Pectuſculum quoq; quod oblatum eſt.Pro quo hebrei legunt. Pectuſculum quoq; eleuationis ſeu agitationis.Eſa.19. A facie commotionis manus domini exercituum.Et in eodem.30. Et in bellis precipuis expugnabit eos.pro quo hebrei legunt Et in bellis eleuationis ſeu agitationis vel commotionis expugnabit eos. Item נֹפֶת Nopheth.ideſt fauus.ps.18.Et dulciora ſuper mel & fauum.Prouer.24.Et fauum dulciſſimum gutturi meo.Canti.4.Fauus diſtillans labia tua. Itẽ נָפֶת Naphath.prouincia.regio.ſed tranſlatio noſtra poſuit pro nomĩe proprio.Ioſ.17.Tertia ps vrbis nopheth.3. Reg.4.benadab cuius omnis nephador.

(Margin: תְנוּפָה Eleuatio. agitatio. Cõmotio. נֹפֶת Fauus. נָפֶת Nopheth.)

נוץ Florere. Efflorere. נִצָּה Flos Germinat. נִצָּן נִצָּנִים Flores. נִיצֹץ Scintilla.

נוץ Nus.florere.Canti.7.Floruerunt mala punica. Et aliquando ſcribitur cum iod in medio loco vau.Ps.131.ſuper ipſum autem efflorebit ſanctificatio eius.Scribitur etiã cum aleph ĩ medio loco vau.Eccſ.12.Et florebit amygdalus.Et inde נִצָּה Niſa.ideſt flos.Geñ.40.& poſt flores vuas matureſcere.Iob.15.Et quaſi oliua proiiciens florem ſuũ. Ponitur etiam pro germinatione.Eſa.18. Et immatura pfectio germinabit.Scribitur etiam cum nun in fine & dicitur נִצָּן Niſan.Canti.2.Flores apparuerunt in terra.vbi ponitur נִצָּנִים Niſanim.Et inde נִיצֹץ Noſes cum duplici ſade.ideſt ſcintilla.Ezech.1.Et ſcintille quaſi aſpectus eris.& aliquando ſcribitur cum iod in prima ſyllaba.vt Eſa.1.Et opus eius quaſi ſcintilla.

נור Lucerna.

נור Nur.lucerna.Et communiter ſcribitur ſine vau & dicitur נֵר Ner.Exo.27.Vt ardeat lucerna ſemper. 1.Reg. 3.Et non poterat videre lucernam dei.Iob.21.Quotiens lucerna impiorum extinguetur.Ps.17.Quia tu illuminas lucernam meam.ps.118.Lucerna pedibus meis verbũ tuũ ps.131.Paraui lucernam chriſto meo.Scribitur etiam cum iod in medio & dicitur נִיר Nir.vt.3.Reg.11. Vt remaneat lucerna dauid ſeruo meo.Et ĩ plu.נֵרוֹת Neroth.Exo.25.facies & lucernas ſeptem.Nu.8.Cum poſueris ſeptem lucernas.Et inde מְנוֹרָה Menora ideſt candelabrum. Exo.25.facies & candelabrum ductile de auro puriſſimo.Et in eodẽ. 40.Candelabrum ſtabit cum lucernis ſuis. Item נִיר Nir. ideſt nouale.Prouer.13.Multi cibi ĩ noualibus patrũ.Oſee. 10.Innouate vobis nouale. Vbi ponitur nomen & verbum ab eo deriuatum.ac ſi diceret.Nouiter arate vobis nouale. Item נִיר Nir.in lingua chaldaica ſignificat iugũ.& ſic tranſtulit beatus hieronymus.Nu.21. Vbi dicitur iugum ipſorum diſperiit.De quo vide ſupra in dictione יָרָה Iara. Itẽ נוּר Nur ſiue נוּרָא Nura.in lingua chaldaica ſignificat ignẽ Dañ.3.Mittetur in fornacem ignis.Et in eodem.7. Fluuius igneus rapidus egrediebatur a facie eius.

(Margin: ניר נרות Lucerne. מנורה Candelabrum. ניר Nouale. ניר Iugum. נור נורא Ignis.)

נוש Deſperare. Infirmari.

נוש Nus.deſperare.infirmari.ps.68.Improperium expectauit cor meum & miſeriam.Pro quo beatus hieroymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit.opprobrio cõtritum eſt cor meum & deſperatus ſum. Hebrei tamen legunt.Et infirmatus ſum.De quo vide ſupra in dictione אֱנַשׁ Anas.

נזד Coquere. נזיד Pulmẽti Coctio.

נָזַד Nazad. coquere. ſcilicet pulmentum.vt Geñ.25.Coxit autem iacob pulmentum.& inde נָזִיד Nazid.ideſt pulmentũ ſeu coctio.vt in loco predicto &.4.Regũ. 4.Et concidit in ollam pulmẽti. Et in eodem.Cum guſtaſſet de coctione.Aggei.2.Panem aut pulmentum.

נזה Aſpergere.

נָזָה Naza.aſpergere.& ſcribitur ſine nun. Leuit. 4. Tincto digito aſperget ſepties contra velum. Leuit. 6. Si de ſanguine illius veſtis fuerit aſperſa.Et in eo. 8. Cumq; ſanctificans aſperſiſſet altare ſeptem vicibus.Nu.8. Aſpergantur aqua luſtrationis.Et in eodem.19. Ipſe quoq; qui aſpergit aquas lauabit veſtimenta ſua.Eſa.53. Iſte aſpget gentes multas.

נזל Fluere. Defluere. Erũpere. Pluere. Stillare. נוזלים Riui Imbres. Fluenta. מזל Sydus vel ſignum celeſte. מזלות Signa.

נָזַל Nazal.fluere.defluere.erumpere :pluere vel ſtillare. Nu.24. Fluent aque de ſitula eius. Deut.32.fluat vt roſ eloquium meum.Iob.36.Que de nubibus fluunt.ps.147 flauit ſpiritus eius & fluẽt aque.Canti.4.que fluunt impetu de libano.Et in eodem.Et fluent aromata illius.Eſa.64. A facie tua montes defluerẽt.Hiere.9. Et palpebre noſtre defluant aquis.Et in eodem.18.Erumpentes aque frigide. ideſt defluentes.Ponitur etiam pro pluere.Eſa.45.Et nubes pluant iuſtum.Et in eodem.46.Aquam de petra produxit eis.Pro quo hebrei legunt. Aquam de petra ſtillare fecit vel fluere fecit eis.& ide נוֹזְלִים Nozlim.ideſt riui ſeu fluenta.Ps.77.Et eduxit aquam de petra. Pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit.Et eduxit riuos de petra.Et in eodem. Et imbres eorum ne biberent.ideſt fluenta.Prouer.5. Et fluenta putei tui.Eſa.44.Et fluenta ſuper aridam.Et ide מַזָּל Mazal.i. Sydus ſeu ſignum celeſte. Et ſolum inuenitur in numero plurali.ſcilicet מַזָּלוֹת Mazaloth.4.Regũ.23.ſoli & lune & duodecim ſignis.& ſecundum hebreos propter ſui influẽtiam circa terrena appellantur hoc nomine.

נזם Inauris. Circulus. נזמים Inaures.

נֶזֶם Nezem. Inauris ornamentum auris vel naris. Geñ. 24.Protulit vir inaures aureas. Quod in hebreo legitur ſingulariter.ſcilicet inaurem auream.Prouer.11.Circulus aureus in naribus ſuis.ideſt in naribus porci.& in plurali נְזָמִים Nezamim. Geñ.35.& inaures que erant in auribus eorum.Exo.32.Tollite inaures aureas de vxorum filiorumq; & filiarum veſtrarum auribus.Eſa.3.& gẽmas ĩ frõ

Digitized by Google

te pendentes. Pro quo hebrei legunt. Et inaures naris.
נזק נזק Nazac. in lingua chaldaica ſignificat nocere ſeu dam
nare: aut damnum inferre. Eſdre. 4. Et vſq; ad hec
Nocere. noxia perueniet. & in eodem. Et nocens regibus & ꝓuin-
cijs. Dan̄. 6. Et rex non ſuſtinebit moleſtiam. i. nocumētū.
נזק & inde נזק Nézec. i. Damnū. nocumentū. Eſter. 7. Nūc aūt
hoſtis noſter eſt cuius crudelitas redundat in regem. Pro ꝗ
hebrei legunt: Quia nihil hoſtis prodeſt in damno vel cū
Damnum damno regis.
נזר נזר Nazar. ſeparare. abſtinere. conſecrare. ſanctificare. Le-
uit. 22. Vt caueant ab his que conſecrata ſunt. Pro quo
Separare hebrei legunt. Et ſeparentur vel abſtineant ab his que con
Cōſecrare. ſecrata ſunt. Nu. 6. Et ſe voluerint domino conſecrare. & in
Abſtinere eodem. A vino & omni quod inebriare poteſt abſtinebunt
& in eodem. Cunctis diebus quibus ex voto domino con
ſecrantur. & in eodem. Omni tempore conſecrationis ſue.
Pro quo hebrei legunt. Cunctis diebus quibus conſecratur
vel ſeparatur domino. & in eodem. Vſq; ad completum diē
quo domino conſecratur. & in eodem. Et conſecrabit do-
ſanctificar mino diem ſeparationis illius. Zach. 6. Vel ſanctificare me
debeo. Pro quo hebrei legūt. vel abſtinere aut ſeparare me
debeo. ſ. a cibo & potu. Poteſt etiam legi ſicut eſt in littera
Abaliēare noſtra. Ponitur etiam pro abalienare. Eſa. 1. Abalienati ſūt
retrorſum. Oſee. 9. Et abalienati ſunt in confuſione. i. ſepa
rati ſunt. Et de hoc vide ſupra in dictione זור Zur. & inde
נזיר נזיר Nazir. ideſt nazareus. conſecratus: vel ſanctificat9: aut
Nazareus ſeparatus. ſ. a vino & omni quod inebriare poteſt. Gen̄. 49
Et in vertice nazarei inter fratres ſuos. Nu. 6. Vir ſiue mu-
lier cū fecerint votū vt ſanctificentur. Pro ꝗ he. le. Cū fecerit
Cōſecrat9 votū nazarei. & i eo. Iſta eſt lex cōſecratiōis. ꝓ ꝗ he. le. Iſta
eſt lex nazarei. i. conſecrati vel ſepati. & in eo. Tunc radetur
nazareus ad oſtium tabernaculi. & in eodē. Et tradet in ma
נזר nus nazarei. Iudi. 13. Erit enim nazareus dei ab infantia ſua
Separatio & inde נזר Nézer. i. ſeparatio: vel ſanctificatio: aut corona
ſeu diadema. Nu. 6. Omni tempore ſeparationis ſue noua-
Cōſecratio cula non aſcendet ſuper caput eius. & in eodem. Quia con-
ſecratio dei ſuper caput eius. & in eodem. Omnibus dieb9
ſeparationis ſue ſanctus erit domino. & in eodē. Quoniam
Sāctifica polluta eſt ſanctificatio eius. Ps. 31. Super ip̄um autem efflo
tio. rebit ſanctificatio eius. Ponitur etiam pro coma vel capillis
eo quod nazareus nutriebat comā. vt Hiere. 7. Tonde capil
Capillus. lum tuum & proijce. Ponitur etiam pro eo quod ſeparatur
Primitie. a cōmuni vſu. Leuit. 25. Et vuas primitiarum tuarum non
colliges. Pro quo hebrei legunt. Et vuas ſeparationis tue. i.
quas tibi vt proprias ſeparaueras non vindemiabis: quia
נזר debebant eſſe omnibus cōmunes. Item נזר Nézer. i. coro-
na ſeu diadema. Exo. 39. Fecerunt & laminam ſancte vene-
rationis. Pro quo hebrei legunt. Et fecerunt laminam coro
Corona. nam ſanctitatis. Erat em̄ hec lamina circundata fronti pon
Diadema. tificis in modum corone. 2. Reg. 1. Et tuli diadema qđ erat
in capite eius. 4. Reg. 11. Et poſui ſuper eū diadema. & inde
מנזיר מנזיר Minezir. i. coronatus ſeu princeps. Pro quo btūs Hie
Cuſtodes. ronymus tranſtulit cuſtodem. Naū. 3. Cuſtodes tui quaſi lo
cuſte.
נחה נחה Nacha. minare. ducere. deducere. dirigere. reponere.
Ducere. collocare. Exo. 13. Non eos duxit domin9 per viā terre
philiſtiim. & in eodem. Vt dux eſſet itineris. & in eodē. 32.
Vade & duc populum quo locutus ſum tibi. Iob. 12. Et ſub-
uerſas in integrum reſtituet. Pro quo hebrei legunt. Expā-
dens vel diſpergens gentes & deducit eas. Sed beatus Hie-
Deducere. ronymus tranſtulit ſenſum. 1. Reg. 22. Et reliquit eos an-
te faciem regis moab. Pro quo hebrei legūt. Et deduxit eos
ante faciem regis moab. Iob. 38. Et veſperum ſuper fines
terre conſurgere facis. Pro quo hebrei legunt. Et ſydus ſeu
veſperum ſuper filios ſuos deduces: Ps. 22. Deduxit me ſu-
per ſemitas iuſtitie. Ps. 26. Et dirige me in ſemitam rectam Dirigere.
Ps. 76. Deduxiſti ſicut oues populum tuum. Ps. 77. Et in
intellectibus manuum ſuarum deduxit eos. Ps. 107. Quis
deducet me vſq; in idumeam. Prouer. 6. Cum ambulaueris
gradiatur tecum. Pro quo hebrei legunt. Cum ambulaue-
ris minabit te: Prouer. 18. Et ante principes ſpacium ei fa- Minare.
ciet. Pro quo hebrei legunt. Et ante principes deducet eū.
Eſa. 58. Et requiem tibi dabit dominus ſemper. Pro quo
hebrei legūt. Et deducet ſeu minabit te dominus ſemp. Po
teſt etiam legi ſicut eſt in littera noſtra. De quo vide ſupra
in dictione נוח Nóach. Significat etiam reponere ſeu col-
locare. 4. Reg. 18. Et collocauit eos in Aila & in Abor. Sed
etiam in predicto loco hebrei legunt. Et duxit ſeu deduxit Collocare
eos. & ſecundum hebreos inde deriuatur מנחה Mincha. i.
mun9. vel donū. De quo vide ſupra in dictiōe מנח Menach. מנחה
נחל Nachal. hereditare. poſſidere. Exo. 32. Et poſſidebitis
eam ſemper. & in eodem. 34. Noſq; poſſideas. Leuit. נחל
25. Et hereditario iure tranſmittetis ad poſteros. Pro quo Poſſidere
hebrei legūt. Et hereditabitis eos filiis veſtris poſt vos. Nu. Hereditar.
32. Vſq; dum poſſideant filii iſrael hereditatem ſuam. & in
eodem. Nec quicꝗ queremus trans iordanem. Pro quo he
brei legunt. Quoniam non hereditabimus cū eis trās ior
danē. Nu. 23. Quā diuidetis vobis ſorte. Pro quo hebrei le
gunt. Et poſſidebitis terram ſorte: & in eodem. Per trib9 &
familias poſſeſſio diuidetur. i. poſſidebitis. & in eodē. Hec
ſunt nomina virorum qui cum Ioſue terram vobis diuidēt
Pro quo hebrei legunt. Hec ſunt noīa virorum qui heredi-
tare facient vos terram. ſ. diuidendo vnicuiq; hereditatem
ſuam. & in eodem. Vt diuiderent filiis iſrael terram chanaā
Deut. 21. Volueritq; ſubſtātiam inter filios ſuos diuidere.
Pro quo hebrei legunt. Et erit in die qua hereditare faciet
filios ſuos. ſ. diuidendo eis hereditatem. & in eodē. 32. Qn̄
diuidebat altiſſimus gentes. Pro quo he. le. Qn̄ hereditare
ſiue poſſidere faciebat altiſſim9 gētes. i. qn̄ diuidebat gētes
ꝑ terras vt vnaqueq; gens poſſideret terram ei cōceſſam a
deo. Ioſ. 1. Tu enim ſorte diuides populo huic terram. i. he-
reditare facies. & in eodē. 13. Hanc poſſeſſionē diuiſit moy
ſes in campeſtribus moab. & in eodem. 14. Hoc eſt qđ poſ-
ſederunt filii iſrael in terra chanaā quam dederunt eis. ideſt
poſſidere fecerunt eleazar ſacerdos & ioſue filius nun. Iob.
7. Sic & ego habui menſes vacuos. Pro quo hebrei legunt.
Sic poſſedi mihi menſes vanitatis. i. vanos & vacuos. Ps. 81
Quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus. Ezech. 22 Hereditar.
Et poſſidebo te in conſpectu gentium. Zach. 2. Et poſſide
bit dominus iudam partem ſuam. & inde נחלה Nachala. i. Poſſidere נחלה
hereditas. poſſeſſio. Leuit. 25. Reuertetur homo ad poſſeſ- Poſſeſſio
ſionem ſuam. Nu. 18. Ego pars & hereditas tua. Deut. 18. Hereditas
Dominus enim ipſe eſt hereditas eorum. & in eodem. 32.
Iacob funiculus hereditatis eius. Ps. 93. Hereditatem tuam
vexauerunt. Ps. 134. In poſſeſſionem ſibi. & in pl̄ali נחלות נחלות
Nachaloth. i. hereditates vel poſſeſſiones. Reperitur etiā
נחילות Nechiloth. vt in titulo. Ps. 5. vbi dicitur in finē pro Hereditates
ea que hereditatem conſequitur. Pro quo beatus Hierony- נחילות
mus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit. Vi- Hereditates.
ctori pro hereditatibus. Hebrei tamen dicunt ꝙ in predicto
loco eſt nomē cuiuſdam inſtrumenti muſici ſic nominati.
Item נחל Náchal. i. torrens. riuus. fluuius vallis. Leuit. 23.
Et ſalices de torrēte. Nu. 13. Pergētes vſq; ad torrentē bo- נחל
tri. Ioſ. 13. Ab aroer que ſita eſt in ripa torrentis Arnon. 3. Torrens.
Reg. 7. Et ibi de torrente bibes. Iob. 28. Diuiſit torrentem
a populo peregrinante. Ps. 109. De torrente in via bibet.

Digitized by Google

Eſa.57.In partibus torrentis pars tua. Et aliquādo ſcribi-
נְחְלָה tur cum he in fine & dicitur. נַחְלָה náchla.vt Nu.34. Vſq;
ad torrentem egypti.Ps.123.Torrentem pertranſiuit ani-
ma noſtra.Significat etiam vallem. Geñ. 23.Foderuntq;
Vallis. in torrente.ideſt in valle qua torrens defluit tempore plu-
uiali.Deut.2.Oppido quod in valle ſitū eſt. Et in eodem.
21.Ducentq; eam ad vallem aſperam atq; ſaxoſam.Ioel.3.
Et irrigabit torrentem ſpinarum. pro quo hebrei legunt.
Et irrigabit vallem ſetim.ideſt ſpinarum. Et in plurali
נְחָלִים נְחָלִים nechalim.ideſt torrentes ſeu valles.Nu.21.Sic faciet
Torrētes. in torrētibus arnon.Et in eodem.24. Vt valles nemoroſe.
Valles. 2.Reg.22.Torrentes Belial terruerunt me. Iob.20. Tor-
rentes mellis & butyri.Eccl's.1.Omnia flumina intrant in
flumina. נַחֲלַיִם marc.Reperitur etiam נַחֲלַיִם nachalaim.Ezech.47.quo
cunq; venerit torrens viuet. vbi ponitur נַחֲלַיִם Nachalá
im pro נַחַל náchal.ideſt dualis numerus pro ſingulari.

נָחַם נָחַם Nacham.conſolari.conſolationem accipere.penitere
consolari. penitudinem habere.penitentiam agere.Geñ.5.Iſte
conſolabitur nos ab operibus noſtris.& in eodem.24.Vt
dolorem qui ex morte matris acciderat temperaret. Pro
quo hebrei legunt.& conſolatus eſt iſaac poſt mortem ma
tris ſue.ſed beatus hieronymus tranſtulit ſenſum. & in eo
dem.27.Minatur vt occidat te.pro quo hebrei legunt. Cō
ſolatur vt occidat te.& in eodem.37. Vt lenirent dolorem
Cōſolatio- patris.pro quo hebrei legunt.vt conſolarentur eum. & in
nē accipe. eodem. Noluit conſolationem accipere. Ruth.2.Quod cō
ſolatus es me.2.Reg.13.eo quod conſolatus eſſet ſuper Am
non interitum.Iob.29. eram tamen merentium conſola
tor.Pro quo hebrei legunt.Sicut qui conſolatur lugentes
ſeu merentes.& in eodem.21.Quomodo conſolamini me
fruſtra.Ps.68.& qui conſolarentur & non inueni. ps̄. 76.
Renuit conſolari anima mea.ps̄.118.& conſolatus ſum. &
in eodem.fiat miſericordia tua vt conſoletur me.Eſa.1.heu
ego conſolabor ſuper hoſtibus meis.Et in eodem.40.con
ſolamini cōſolamini populе meus.Et in eodem.49. quia
conſolatus eſt dominus populum ſuum. & in eodem. 51.
Conſolabitur ergo dominus ſion.Et in eodem. Ego ipſe
conſolabor vos.Et in eodem.54.Tempeſtate conuulſa abſ
q; vlla conſolatione.ideſt que non eſt conſolata.Et in eodē
66.quomodo ſi cui mater blandiatur. pro quo hebrei le
gunt.ſicut vir quem mater ſua conſolatur. Et ſequitur.Ita
ego conſolabor vos:& in ieruſalem conſolabimini.Hiere.
31. Et nolentis conſolari ſuper eis. Ezech.5. Et requieſce
re faciam indignationem meam & conſolabor.& inde
נֹחַם נֹחַם Nócham.ideſt conſolatio.Oſee.13.Conſolatio abſcō
Cōſolatio. dita eſt ab oculis meis.& in plurali. נִחוּמִים nichumim.
נִחוּמִים ideſt conſolationes.Eſa.57.Et reddidi conſolationes ei &
cōſolatōes lugentibus eius.Zach.1.Verba conſolatoria. pro quo he-
נֶחָמָה brei legunt. verba conſolationum. & inde נֶחָמָה Necha
cōſolatio. ma.ideſt conſolatio.Iob.6.Et hec mihi ſit conſolatio. ps̄.
118.Hec conſolatio mea in humilitate mea. Scribitur eti-
תַּנְחוּם am cum thau in principio & dicitur תַּנְחוּם Thanchum. &
תַּנְחוּמוֹת ſolum reperitur in numero plurali.ſcilicet תַּנְחוּמוֹת Than
תַּנְחוּמִים chumoth.ſiue תַּנְחוּמִים Thanchumim. Iob.15. Nunquid
grande tibi eſt vt conſoletur te deus. pro quo hebrei le-
cōſolatiōes gunt.Nunquid parum tibi conſolationes dei. ſcilicet ſunt.
Et in eodem.21.Et agite penitentiam. pro quo hebrei le
gunt.Et ſit hoc conſolationes veſtre. ideſt hoc reputetur
vobis pro conſolationibus.Poteſt etiam legi ſicut eſt in lit
tera noſtra.vt infra dicetur.ps̄.93.Conſolationes tue leti
ficauerunt animam meam.Eſa.66.& repleamini ab vbere
conſolationis eius.quod in hebreo legitur pluraliter: ſcili
cet conſolationum eius. Hiere.16. & non dabunt eis po
tum calicis ad conſolandum. pro quo hebrei legunt. Et
non dabunt eis calicem conſolationum. Item נִחַם Ni- נִחַם
cham.ideſt penitere.ſiue penitudinem habere. aut peni-
tentiam agere. Geñ.6. Penituit eum hominem feciſſe in Penitere.
terra. Et in eodem. Penitet enim me feciſſe eos.1. Re-
gum. 15. Penitet me quod conſtituerim Saul Regem
Et in eodem. Et dominū penitebat q; conſtituiſſet regem
Saul.Et in eodem. Penitudine non flectetur neq; enim ho
mo eſt vt agat penitentiam. Iob.42. Et ago penitentiam Penitētiā
in fauilla & cinere.Ps.109.Iurauit dominus & non penite agere.
bit eum. Hiere.8. Nullus eſt qui agat penitentiam ſuper
peccato ſuo. Significat etiā placari ſeu miſereri.i.penitere
ſuper malum.Exo.32. Et eſto placabilis ſuper nequitiā po Placari.
puli tui.E in eodē. Placatuſq; eſt dominus ne faceret ma
lum.Deut.32. Et in ſeruis ſuis miſerebitur.Ps.105. Et pe- Miſereri.
nituit eum ſecundū multitudinem miſericordie ſue.Ione.
3.Et miſertus eſt ſuper maliciam.Et inde נִחוּם Nechum.i. נִחוּם
penitudo.Oſee.11.Pariter conturbata eſt penitudo mea. penitudo.
נַחְנוּ Náchnu.nos.pnomen eſt pluralis numeri prime per נַחְנוּ
ſone.Threñ.3.Nos iniq; egimus & ad iracūdiam pro Nos.
uocauimus.

נָחַץ Nachas. feſtinare.vrgere.i. Reg.21. Sermo enī regis נָחַץ
vrgebat.Pro quo hebrei legūt. Quoniam erat ſermo Vrgere.
regis feſtinatus vel acceleratus. Et ſolum inuenitur in pre
dicto loco.

נַחַר Nechir.naris. Iob.39. Gloria naris eius terror. Et in נַחַר
eodem.41. De naribus eius procedit fumus. Et inde Naris.
נַחְרָה Nachara.i.hinnitus. Beatus hieronymus trāſtulit fre נַחְרָה
mitum. Hiere.8. A dan.i.a tribu dan auditus eſt fremitus
equorum eius. Fremitus.

נָחַשׁ Nachas. experiri ſiue experimento diſcere. augu- נָחַשׁ
rari. auguria obſeruare. Geñ.30. Experimento Experimē-
didici quia benedixerit mihi deus propter te.Et in eodem. to diſcere
44.Ipſe eſt in quo bibit dominus meus & in quo augura- Augurari.
ri ſolet. Et in eodem. An ignoratis q; non ſit ſimilis mei in
augurandi ſcientia.Pro quo hebrei legunt. An ignoratis q;
augurando auguratur vel diuinando diuinabit vir ſimilis
mei. Leuit.19. Nō augurabimini.nec obſeruabitis ſomnia Sōnia ob
atq; auguria.3.Reg.20. Quod acceperūt viri pro omine.i. ſeruare.
pro augurio.Pro quo hebrei legunt.Et augurati ſunt viri.
4.Reg.21. Et arioIatus eſt & obſeruauit auguria. Et inde
נַחַשׁ Náchas.i.augurium. Nu.23. Non eſt augurium in Ia- נַחַשׁ
cob. Et in eodem.24. Nequaq; abiit vt ante perrexerat:vt Augurium
augurium quereret.Item נָחָשׁ Nachas.i.coluber aut ſerpēs נָחָשׁ
Geñ.3.Sed & ſerpens erat callidior.Et in eodem.49. Dan ſerpens.
coluber in via. Exo.4. Que verſa eſt in colubrum.Nu.21. coluber.
fecit ergo moyſes ſerpentem eneū. Sed illud quod premit
titur fac tibi ſerpentem eneum. Pro ſerpente eneo ponitur
in hebreo שָׂרָף Saraph.i.vrens vel adurens.eo quod flatu
oris adurit.Deut.8. In qua erat ſerpens flatu adurens. Vbi
ponitur in hebreo נָחָשׁ Nachas שָׂרָף Saraph.i.ſerpens adu
rens.Iob.26. Obſtreticāte manus eius eductus eſt coluber
tortuoſus.Eſa.27. Super leuiathan ſerpētem vectem: & ſu
per leuiathan ſerpentem tortuoſum.Amos.9. Ibi mādabo
ſerpenti & mordebit eos. Et in plurali נְחָשִׁים Nachaſim. נְחָשִׁים
Nu.21.Serpentes igniτos.Hiere.8.Ecce ego mittam vobis ſerpentes.
ſerpentes regulos. Item נְחֹשֶׁת Nechóſeth ſiue נְחוּשָׁה Ne- נְחֹשֶׁת
chuſa.i.es ſiue ereum. aut eneum. Geñ.4. Faber in cuncta נְחוּשָׁה
opera eris & ferri. Exo.25.Aurum & argentum & es.Et in Es.
eodē.27. Et operies illud ere.4. Reg.25. Et mare ereum Ereum.
quod erat in domo domini confregerunt chaldei & tran-
ſtulerunt es omne in babylonem.1.Paralipo.18.Eris pluri-
mum de quo fecit Salomon mare eneum & columnas & Eneum.

Digitized by Google

vaſa enea. Iob.16. Nec caro mea enea eſt. Ezech.1. Quaſi aſ
pectus eris candētis. & in eodē.16. Quia effuſum eſt es tuū.
Et in eodem.22. Omnes iſti es & ſtagnum. ponitur etiam
pro aurichalco. quod eſt es fuſile coloris aurei.3. Reg.7.
Omnia vaſa que fecit hiram regi Salomoni in domo do-
aurichalcū נְחוּשְׁתָּן
mini de aurichalco erāt. Et inde נְחוּשְׁתָּן Nechuſthan. Trāſ
latio noſtra habet noheſtam: ideſt eneum ſiue ereum.4.
Reg.18. Confregitq́ꝫ ſerpentem eneum quem fecerat moy
ſes: vocauitq́ꝫ nomen eius noheſtam. & ſecundum hebreos
nun finalis eſt diminutiua. quaſi dicat. Enulus eſt. ideſt
נְחֻשֶׁת
parum eris eſt & nihil numinis habet. Et inde נְחֻשֶׁת Ne-
chuſath. ideſt compes. eo ꝙ ſit ex ere. Threñ.3. Aggraua-
Compes.
uit compedes meos. Quod in hebreo legitur ſingulariter
נְחֻשְׁתַּיִם
ſcilicet compedem meum. Et in plurali נְחֻשְׁתַּיִם Nechu
Cōpedes.
ſtaim.2. Reg.4. Et pedes tui non ſunt compedibus aggra-
uati.

נָחַת Nachath. deſcendere. opprimere. cōfringere. occum-
נָחַת
Deſcēdere
bere. ſiue occumbere facere.4. Reg.6. Quia ibi ſyri
in inſidiis ſunt. Pro quo hebrei legunt. Quia ibi ſyri deſcē
dentes. ideſt caſtrametati ſunt in inſidiis in aliquo valle vel
profundo. Iob.21. Et in puncto ad infernum deſcendunt.
Ps.37. Quoniam ſagitte tue infixe ſunt mihi: & confirma
ſti ſuper me manum tuam. Pro quo hebrei legunt. Quo-
niam ſagitte tue deſcenderunt in me: & deſcendit ſuper me
manus tua. Hiere.21. Qui dicitis quis percutiet nos. Pro
quo hebrei legunt. Quis deſcendet ſuper nos: vel quis op-
primet nos. Dañ.4. Et ecce vigil & ſanctus de celo deſcen-
Occūbere facere.
dit. Ioel.3. Ibi occumbere faciet dominus robuſtos tuos.
multiplicare
Ponitur etiā pro multiplicare. Ps.64. Multiplica genimi-
na eius. Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. Deſcen-
dat in ripas vel in valles eius: ſcilicet pluuia. Ponitur etiam
pro componere. ps̄.17. Et componens quaſi arcum ereum
brachia mea. Hebrei tamen in predicto loco legunt. Et con
fract⁹ eſt arcus ereus brachiis meis. De quo vide ſupra in di
ctione חָתַת Cathath: quia inde poteſt deriuari. Et inde
נָחַת
נַחַת Nachath. ideſt deſcēſio. Iob.17. Putas ne ſaltem ibi erit
requies mihi. Pro quo hebrei legunt. Si ſimul in puluerem
Deſcenſio.
deſcenſio: ſcilicet mea erit. Poteſt etiam deriuari a dictione
נוֹחַ Noach que ſignificat requieſcere. & tunc erit ſenſus ſi-
cut in littera noſtra. Ponitur etiam pro terrore. Eſa.30. Et
Terror.
terrorem brachii ſui oſtendet.

נָטָה Nata. declinare. inclinare. auertere. tendere. extende-
נָטָה
Auertere.
re. Nu.22. Auertit ſe de itinere. ideſt declinauit de iti
Declinare
nere. Et in eodem. Et niſi declinaſſet aſina de via. Deut.16.
Nec in alteram partem declinent. Iudi.19. Donec increſcat
dies. Pro quo hebrei legunt. Donec declinet dies.1. Reg.8.
Sed declinauerūt poſt auariciā.2. Reg.2. Et vade ad dexte
ram ſiue ad ſiniſtram. Pro quo hebrei legunt. Et declina ad
dexteram ſiue ad ſiniſtram.3. Reg.2. Quod Ioab declinaſ-
ſet poſt adomiam & poſt Salomonem non declinaſſet. Eſ-
Inclinare.
dre.7. Et in me inclinauit miſericordiam ſuam. Iob.21. Vi
am eius cuſtodiui & non declinaui ex ea. Et in eodem.31.
Si declinauit greſſus meus de via. Ps.17. Et inclinauit ce-
los & deſcendit. Ps.61. Tanꝙ̄ parieti inclinato. Ps.72. Mei
autem pene moti ſunt pedes. Pro quo hebrei legunt. Mei
autem pene inclinati vel declinati ſunt pedes. Ps.85. Incli
na domine aurem tuam: et exaudi me. Ps.101. Dies mei
ſicut vmbra declinauerunt. Ps.118. Inclina cor meum
in teſtimonia tua. Et in eo. inclinaui cor meū ad faciendas
iuſtificatiōes tuas Ps.140. Ne declines cor meum in verba
malicie. Prouer.4. Ad eloquia mea inclina aurem tuam.
Et in eodem. Ne declines ad dexteram neq́ꝫ ad ſiniſtram.

Eſa.30. Declinate a me ſemitam. Et in eodem.66. Ecce ego
declinabo ſuper eam quaſi fluuium pacem. Hiere.6. Quia
longiores facte ſunt vmbre veſperi. Pro quo hebrei legūt.
Quia inclinate ſunt vmbre veſperi. Et in eodē.15. Et quaſi
viator declinans ad manendum. Et frequenter ſcribitur ſi-
ne nun & etiam ſine he. vt in aliquibus locis predictis & in
ſequentibus. Oſee.11. Et declinaui ad eum vt veſceretur.
Vbi ponitur אַט At: & ſola littera tet eſt eſſentialis illius ver
bi. nam littera aleph īdicat primā perſonam futuri: & pro
pter vau coniunctionem precedentem fit de futuro prete-
ritum. vt dictum fuit in arte grāmatica. Significat etiam
נָטָה
נָטָה Nata Tendere ſiue extendere. Geñ.26. Extendit ta-
bernaculum ſuum. Et in eodem.33. Emitq́ꝫ partem agri in
Extendere
qua fixerat tabernaculū. Pro quo hebrei legunt. In qua ex-
tenderat tabernaculum ſuum. Exo.6. Ac redimam vos in
Extendere
brachio excelſo. debet legi in brachio extēto. Et in eodem.
14. Extende manum tuam ſuper mare. Et in eodem. Cum
q́ꝫ extendiſſet Moyſes manum. Nu.24. Vt valles nemoro
roſe. Pro quo hebrei legunt. vt valles extente ſeu inclinate.
4. Reg.21. Et extendam ſuper ieruſalem funiculum ſama-
rie. Iob.9. Qui extendit celos ſolus. Ps.103. Extendens ce-
los ſicut pellem. Prouer.1. Extendi manum meam. Eſa.3.
Et ambulauerunt extento collo. Amos.2. Et ſuper veſtimē
tis pignoratis accubuerunt. Pro quo hebrei legunt. & ſu-
per veſtimentis pignoratis extenderunt ſe ſiue inclinaue-
runt ſe: ideſt accubuerunt: ſicut eſt in littera nr̄a. Zach.1. Et
מִטָּה
perpendiculum extendetur ſuper Ieruſalem. Et inde מִטָּה
Mita. ideſt lect⁹. lectulus. reclinatorium. Geñ.47. Conuer
Lectulus.
ſus ad lectuli caput. Et in eodem.49. Collegit pedes ſuos
ſuper lectulum. Canti.3. En lectulum ſalomonis ſexaginta
fortes ambiunt. Ezech.23. Et ſediſti in lecto pulcherrimo.
Lectus.
מִטּוֹת
Et in plurali מִטּוֹת Mitoth. Amos.6. Qui dormitis in le
Lectuli.
ctis eburneis. Et inde מוּטֶּה Mute. ideſt declinatio ſeu auer
מוּטֶּה
ſio a via recta. Ezech.9. Et ciuitas repleta eſt auerſione. Et
Auerſio.
inde מַטֶּה Mate. ideſt virga ſeu baculus ſuper quo homo ali
מַטֶּה
quādo inclinatur: aut ſceptrum ſeu tribus. Exo.4. Verſaq́ꝫ
Virga.
eſt in virgam. Et in eodem. virgam quoq́ꝫ hanc ſume in
Baculus.
manu tua. Leuit.26. Poſtq̄ꝫ confregero baculum panis ve
ſtri. Nu.27. Germinabit virga eius. Ezech.7. Floruit vir-
ga. Et in eodem. Iniquitas ſurrexit in virgā impietatis. &
מַטּוֹת
in plurali מַטּוֹת Matoth. Nu.27. Virgas duodecim. Et in
Virge.
eodem. Protulit ergo moyſes omnes virgas. Reperitur etiā
in genere maſculino. Abac.3. Maledixiſti ſceptris ei⁹. Item
Sceptrū.
מַטֶּה
מַטֶּה Mate. ideſt tribus ſeu familia. Nume.1. De tribu ruben
Tribus:
Et in eodem.31. Mille viri de ſingulis tribubus eligantur.
מַטּוֹת
& in plurali מַטּוֹת matoth. Nu.1. Hi nobiliſſimi principes
multitudinis per tribus & cognationes ſuas. et in eo.30. &
Tribus.
locutus eſt ad principes tribuum filiorum iſrael.

נָטַל Natal. Portare. leuare. iacere. proiicere.2. Regum.
נָטַל
נְצִיב inde נְצִיב Neſib.ideſt ſtatua ſiue ſtatio.Geñ.19. Que ver-
Statua ſa eſt in ſtatuam ſalis.1.Paralipo.11. Et ſtatio philiſtino-
Statio. rum in bethleem.Significat etiam prepoſitum ſeu prefe-
prefectus ctum.3.Regum.4.Habebat autem ſalomon duodecim p̄-
fectos ſuper omnem iſrael.Et in eodem. Nutriebantꝗ eos
ſupradicti regis prefecti.Et inde מַצֵּבָה Maſeba. ideſt ſta מַצֵּבָה
tio ſiue ſtatua.vt Eſa.22.Et expellam te de ſtatione tua. po Statio.
nitur etiam pro titulo vel ſtatua.Geñ.35.Erexitꝗ iacob ti
tulum ſuper ſepulchrum eius:hic eſt titulus monumenti ra Titulus.
chel.Exo.23.& confringes ſtatuas eorum. vide etiam de Statua.
hoc ſupra in dictione יָצַב Iaſab.Ponitur etiam נְצָב Niſab נְצָב
pro capulo gladii.Iudi.3.Vt capulus ſequeretur ferrum in Capulus.
vulnere.Item נְצַב naſab.in lingua chaldaica ſignificat plā נְצַב
tare.& inde נִצְבֶּת niſcbeth.ideſt plantatio.Dañ.2.De plan Plantare.
tatione eris & ferri oriebatur. נִצְבֶּת

נָצָה Naſa.Iurgari.rixari.litigare.litem concitare.vaſtare. Plātatio.
florere.volare.Exo.2.Conſpexit duos hebreos rixā- נָצָה
tes.Et in eodem.21.Si rixati fuerint viri.Leuit.24.Iurga- Rixari.
tus eſt in caſtris cum viro iſraelita.Nume.26. qui ſurrexe- Iurgari.
runt contra moyſem & Aaron.pro quo hebrei legunt.qui
iurgati ſunt.Et in eodem.Quando aduerſus dominum re
bellauerunt.Pro quo hebrei legunt. Quando iurgati ſunt
aduerſus dominum.Et in titulo.Ps.59.Vbi dicitur:cū ſuc
cendit meſopotamiam ſyrie.Pro quo beatus hieronymus
tranſtulit.Cum pugnauit aduerſus ſyriam meſopotamie. Pugnare
Et inde מַצָּה Maſa.ideſt rixa.contētio.iurgium.Prouer. מַצָּה
16.Qui meditatur diſcordias diligit rixas. Eſa.41. Viros Rixa.
rebelles tuos.Pro quo hebrei legunt.viri contentionis tue Contētio.
ſiue iurgii tui.ideſt iurgantes aduerſum te. Et in eodem.
58.Ecce ad lites & ad contentiones ieiunatis.Significat eti
am ſupradicta dictio:vaſtare.Hiere.4. Ciuitates tue vaſta- Vaſtare.
buntur.Eſa.37.In erradicatione collium compugnantiū.
Pro quo hebrei legunt.In erradicationem collium deuaſta
torum ſeu deſertorum.& ſecundum primam ſignificatio-
nem poteſt legi ſicut eſt in littera noſtra. ſignificat etiam
florere ſeu germinare.Canti.6. Si germinaſſent mala pu- Germinare.
nica.Et in eodem.7.Si floruerunt mala punica. Vide eti- Florere.
am de hoc ſupra in dictione נִין nus.ſignificat etiam vola-
re.vt Threñ.4.Iurgati quippe ſunt & commoti. pro quo
hebrei legunt. Volauerunt & commoti ſunt. Poteſt etiam Volare.
legi ſicut eſt in lr̃a nr̃a.Et aliqñ ſcribitur cum aleph in fine
loco he.vt Hiere.48.Date florem moab quia florens egre
dietur.pro quo he.le.Date alam ſeu pennam moab.quia vo
lans volabit.poteſt etiam legi ſicut eſt in littera noſtra. Et
inde נוֹצָה noſa.ideſt pluma.Leuit.1. Veſiculam vero guttu נוֹצָה
ris & plumas proiiciet.Ezech.17.Plena plumis & varieta Pluma.
te.Et in eodem.Magnis alis multiſꝗ plumis.

נָצַח Naſach.Triumphare.ſuperare.vincere.ſeu victoriam נָצַח
obtinere.inſtare.ſolicitare.vrgere.Prefectum ſeu pre triūphare.
poſitum eſſe.1.Reg.15.Porro triumphator iſrael non par
cet tibi.1.Paralip.15.In citharis pro octaua canebant epi-
nicion.pro quo he. le. canebāt ad vincendum ſeu pro vi- Vincere.
ctoria.& eſt idem cum littera noſtra:nam epinicion grece
carmen triumphale ſignificat.& in titulo.Ps.4. vbi dici-
tur in finem in carminibus pſalmus dauid.pro quo beatus
hieronymus in pſal.iuxta he.ve.tranſtulit victori in canti
cis pſalmus dauid.& ſir̃r in aliis titulis pſalmorum.Dañ.6.
Igitur daniel ſupabat oēs principes.Malach.3. Victor in ſuperare.
pſalmis canentem.ſignificat ēt inſtare.vel vrgere. ſeu pre
poſitū vel prefectum eſſe.2.Paralip.2.Prepoſitoſꝗ eorum Prepoſitū
tria millia.ideſt illos qui inſtabant operibus. Et in eodem. eſſe.
Tria autem millia ſexcentos prepoſitos operum populi.Eſ Vrgere.
dre.3.Vt vrgerent opus domini.Et in eodem. Vt inſtarent Inſtare.
ſup eos q faciebāt opus.& inde נֵצַח neſach.i.fortitudo.vir- נֵצַח
tus.Eſa.63.Et detraxi in terram virtutem eorum. Ponitur Virtus.
etiam pro ſanguine in quo eſt fortitudo & vita. Et in eo-
dem.Et aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea. ſanguis

Digitized by Google

ſignificat etiam eternum ſeu perpetuum. vt. Ps. 12. Vſque quo domine obliuiſceris mei in finem. ideſt in eternum. Ps. 48. Et viuet adhuc in finem. Pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit. Et viuet vltra in ſempiternum. Eſa. 13. Non habitabitur vſq; in finem. ideſt vſq; in eternum. Hiere. 15. Quare factus eſt dolor meus perpetuus. Threñ. 3. Periit finis meus. pro quo ſecundum primam ſignificationem aliqui hebrei legunt. Periit victoria mea. poteſt etiam legi ſic piit eternitas ſeu perpetuitas mea. Ponitur etiam pro ſeculo. Eſa. 64. In ſecula ſeculorum non erit tranſiens per eam. Et inde נִצַּחַת niſáchath. ideſt fortis ſeu perpetua. Beatus hieronym⁹ trãſtulit. contentioſam. Hiere. 8. Quare auerſus eſt populus iſte in ieruſalem auerſione contentioſa.

Sẽpiternũ. Perpetu⁹. Finis. Seculum. נִצַּחַת Cõtentioſa

נָצַל Naſal. eripere. liberare. euadere. eruere. Auferre. abſtrahere. ſpoliare. Geñ. 37. Volens eripere eũ de manibus eorum. Exo. 5. Et non liberaſti eos. Et in eodem. 18. Et eruit me de gladio pharaonis. Deut. 23. Non trades ſeruum domino ſuo qui ad te cõfugerit. ideſt qui ad te euaſerit. Ioſ. 2. Et eruatis animas noſtras a morte. 2. Reg. 22. in die qua liberauit eum dominus de manu omnium inimicorum ſuorum. 2. Reg. 20. Et effugiat nos. pro quo hebrei legunt. Et euadat oculos noſtros. & eſt ſenſus ſicut in littera noſtra. 4. Reg. 18. Eruens liberabit nos dominus. Iob. 5. In ſex tribulationibus liberabit te. Ps. 32. Vt eruat a morte animas eorum. ps. 33. Et de omnibus his liberauit eum dominus. Ps. 85. Et eruiſti animam meam ex inferno inferiori. Eſa. 20. Vt liberarent nos a facie regis aſſyriorum. Et in eo. 37. Et tu poteris liberari. Hiere. 7. Et dixiſtis liberati ſumus. Ezech. 14. Ipſi iuſtitia ſua liberabunt animas ſuas. Amos. 4. Quaſi torris raptus ab incendio. ideſt liberatus vel erutus ab incendio. Zach. 3. Nunquid non iſte torris eſt erutus de igni. Et inde הַצָּלָה Haſala. ideſt liberatio. Eſter. 4. Per aliam occaſionem liberabuntur iudei. pro quo hebrei legunt. Refrigerium & liberatio ſtabit iudeis de loco alio. Significat etiã aufferre vel ſpoliare. ſeu diripere. Geñ. 31. Tulitq; deus ſubſtantiã patris veſtri & dedit mihi. Et in eodem. Sed deus tulit opes patris noſtri & eas tradidit nobis. Exo. 3. Et ſpoliabitis egyptum. Et in eo. et ſpoliauerũt egyptios. ideſt abſtulerunt ab eis opes. Et in eodem. 33. Depoſuerunt ergo filii iſrael ornamentum ſuum. 2. Paralip. 20. Et diripuerunt ita vt omnia portare non poſſent.

Eripeſ. Liberare. Eruere. Euadere. הַצָּלָה Liberatio. Tollere. Spoliare. auferre. Depouere Diripere.

נָצַר Naſar. cuſtodire. ſeruare. vaſtare. Deut. 32. Et cuſtodiuit quaſi pupillam oculi. Et in eodem. 33. Et pactũ tuum ſeruauerunt. Ps. 24. Requirentibus teſtamentum eius. pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. tranſtulit. His qui cuſtodiunt pactum eius. ps. 33. Prohibe linguam tuam a malo. Pro quo beatus hieronymus in predicto pſalterio tranſtulit. Cuſtodi linguam tuam a malo. Ps. 118. Quia iuſtificationes tuas exquiſiui. pro quo beat⁹ hieronymus tranſtulit. Quia precepta tua cuſtodiui. ps. 140. Et oſtium circunſtantie labiis meis. pro quo beatus hieronymus tranſtulit. Serua paupertatem labiorum meorum. Prouer. 4. Cuſtodi illam quia illa eſt vita tua. Et in eo. 22. Oculi dñi cuſtodiunt ſcientiam. Et in eo. 27. Qui ſeruat ficum comedet fructus eius. Eſa. 27. Ego dominus qui ſeruo eam. Et in eodem. Nocte & die ſeruo eam. Naum. 2. Qui cuſtodiat obſidionem. Et aliquando ſcribitur ſine nun. vt Eſa. 8. Liga teſtimonium. Pro quo hebrei legunt. Serua teſtimonium. Poteſt etiam deriuari a dictione צָרַר ſarar. q̃ ſignificat ligare. ſicut eſt in littera noſtra. Et inde נֹצֵר noſer ideſt cuſtos. & in plurali נֹצְרִים Noſrim. 4. Reg. 18. A turre cuſtodum. Hiere. 4. Auditum eſt in ieruſalem cuſtodes venire de terra longinqua. Et in eodem. 31. Clamabunt cuſtodes in monte ephraim. Et inde נְצֻרוֹת Neſuroth. i. res obſeruate & occulte. Hiere. 33. Et annunciabo tibi grandia & firma que neſcis. pro quo hebrei legunt. Annunciabo tibi grãdia & obſeruata vel occulta que neſcis. Et ĩde נְצוּרַת Neſurath. ideſt occulta. ſcilicet ad inſidiandum vel decipiẽdum. Prouer. 7. Et preparata ad decipiendas animas. Pro quo hebrei legunt. Et obſeruata vel occulta corde. Poteſt ẽt legi ſic. Et vaſtata ſeu deſerta corde. Nam predicta dictio etiam ſignificat vaſtare vel deſolare. Eſa. 1. Sicut ciuitas q̃ vaſtatur. Et inde נְצוּרִים Neſurim. ideſt loca deſerta: vel vaſtata. Beatus hieronymus tranſtulit delubra mortuorum. Eſa. 65. Et in delubris mortuorum dormiant. Ponitur etiam pro fecibus. Eſa. 49. Et feces iſrael conuertendas. vbi pro fecibus ponitur נְצוּרֵי Neſure. ſicut alias שְׁמָרִים ſemarim ſignificat feces & deriuatur a שָׁמַר Samar. quod ſignificat cuſtodire: vt infra dicetur. Hebrei tamen in predicto loco legunt. Et deſerta ſeu deuaſtata iſrael ad conuertẽdũ.

נָצַר Cuſtodire. ſeruare. נֹצֵר נֹצְרִים Cuſtodes. נְצֻרוֹת obſeruata. נְצוּרַת Occulta. Vaſtare. נְצוּרִים Delubra mortuorũ. Feces.

Item נֵצֶר neſer. flos. virgultũ. ſtirps. germẽ. Eſa. 11. Et flos de radice eius aſcendet. Et in eodem. 14. Tu autem reiect⁹ es de ſepulchro quaſi ſtirps inutilis. Et in eodem. 60. Germen plantationis mee.

נֵצֶר flos. Stirps. Germen.

נִקִּיק Nechic. cauerna. foramẽ. fiſſura. Eſa. 7. Et in cauernis petrarum. Hiere. 13. Abſconde illud ibi in foramine petre.

נִקִּיק cauerna. foramen.

נָקַב Nacab. perforare. explanare. declarare. nominare. maledicere. ſeu blaſphemare. 4. Reg. 12. Et aperuit foramen deſuper. pro quo hebrei legunt. Et perforauit foramen. Iob. 40. Et in ſudibus perforabis nares eius. Eſa. 36 Intrauit in manum eius & perforauit eam. Aggei. 1. In ſacculum pertuſſum. i. perforatum. & ĩde מַקֶּבֶת machébeth. ideſt malleus. Iudi. 4. Aſſumens pariter & malleum. Ponitur etiam pro cauerna. Eſa. 51. Et ad cauernam laci vnde p̃ciſi eſtis. & in plurali מַקָּבוֹת macaboth. ideſt mallei. 3. Reg. 6. Et malleus & ſecuris & omne ferramentum non ſunt audita in domo. Quod in hebreo legitur pluraliter. ſcilicet mallei & ſecuris. Eſa. 44. Et in malleis formauit illud. Et ĩde נְקֵבָה Necheba. ideſt femina. Geñ. 1. Maſculum & feminam creauit eos. Leuit. 12. Si feminam peperit. Nu. 31. Cur feminas reſeruaſtis. Item נָקַב nacab. ideſt explanare. ſeu declarare aut nominare. Geñ. 30. Conſtitue mercedem tuam. Pro quo hebrei legunt. Declara ſeu explana mercedem tuam. Nu. 1. Quos tulerunt moyſes & Aaron. pro quo hebrei legunt. Et tulit moyſes & Aaron viros iſtos qui declarati ſeu explanati ſunt per nomina vel qui nominati ſunt per nomina. Eſa. 62. Quod os domini nominauit. Amos. 6. optimates capita populorum. ideſt nominati capita populorum. Significat etiam maledicere ſeu blaſphemare. Leuit. 24. Cumq; blaſphemaſſet nomen domini. Et in eodem. Et qui blaſphemauerit nomen domini morte moriatur. Nume. 23. Quomodo maledicam cui non maledixit deus. Et in eodem. Inde maledicito ei. Iob. 3. Maledicant ei qui maledicunt diei. Et in eodem. 5. Et maledixi pulchritudini eius ſtatim. Prouerb. 21. Qui abſcondit frumẽtum maledicetur in populis. Abach. 3. Maledixiſti ſceptris eius.

נָקַב Perforaſ. מַקֶּבֶת Malleus Cauerna. מַקָּבוֹת Mallei. נְקֵבָה femina. נָקַב Declarare Nominare Blaſphemare. maledicẽ.

נִקּוּד Nycud. Punctum ſeu ſtigma: aut macula. ſcilicet diuerſi coloris. Canti. 1. Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. Pro quo hebrei legunt. Cum punctis vel ſtigmatibus argenti. Vbi ponitur נְקֻדּוֹת Necudoth. in numero plurali. & inde נָקֹד Nacud. ideſt animal album habens maculas nigras vel econuerſo. Geñ. 30. & ſepara cunctas oues varias. i. hñtes maculas varii coloris

נִקּוּד Punctum נְקֻדּוֹת Puncta. נָקֹד Vari⁹.

Digitized by Google

Et in eodem. Et quodcunq̧ fuluum & maculoſum varium
q̧ fuerit. Et in eodē, Et omnia que non fuerint varia & ma
נֹקֵד culoſa. & fulua. Et a talibus pecoribus dictus eſt נֹקֵד noced
ideſt paſtor. ſiue ille qui alit pecora. 4. Reg. 3. Porro meſa
Rex moab nutriebat pecora multa. Pro quo hebrei legunt
Paſtor Erat armentarius ſeu paſtor. & in plurali. נֹקְדִים Nocdim.
נֹקְדִים Amos. 1. verba amos qui fuit in paſtoralibus thecue. & in
paſtorales de נִקֻּדִים Necudim. i. panis mucidus ſeu putrefactus. Eo
נִקֻּדִים quod in eo ſunt quaſi macule vel puncta diuerſi coloris. p
Cōminuti. quo beatus hieronymus tranſtulit comminuti. Ioſ. 9. Pa
nes quoq̧ quos portabant ob viaticum duri erāt in fruſtra
comminuti. Et in eo. Nūc ſicci facti ſunt & ſiccitate nimia
נִקֻּדִים cōminuti. ponitur etiam נִקֻּדִים Necudim pro cruſtula pa
Cruſtula panis. nis. 3. Regū. 14. Tolle quoq̧ in manu tua decem panes &
cruſtulam.

נָקָה Mūdū eē. נָקָה Naca. mundum ſeu innocentem eſſe. mundare. parce
re. deſſolare ſeu exterminare. Geñ. 24. Non tenebe
ris iuramento. Pro quo hebrei legunt. Et mundus ſeu ino
cens eris a iuramento. Exo. 34. Nulluſq̧ apud te per ſe in
nocens eſt. Pro quo hebrei legunt. Et innocens non faciet
Innocentē innocentem vel non erit inocens. vel ſic. Et mundans non
eſſe. mundabit. Et eſt ſenſus ſicut in littera noſtra. Poteſt etiam
legi ſic. Nec quaſi innocenti parcet. Et eadem verba habē
tur. Nu. 14. vbi dicitur. Nullūq̧ innoxiū derelinquens. &
Hiere. 46. Nec quaſi innocenti parcam tibi. Et ſupra in eo
dem. 30. vbi dicitur. Et non tibi videaris innoxius. Nu. 5.
Non te nocebunt aque iſte amariſſime. Pro quo hebrei le
gunt. Innocens ſeu innoxia eris ab aquis iſtis. Et in eodē.
Innoxium Erit innoxia & faciet liberos. Et in eodem. Maritus abſq̧
eſſe. Mūdare. culpa erit. ideſt innocens ſeu mundus erit a culpa. Ps. 18. ab
occultis meis munda me. Et in eodem. Et emundabor a de
licto maximo. Hiere. 49. Et tu quaſi innocens relinque
ris: non eris innocens. Ioel. 3. Et mundabo ſanguinem eo
rum quos non mundaueram. & aliquando ſcribitur cum a
leph loco he. Dañ. 7. Et capilli capitis eius quaſi lana mun
נִקָּיוֹן da. & inde נִקָּיוֹן Nicaion. ideſt mundicia. innocentia. Ps. 25
Lauabo inter innocentes manus meas. Pro quo beatus hie
ronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtu
Innocētia lit. Lauabo in innocentia manus meas. Oſee. 8. Vſq̧quo
non poteris emundari. pro quo hebrei legunt. Vſquequo
non poteris mundiciam. ſcilicet habere. Amos. 4. Dedi vo
Stupor Mundicia bis ſtuporem dentium. Pro quo hebrei legunt. Dedi vobis
mundiciam dentium. In quo ſignificatur magnitudo fa
mis. nam qui non comedunt mundos habent dentes. & in
נָקִי de נָקִי Nachi. i. mundus. innocens. innoxius. Geñ. 24. In
Innocēs. nocens eris a maledictione mea. Exo. 21. Dominus quoq̧
bouis innocens erit. Iob. 4. Quis vnquā innocens periit.
Ps. 14. Et munera ſuper innocentem non accepit. Ps. 23.
Innocens manibus & mundo corde. p̄s. 105. Et effuderunt
ſanguinē innocentem. & aliquando ſcribitur cum aleph in
fine. Ioel. 3. Et effuderint ſanguinem innocentem in terra
ſua. Ione. 1. Et ne des ſuper nos ſanguinem innocentem. &
נְקִיִּים in plurali. נְקִיִּים Nechiim. Geñ. 44. vos autem eritis inno
Innoxii. xii. Ioſ. 2. Innoxii erimus a iuramento hoc quo adiuraſti
מְנַקִּיּוֹת nos. Et inde מְנַקִּיּוֹת Menachiioth. Pro quo beatus hierony
Cyathi. mus tranſtulit cyathos. Exo. 25. Et cyathos in quibus offe
נָקָה renda ſunt libamina. Item נָקָה Naca. i. Deſolare. ſeu exter
Deſolare. minare. Eſa. 3. Et deſolata in terra ſedebit. Zach. 5. Quia
Exterminari omnis fur ſicut ibi ſcriptum eſt iudicabitur. pro quo he. le.
Iudicari. Exterminabitur ſiue deſolabitur. & in eo. Et omnis iurās
ex hoc ſimiliter iudicabitur.

נָקַם נָקַם Nacam. vindicare. vlciſci. Geñ. 4. Omnis qui occide
rit cain ſeptuplum punietur. pro quo hebrei legunt.
Septuplum vindicabitur. Et in eodem. ſeptuplum vltio da Vidicare.
bitur de cain. Exo. 21. Criminis reus erit. pro quo hebrei le
gunt. vindicta vindicabitur. Et in eodem. non ſubiacebit
pene. Pro quo hebrei legunt. non vindicabitur. Leuit. 19.
non queras vltionem. ideſt non vindices te. Et in eo. 26. &
inducā ſup vos gladiū vltorē federis. Nu. 31. Vlciſcere pri Vlciſci.
us filios iſrael. Ioſ. 10. Donec vlciſceretur ſe gens de inimi
cis ſuis. Iudi. 15. Tamen adhuc ex vobis expetam vltionē.
Et in eodem. 16. & vlciſcar me de hoſtibus meis. 1. Reg. 24.
& vlciſcatur me dominus ex te. 4. Reg. 9. & vlciſcar ſangui
nem ſeruorum meorum prophetarum. p̄s. 7. vt deſtruas
inimicum & vltorem. Eſa. 1. & vīdicabor de inimicis meis.
Hiere. 46. vt ſumat vindictam. & in eodem. 50. Quoniam
vltio domini eſt: vltionem accipite de eo. & in eodem. 51. &
vlciſcar vltionem tuam. Ezech. 25. & vindictam expetiuit
de eis. pro quo hebrei legunt. & vlti ſunt in eis. Naum. 1. de
us emulator & vlciſcens dominus: vlciſcens domin9 habēs
furorem. & inde נָקָם nacam. ideſt vindicta. vltio. vt in ali נָקָם
quibus locis predictis. & Deut. 32. & vindictam retribuet in Vindicta.
hoſtes eorū. ſcribitur etiam cū he vel thau in fine. p̄s. 149.
Ad faciendam vindictam in natiōib9. Hiere. 11. Videam vl
tionem tuam ex eis. & in plurali. נְקָמוֹת necamoth. p̄s. 93. Vltio
Deus vltionum dominus. נְקָמוֹת

נָקַף nacaph. ſcindere. excidere. excutere. circuire. Eſa. 10. Vltiones
& ſubuertentur condenſa ſaltus eius ferro. ideſt excidē נָקַף
tur ferro. & in eodem. 17. ſicut excuſſio olee. & in eo. 24. Excidere Excutere
Quomodo ſi pauce oliue que remanſerint excutiantur ex
olea. Significat etiam circuire ſiue euoluere. Iob. 1. Cumq̧
in orbem tranſiſſent dies conuiuii. ideſt cum circuirent vel Circuire.
cum euoluerentur aut cum in circuitu tranſiſſent. & in eo
dem. 19. & flagellis ſuis me cinxerit. ideſt circundederit. & Cingere.
in eodem. & rurſus circundabor pelle mea. Eſa. 29. Solēni circūdari
tates euolute ſunt. & inde נִקְפָּה nicpa. pro quo beatus hiero Euoluere.
nimus trāſtulit funiculum. Eſa. 3. & pro zona funiculus. He נִקְפָּה
brei tamen dicunt q̧ ſignificat exciſſionem. Exciſio.

נָקַר nacar. euellere. eruere. perforare. effodere. Nu. 16. An נָקַר
& oculos noſtros vis eruere. Iudi. 16. Statim eruerunt Eruere.
oculos eius. 1. Reg. 11. Vt eruam omnium veſtrum oculos
dexteros. Iob. 30. nocte os meū perforatur dolore. Prouer. Perforare.
30. Suffodiant eum corui de torrente. Eſa. 51. Et ad cauer
nam laci vnde exciſi eſtis. ideſt vnde effoſi eſtis. Et inde Excidere.
נִקְרַת nicrath. ideſt foramen vel ſciſſura. Exo. 33. Ponā te נִקְרַת
in foramine petre. Eſa. 2. & ingredientur ſciſſuras petrarū. Foramen. Sciſſura.

נָקַשׁ nacas. offendere. ſcandalizare. illaqueare. inſidiari. נָקַשׁ
cōprehendere. capere. collidere. Deut. 7. nec ſumas Offendere
ex eis tibi quicquam ne offendas. Et in eodem. 12. Caue ne
imiteris eos. pro quo hebrei legunt. ne offendas poſt eos
1. Reg. 28. Quare ergo inſidiaris anime mee vt interficiar. Inſidiari.
Ps. 37. Et vim faciebant qui querebant animam meam. p
quo hebrei legunt. & inſidiabantur vel ſcandalizabant ſeu
offendebant querentes animam meam. ideſt ſcandala ſeu Scandalizare.
offendicula ponebant. Vide etiam de hoc ſupra in dictione
יָקַשׁ Iacas. ſignificat etiam comprehendere. p̄s. 9. In ope Cōprehendere.
ribus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator. poteſt
etiam legi offendit peccator. ponitur etiam pro ſcrutari.
p̄s. 108. Scrutetur fenerator omnem ſubſtantiam eius. Si Scrutari.
gnificat etiam collidere. Dañ. 5. Et genua eius ad ſe inuicē Collidere.
collidebantur.

נֵרְדְּ nerde. nardus. ſpecies aromatica. vnde ab hebreo tra נֵרְדְּ
xit originem. Canti. 1. nardus mea dedit odorem ſu Nardus.
um. Et in eodem. 4. nardus & crocus. Et in plurali נְרָדִים נְרָדִים
neradim. vt in eodem. Ciperi cum nardo: quod in hebreo Nardi
legitur pluraliter. ſcilicet cum nardis.

Digitized by Google

נָשַׁשׁ נָשַׁשׁ **Obliuiſci.** Naſas. obliuiſci. & ſcribitur cum ſimplici ſin. Geñ. 41. Obliuiſci me fecit deus omniũ laborum meorum. & de hoc vide infra in dictione נָשָׂה Naſa.

נָשָׂא נָשָׂא Naſa. cum ſin & pũcto ceboleth. Leuare. eleuare. extollere. exaltare. portare. ſuſtinere. ſumere. ferre. iurare. nubere. parcere. dimittere. ſ. delictũ vel peccatum. indulgere.

Eleuare. Leuare. Geñ. 18. Cumq́ꝫ eleuaſſet oculos. Et in eodẽ. 21. Cumq́ꝫ eiulatu magno fleret. Pro quo hebrei legũt. Et eleuauit eſau vocem ſuam & fleuit. Et in eodem. 29. Profectus ergo iacob venit in terram orientalẽ. Pro quo hebrei legunt. Et eleuauit iacob pedes ſuos & abiit in terram orientalem. Et in eodem 40. Recordabitur pharao miniſterii tui. Pro quo hebrei legunt. Leuabit ſiue extollet pharao caput tuũ. Et in eodẽ. Recordatus eſt inter epulas magiſtri pincernarum & piſtorum principis. Pro quo hebrei legunt. Et leuauit ſiue extulit caput principis pincernarum & caput principis piſtorum in medio ſeruorum ſuorum. Sed beatus hieronymus trãſtulit ſenſum. Exo. 35. obtulerunt mente prõptiſſima atq́ꝫ deuota. Pro quo hebrei legunt. Et venit omnis vir quem eleuauit cor ſuũ. Nu. 16. Cur eleuamini ſuper populum dñi. Ruth. 1. Et eleuata voce flere ceperũt. 2. Reg.

Exaltare. 5. Et quoniã exaltaſſet regnum eius ſuper populum ſuum. Et in eodem. 20. Leuauit manũ ſuam cõtra regem. 3. Reg. 1. Adonias autem filius agith eleuabatur dicens ego regnabo.

Subleuare. 4. Reg. 14. & ſubleuauit te cor tuũ. Iob. 41. Cum ſublatus fuerit timebũt angeli. i. cum ſubleuatus fuerit. Pro quo hebrei legũt. Ab eleuatione eius timebũt dii ſiue angeli vel fortes. p̄s. 23. Et eleuamini porte eternales. p̄s. 27. Dum

Extollere. extollo manus meas ad tẽplum ſanctum tuũ. p̄s. 88. Motũ autem fluctuũ eius tu mitigas. Pro quo hebrei legunt. Cũ eleuantur fluctus eius tu mitigas eos. Vnde btũs hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. trãſtulit eleuationes autem gurgitũ eius tu mitigas. Ps. 138. Accipient in vanitate ciuitates tuas. Pro quo btũs hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. trãſtulit. Eleuati ſunt fruſtra aduerſarii tui. Eſa. 2. Et ſuper omnem arrogantem. Pro quo hebrei legunt. Et ſuper omnem eleuatũ. i. eleuantẽ ſe ſiue elatum. Et in eodẽ. Et ſuper omnes cedros libani ſublimes & erectas. i. exaltatas. & in eodẽ. 30. Et ſuper omnẽ collem eleuatum riui currentiũ aquarũ. Et in eodem. 37. Leua ergo orationẽ pro reliquiis. & in eodẽ. 40. Omnis vallis exaltabitur. & in eodẽ. 42. Letetur deſertum & ciuitates eius. Pro quo hebrei legunt. Eleuent deſertũ & ciuitates eius. i. eleuẽt vocẽ in exultatiõe. Ezech. 1. Et cũ eleuarentur animalia de terra eleuabantur ſimul & rote. & in eodẽ. 10. Et cum eleuarent cherubim alas ſuas. & in eodẽ. 33. Et oculos veſtros leuatis ad immũdicias veſtras. Dañ. 11. Filii quoq́ꝫ preuaricatorũ populi tui extollẽtur. Significat etiã portare vel ſuſtinere. aut ſuſtẽtare. quod eſt idẽ

Portare. qđ onus leuare. Geñ. 13. Nec poterat eos capere terra. i. portare vel ſuſtinere. & in eodẽ. 37. Et camelos eorũ portantes aromata. Et in eodẽ. 44. Quantum poſſunt capere. i. quã-

Tollere. tum poſſunt ferre vel ſuſtinere. Et in eodẽ. 45. Et tollite inde patrẽ meum. Exo. 19. Quomodo portauerim vos ſup alas aquilarum. Et in eodem. 25. Ad ſubuehendam menſam. Pro quo hebrei legunt. Et portabitur in eis menſa. Et in eodem. 27. Erunt in vtroq́ꝫ latere altaris ad portandum.

Suſtinere. Suſtentare. Leuit. 22. Ne forte ſuſtineant iniquitatem delicti ſui. Deut. 24. Et ex eo ſuſtentat animam ſuam. 2. Reg. 17. Circundabit omnis iſrael ciuitati illi funes. Pro quo hebrei legunt. Portabunt ſeu tollent omnis iſrael ciuitatem illam funibus.

Deferre. 3. Reg. 10. Deferens inde aurum & argentum. i. portans. 2. Paralipo. 20. Iſta omnia portare nõ poſſent. Eſter. 2. Omnium oculis gratioſa & amabilis videbatur. Pro quo hebrei legunt. Et fuit eſter portans gratiam. i. habens gratiam in oculis omnium videntium eam. Sed beatus hieronymus tranſtulit ſenſum. Iob. 21. Suſtinete me vt loquar. Eſa. 46.

Geſtare. Qui geſtamini a mea vulua. Hiere. 10. Portata tollentur quia incedere non valent. Et in eodem. 31. Quoniam ſuſtinui opprobrium adoleſcentie mee. Ezech. 17. Et erumpet in germen & faciet fructum. Pro quo hebrei legunt. Et portabit ramos ſeu frondes & faciet fructum. Et ſimilia verba

Portare. habentur in eodem. 27. Vbi dicitur. vt portet frondes & faciat fructum. Et in eodem. 18. Filius non portabit iniquitatem patris. Et in eodem. 23. Et peccata idolorum veſtrorũ

Afferre portabitis. Et in eodem. 36. Et fructum veſtrum afferatis. i. portetis. Oſee. 1. Sed obliuione obliuiſcar eorum. Pro quo hebrei legunt. Sed portans portabo eis. ſcilicet inimicos ſuos vt eos deſtruant. Sed ſi ſcribatur cum puncto ſeboleth in littera ſin: tunc ſignificat obliuiſci ſicut eſt in littera noſtra. In tranſlatione vero chaldaica ſic habetur. Si conuerſi fuerint parcẽs parcam eis. Quod etiam poteſt intelligi ſecundum litteram hebraicam: ſicut infra dicetur. Ioel. 2. Quia lignum attulit fructum ſuum. ideſt portauit. Et in eodem. Et portaſtis tabernaculum moloch deo veſtro. Ponitur etiam

Adiuuare pro adiuuare. Eſd. 1. Adiuuent eum viri de loco ſuo. ideſt prouideant ei de vehiculo ad portandum vxorem & liberos. Significat etiam ſumere vl' ſuſcipere aut tollere ſiue auferre.

Sumere. Auferre. Suſcipere. Tollere. Geñ. 27. Sume arma tua. Et in eodẽ. 4. Auferet pharao caput tuum. i. tollet. Exo. 23. Non ſuſcipies vocem mendacii. Et in eodem. 30. Quando tuleris ſũmam filiorum iſrael. Nu. 1. Nec pones ſũmam eorum cum filiis iſrael. ideſt nec tolles ſũmam eorum. Et in eodem. 4. Tolle ſũmam filiorum chaath. Et in eodem. 16. Nec aſelũ quidẽ vnquam

Accipere. Aſſumere. acceperim ab eis. Et in eodem. 23. Aſſumptaq́ꝫ parabola ſua dixit. & in eodem. 24. Et auferetur regnum illius. Poteſt etiam legi. Et exaltabitur: ſecundum primam ſignificationem. 2. Reg. 5. Que tulit Dauid & viri eius. Hebrei tamen dicunt ꝙ in predicto loco ſignficat comburere. vnde

Cõburere. ipſi legunt. Que combuſit Dauid & viri eius. & in eodem. 14. Nec vult deus perire animam. Pro quo hebrei legunt. Et non tollit ſeu non aufert deus animam. Et eſt ſenſus ſicut in littera noſtra. 4. Regum. 4. Tolle filium tuũ. Iob. 21. Tenẽt tympanum & citharam. i. tollũt vel ſumũt. Et in eodem. 32. Et poſt modicum tollat me factor meus. Ps. 14. & opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos. Ps. 23. Hic accipiet benedictionem a domino. Ps. 80. Sumite pſalmum & date tympanum. Hiere. 7. nec aſſumas pro eis orationem. Ezech. 9. Et aſſumant ſuper nos lamentum. Et in predicto loco ſcribitur ſine aleph. & ĩ eodẽ. 17. Vt euelleret eam radicitus. Pro quo hebrei legunt. vt tolleret eam a radicibus ſuis. Mich. 2. Et rapuerunt domos. ideſt violenter acceperunt. Significat etiam acceptionem perſonarũ quod in hebreo dicitur acceptio facierum. Geñ. 19. Ecce etiam in hoc ſuſcepi preces tuas. ꝑ quo hebrei legũt. Suſcepi faciem

Accipere ꝑſonam. tuam. Et in eodem. 32. Forſitan propiciabitur mihi. Pro quo hebrei legunt. forſitan accipiet faciem meã. Deut. 10. Qui perſonam non accipit. & in eodem. 28. Gentem proeaciſſimam que non deferat ſeni. pro quo hebrei legunt. Que non accipiat faciem ſenis. ideſt que nõ reuereatur vultum ſenis. 4. Regum. 3. Si non vultum ioſaphat Regis iude erubeſcerem. Pro quo hebrei legunt. Suſciperem. 2. Paralipo. 19. Non eſt apud dominum deum noſtrum iniquitas nec perſonarum acceptio. Iob. 34. Qui non accipit perſonam principum. Ps. 81. Et facies peccatorum ſumitis. Prouer. 6. Nec acquieſcet cuiuſq́ꝫ precibus. pro quo hebrei legunt. Nec accipiet faciem cuiuſcũq́ꝫ precii ſiue p̄cio.

Digitized by Google

Et in eodem.18. Accipere perſonam impii in iudicio non
eſt bonū. Malach.2.Et accepiſtis faciem in lege. Significat
Aſſumere nomē dñi .ſ. iuramēto. etiā iurare.i.nomen dñi in iuramēto ſumere. Exo.20.Non
aſſumes nomē dñi dei tui in vanū.i.nō iurabis.Deut.5.Nō
vſurpabis nomen dñi dei tui fruſtra.Pro quo hebrei legūt.
Non iurabis ſiue non aſſumes nomen dñi dei tui in vanū ſi
ue fruſtra·Eſa.3.Reſpondebit in die illa dicens nō ſum me-
Iurare. dicus.Pro quo hebrei legunt. Iurabit in die illa. Significat
Accipere .ſ. vxorem. etiam nubere.i.vxorem accipere.Ruth.1.Et acceperūt vxo
res moabitidas.1.Paralipo.23.Acceperuntq̧ eas filii cis fra
tres earū.Nee.13.Et non acciperent de filiabus earum. Itē
ſignificat parcere vel indulgere.i.peccatū tollere vel pecca-
tū dimittere.Geñ.4.Nōne ſi bene egeris recipies.Pro quo
aliqui hebrei legūt.Nōne ſi bene egeris indulgere.i.indul-
Indulgere gebitur tibi peccatum. Poteſt etiam legi ſicut eſt in littera
Dimittere. noſtra.Et in eodē.18. Dimittam omni loco propter eos.&
in eodem.50.Obſecro vt obliuiſcaris ſceleris fratrum tuo-
rum.Pro quo hebrei legunt. Obſecro vt dimittas ſcelus fra
trum tuorū.Et in eodem. Nos quoq̧ oramus vt ſeruis dei
patris tui dimittas iniquitatem hanc.Exo.10.Sed nunc di-
Auferre .ſ. iniqtates mitte peccatum mihi.Et in eodem.34.Qui aufers iniqui-
Ignoſcere. tatē & ſcelera.Ioſ.24.Nec ignoſcet ſceleribus veſtris.Iob.
Remittere 7.Cur non tollis peccatum meū.Ps.31. Beati quorū remiſ
Cōtremiſcere. ſe ſunt iniquitates. Ponitur etiā pro contremiſcere. Naū.1.
Et contremuit terra a facie eius. Hebrei tamen in predicto
loco legunt.Et arſit terra a facie eius. Sed ſecundū primā ſi
gnificationē poteſt legi.Et eleuata eſt terra a facie eius.i.ele
uata eſt de loco ſuo. quod eſt idē quod contremuit. Et inde
נָשִׂיא נָשִׂיא Naſi.i.princeps. eo quod eleuatur in populo. Geñ.
Princeps 23. Princeps dei es apud nos. Exo.22. Et principi populi
tui nō maledicas.Leuit.4.Si peccauerit princeps.& in plu
נְשִׂיאִים rali נְשִׂיאִים Neſiim.i.principes.Geñ.25.Duodecim prin-
Principes. cipes tribuū ſuarum.Exo.35.Principes obtulerunt lapides
נְשִׂיאִים onychinos.Ponitur etiā נְשִׂיאִים Neſiim pro nubibus:eo
Nubes. qđ eleuantur in aere.p̄s.134.Producēs nubes ab extremis
terre. Prouer.25. Nubes & ventus :& pluuie non ſequen-
שְׂאֵת tes.Hiere.51. Qui leuat nubes ab extremis terre. Et inde
שְׂאֵת Seeth.i.eleuatio.Iob.30. Vt ſe mouerit turbabit vos.
Eleuatio. Pro quo hebrei legunt.Eleuatio eius turbabit vos.i.cum ſe
leuauerit turbabit vos.Ps.61. Veruntamen preciū meū co-
gitauerunt repellere. Pro quo hebrei legunt. Verūtamē de
eleuatione eius cogitauerunt repellere.Poteſt etiā ſignifica
re partē vel portionē vt infra dicetur. Vnde btūs hierony-
Pars. mus in pſalterio iuxta hebraicā veritatē tranſtulit. Partem
שְׂאֵת enim eius cogitauerunt repellere.Ponitur etiā שְׂאֵת Seeth
pro tumore vel eleuatione in cute ſeu puſtula: aut plaga vel
diuerſus color.Leuit.13.Homo in cuius cute ortus fuerit di
Diuerſus color. uerſus color ſeu puſtula.Vbi ponitur pro diuerſo colore.&
in eodē. Plaga cōbuſtionis eſt & idcirco mūdabitur.i.eleua
Eleuatio. tio ſiue tumor.Et inde שִׂיא Siia.i.eleuatio ſiue elatio.Pro
שִׂיא Superbia quo beatus hieronymus tranſtulit ſuperbiā·Iob.20.Si aſcē
מַשָּׂא derit vſq̧ ad celū ſuperbia eius.Et inde מַשָּׂא Maſa.i.eleua-
tio.Ezech.24.Et ſuper quos requieſcunt anime eorū. Pro
Eleuatio. quo hebrei legunt.Et eleuationē anime eorū.i. ad quos ele
uāt animas ſuas: ſicut dicitur Hiere.44.Ad quam ipſi ele
uant animas ſuas: vt reuertantur & habitent ibi. Scribitur
etiā cum he vel thau in fine.Ps.140. Eleuatio manuū mea
rum ſacrificiū veſpertinū.Iudi.20. Vt aſcēdente in altū fu-
mo.Pro quo hebrei legunt.Vt aſcendere facerent eleuatio-
Columna nem fumi.i.quaſi colūnam fumi.Et in eodem. Quaſi colū-
nam fumi de ciuitate conſcendere.Ponitur etiam pro vexil
lo. eo quod eleuatur in altum. Hiere.6. Et ſuper bethacarē
Vexillum. leuate vexillum. vbi ponitur verbum & nomen ab eo deri-

uatum. Significat etiam מַשָּׂא Maſa onus.a leuando vel por מַשָּׂא
tando dictum.Exo.23.Si videris aſinū odiētis te iacere ſub
onere.Nu.4.Iſta ſūt onera filiorū caath. Quod in hebreo Onus.
legitur ſingulariter.ſ.onus.Et in eodem.Et ſciēt ſinguli cui
debeant oneri mancipari.Ps.37. Sicut onus graue grauate
ſunt ſup me. Et aliquādo ſcribitur cū he in fine.Eſa.30. Et
graui onere. Accipitur etiam onus pro prophetia.Pro quo
vt ait beatus hieronymus.lxx.Aſſumptionem trāſtulerūt.
4.Reg.9.Et dominus onus hoc leuauit ſuper eum.Eſa.13.
Onus babylonis.i.prophetia contra babylonē.Et in eodē. Prophetia.
19.Onus egypti.& in eodē.22.Onus vallis viſiōis.Hiere.
23. Qđ eſt onus dñi:& dices ad eos vos eſtis onus. Et quia
iniqui interpretabātur onus in malā partem : ideo dñs per
prophetam prohibet eos ne vltra prophetiam vocēt onus.
vt in eodem. Hec dicetis vnuſquiſq̧ ad proximū ſuū & ad
fratrem ſuum:quid reſpōdit dñs: & quid locutus eſt dñs.&
onus domini vltra nō memorabitur:quia onus erit vnicui-
q̧ ſermo ſuus:& peruertiſtis verba dei viuentis.Et ſecundū
hebreos vbicūq̧ in prophetis ponitur מַשָּׂא Maſa.i.onus.
ibi non proſpera ſed aduerſa prophetātur. Vnde beatus hie
ronymus in prologo ſuper Naū prophetam ſic ait. Aſſum
ptio quam.lxx.interpretes dicunt:apud hebreos Maſa po-
nitur.i.graue onus.eo quod eum aduerſus quem propheta
tur premat:nec ſinat leuare ceruicem. ſimulq̧ hoc attendē
dum:quod hec ipſa vel aſſumptio vel onus vel pōdus pro-
phete viſio ſit.Hec hieronymus.Ponitur etiam מַשָּׂא Maſa.
pro viſione prophetica.Prouer.30. Viſio quam locutus eſt Viſio
vir cum quo eſt deus.Et in eodem.31.Viſio qua erudiuit eū
mater ſua. Significat etiam eleuationem vocis in cantico.
Pro quo btūs hieronymus trāſtulit melodiam.1. Paralipo. Melodia.
15.Et ad precinendam melodiam.Et in plurali נְשׂאוֹת Ne- נְשׂאוֹת
ſuoth ſiue מַשָּׂאוֹת Maſaoth.i.onera vel aſſumptiones.Eſa. מַשָּׂאוֹת
46.Onera veſtra graui pōdere vſq̧ ad laſſitudinē.Threñ. Onera.
2.Viderūt autē tibi aſſumptiones falſas & eiectiones.Signi aſſūptiōes
ficat etiam נָשָׂא Naſa.numera dare ſeu prebere.2.Reg.19. נָשָׂא
Aut munera nobis data ſūt.3.Reg.19.Hiram rege tyri pre Prebere munera.
bente ſalomoni ligna cedrina.Et inde מַשְׂאַת Maſath.i.mu Munera dare.
nus ſeu portio aut pars vel annona que datur alicui. Geñ. מַשְׂאַת
43.Sumptis partibus quas ab eo acceperant;maiorq̧ pars
venit Beniamin. 2. Reg.11. Secutuſq̧ eſt eum cibus re-
gius.ideſt portio ſeu annona regis.Hiere.40.Dedit quo- Pars.
q̧ ei magiſter militum cibaria & munuſcula. Ponitur etiā Annona. munuſcula
pro precio vel oblatione.2.Paralip.24.vt deferrent ſingu
li precium.i. oblationē quod conſtituit moyſes ſeruus dei. Precium.
ponitur etiam pro decimis.Ezech.20. & ibi queram pri-
mitias veſtras & initium decimarum veſtrarum. Scribitur
etiam ſine mem. vt Ezech.20. & in oblatione donorum Decime.
veſtrorum. Dona.

נָשָׁא Naſa.cum puncto ſeboleth in littera ſin.decipere.ſe- נָשָׁא
ducere. deſtruere. deſolare. Geñ.3. Serpens decepit Decipere.
me.p̄s.88.Nihil proficiet inimicus in eo. Pro quo beatus
hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tran-
ſtulit. Non decipiet inimicus eum. De quo vide etiam
infra in dictione נָשָׁה. Naſa. Eſa.36. Nec conturbet Cōturbare
vos Ezechias dicens dominus liberabit nos. Pro quo he-
brei legunt.Nec decipiat ſiue nec ſeducat vos ezechias.
Hiere.4. Heu heu domine deus ergo ne decepiſti populū
iſtum.Et in eodem.37. Nolite decipere animas veſtras.
Et i abdia. Superbia cordis tui extulit te. Pro quo hebrei le
gunt.decepit te. ideſt ſeduxit te. Sed ſi ſcribatur cum pun-
cto cebolet in littera ſin:tunc ſignificat extollere ſicut eſt in
littera noſtra.Et in eodem. Omnes viri federis tui illuſe- Illudere.
runt tibi.ideſt deceperunt te.Et inde מַשָּׁאוֹן Maſaon.ideſt מַשָּׁאוֹן

Digitized by Google

Fraus. fraus vel deceptio. vt Prouer.26. Qui operit odium frau-
dulenter. Significat etiam deſtruere. ſiue deſolare aut de-
uaſtare. 4. Reg.19. Eruntq; in ruinam collium pugnantiū.
Deſolatio. ideſt in deſtructionē vel in deſolationem. Eſa.10. E marcue-
Deſtruere. runt principes mempheos. Pro quo hebrei legunt. deſtru-
cti vel vaſtati ſunt principes mēpheos. Hiere.23. Propte-
rea ecce ego tollam vos portans. Pro quo hebrei legunt. Et
deſtruam vos deſtruens ſiue vaſtabo vos vaſtās. Poteſt etiā
legi ſic obliuiſcar vos obliuiſcens. Sed ſi ſcribatur cum pun
cto ceboleth in littera ſin tunc ſignificat portare ſeu tollere.
ſicut eſt in littera noſtra. Vt dictum eſt in dictione preceden
שְׁאֵת ti. Et inde שְׁאֵת Seeth. i. deſtructio ſeu vaſtatio. Threñ.3. For
mido & laqueus facta eſt nobis vaticinatio & contritio. Pro
deſtructio. quo hebrei legunt. Deſtructio & contritio ſeu vaſtatio & cō-
tritio. Et fortaſſe ī littera noſtra vicio ſcriptoris fuit poſita
מַשּׁוּאוֹת vaticinatio pro veſtatio. Et inde מַשּׁוּאוֹת Maſuoth. i. vaſta-
tiones ſeu deſtructiones. Beatus hieronymus trāſtulit inte-
ritū ſeu diſſipationem. p̄s..72. Deieciſti eos dum alleuarē-
tur. Pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebrai-
Interitus. cā ve. tranſtulit. Deieciſti eos ad interitū. Ps.74. Leua ma
nus tuas in ſuperbiam eorum. Pro quo hebrei legunt. Le-
ua ueſtigia tua ſeu plantas tuas. ſ. pedum ad deſtructiones ſi
Diſſipatio ue ad diſſipationes. Et beatus hieronymus in predicto pſal
terio tranſtulit. Sublimitas pedum tuorum diſſipata eſt.

נָשַׁב נָשַׁב Naſab. flare. ſufflare. abigere. Geñ.15. & abigebat ea-
abigere. abram. p̄s.146. Flauit ſpiritus eius & fluēt aque. Eſa.
Flare. Sufflare 49. Quia ſpūs dñi ſufflauit in eo.

נָשַׂג נָשַׂג Naſag. apprehendere. comprehendere. aſſequi. attin
gere. applicare. Geñ.44. Et perſequere uiros & ap-
apphēdere prehenſis dicito. Pro quo hebrei legunt. Perſequere viros
& apprehendes eos & dices ad eos. Et in eodem. Et appre-
henſis per ordinem locutus eſt. Et in eodem. 47. Et non
peruenerūt vſq; ad dies patrum meorum. Pro quo hebrei
attingere. legunt. Et non attigerunt ſiue non apprehenderunt aut nō
ſunt aſſecuti dies patrum meorum. Leuit.25. Et ipſe pre-
cium ad redimendum potuerit inuenire. Pro quo hebrei le
gunt. Et attigerit ſiue aſſecuta fuerit manus eius & inuene-
rit quantū ſufficit ad redemptionem illius. Sed beatus hie-
ronymus tranſtulit ſenſum. & in eodem. Sin autem & ipſe
potuerit redimere ſe. Pro quo hebrei legūt: Aut attigerit ma
nus eius. i. attigerit preciū ad redimendū ſe. Deut.19. Et ap
prehendat eum ſi longior via fuerit. 1. Reg.30. Perſequar la
cōprehēdere trūculos hos & comprehēdā eos. Et in eodem. Perſequere
& abſq; dubio comprehendes. 2. Reg.15. Ne forte veniens
occupet nos. i. apprehēdat nos. Significat etiā applicare. 1.
applicare. Reg.14. Nulluſq; applicuit manū ad os ſuum. Et inde שִׂיג
שִׂיג Sig. pro quo beatus hieronymus tranſtulit diuerſorium. 3.
Reg.18. Forſitan loquitur aut in diuerſorio eſt. Hebrei ve-
diuerſoriū. ro dicunt ꝙ ſignificat apprehēſionē. i. forſitan eſt occupa
apphēſio. tus in apprehenſione inimicorū ſuorum.

נָשָׁה נָשָׁה Naſa. obliuiſci. mutuare. fenerare. mutuo accipere. de
Obliuiſci. bere: ſiue debitorem eſſe. Gñ.41. Obliuiſci me fecit
deus oīum laborum meorū. Deut.32. Deum qui te genuit
dereliquiſti. Pro quo hebrei legunt oblitus es. Iob.39. Pri-
uauit enim eā deus ſapientia. Pro quo he. le. Obliuiſci fecit
eam deus ſapientiā. Eſa.47. Nō obliuiſcaris me. Threñ.3.
נְשִׁיָּה Oblit⁹ ſum bonorū. Et inde נְשִׁיָּה Neſiia. i. obliuio. p̂s.87.
obliuio. Et iuſtitia tua in terra obliuionis. Significat etiā mutuare.
ſeu fenerare. vel debere. aut debitorē eſſe. vł exigere. Deut.
Debere. 16. Cui debetur aliquid ab amico vel proximo ac fratre. Et
in eodem. 24. Cum repetes a proximo tuo rem aliquā quā
Cōmodare debet tibi. Nee.5. Et ego & fratres mei & pueri mei cōmo-
dauimus. & in eodem. Vſuras ne ſinguli a fratribus veſtris

exigitis. ſ. ſicut feneratores. Et in eodem. Quam exigere ſo Exigere.
lebatis ab eis. Iob.11. Et intelligeres ꝙ multo maiora exiga
ris ab eo ꝙ̄ meretur iniquitas tua. Pro quo hebrei legunt.
Et ſcires quoniā debitorē te faceret deus ab iniquitate tua. Debitores eſſe.
i. ſecundum iniquitates tuas multo maiores penas deberet
exigere a te deus. Ps.54. veniet mors ſuper illos. Pro quo
hebrei legunt. Mutuet ſiue feneretur mors ſuper illos. p̄s. Feneraré.
88. Nihil proficiet inimicus in eo. Pro quo hebrei legunt.
Non fenerabitur inimicus ei. Vnde beatus hieronymus in
pſalterio iuxta hebraicam veritatē tranſtulit. Non decipiet
inimicus eum. Poteſt etiam deriuari a ſupradicta dictione
נָשָׁא Naſa cum aleph in fine que ſignificat ſeducere. vel de
cipere. vt dictum eſt ſupra. Eſa.24 Vt qui repetit: ſic qui de
bet. Pro quo hebrei legunt. Vt qui mutuauit ſic qui mutuo Mutuare.
accepit. Hiere.15. Nō fenerauit mihi quiſq;. & aliquādo ſcri
bitur cum aleph in fine loco he. 2. Paralipo.6. Et iurare cō-
tra eum paratus venerit. Pro quo hebrei legunt. Et debue-
rit ei iuramentum. i. ſi fuerit obligatus iurare ei. vide etiam
in dictione נָשָׁא Naſa cum aleph in fine. Et inde נֹשֶׁה No- נֹשֶׁה
ſe. i. fenerator. creditor. 4. Reg.4. Creditor venit vt tollat Creditor
duos filios meos ad ſeruiendum ſibi. Et in eodem. Vade vē
de oleū & redde creditori tuo. Ps.108. Scrutetur fenerator Fenerator
omnē ſubſtantiam eius. Eſa.50. Aut quis creditor meus cui מַשָּׁא
vendidi vos. Et inde מַשָּׁא Maſa ſiue מַשָּׁאת Maſath. i. debi- מַשָּׁאת
tum ſiue illud quod debetur. Deut.24. Rem aliquam quā Debitum.
debet tibi. Nee.5. vſuras ne ſinguli a fratribus veſtris exigi
tis. Pro quo hebrei legunt. Debitum ne vnuſquiſq; a fratre
ſuo exigitis. & in eodem. Non repetamus in cōmune iſtud
es alienū: concedam⁹ quod debetur nobis. Pro quo hebrei
legunt. Relinquamus nunc debitum iſtud. Et in plurali.
מַשָּׁאוֹת Maſaoth. Prouer.22. Et vades ſe offerunt pro debi מַשָּׁאוֹת
tis. ſignificat etiam predicta dictio emarceſcere vel debilita Debita.
re. Geñ.32. Quam ob cauſam non comedunt neruū filii
Iſrael qui emarcuit in femore iacob. & in eodem. Eo quod emarceſcere
tetigerit neruum femoris eius & obſtupuerit. i. emarcuerit obſtupeſcere.
vel debilitatum fuerit. Hiere.51. Deuoratum eſt robur eorū
& facti ſunt quaſi mulieres. i. debilitatum eſt robur eorū. Et Debilitari
inde נָשִׁים Naſim. ideſt mulieres ſiue vxores. vt ī predicto נָשִׁים
loco. & Exo.1. Non ſunt hebree ſicut egyptie mulieres. Le Mulieres.
uit.26. Ita vt decē mulieres in vno clibano coquāt panes.
Deut.17. Non habebit vxores plurimas. 1. Reg.1. Qui ha- Vxores.
buit vxores duas. & in numero ſingulari dicitur אִשָּׁה Iſa.
de quo vide ſupra in dictione אִישׁ.

נָשַׁךְ Naſach. Mordere. fenerare: ad vſuram commodare. נָשַׁךְ
fenus ſeu vſuram accipere. Nu.21. Quam obrē miſit
dñs in populum ignitos ſerpentes ad quorū plagas & mor
tes plurimorū. Pro quo hebrei legunt. Et miſit domin⁹ in
populū ſerpentes ignitos & momorderūt populū: & mor Mordere.
tuus eſt populus multus de iſrael. Et in eodem. Qui percuſ
ſus aſpexerit eum viuet. & in eo. Quē cū percuſſi aſpicerēt
ſanabātur. Pro quo hebrei legunt. & erat quādo mordebat
ſerpēs aliquē & aſpiciebat ſerpentē eneū & ſanabatur. Pro-
uer.23 Et ī nouiſſimo mordebit & coluber. Eccſ.10. q diſſi
pat ſepem mordebit eū coluber. & in eodem. Si momorde-
rit ſerpēs. Hiere.7. & mordebūt vos ait dñs. Amos.9. Ibi
mādabo ſerpēti & mordebit eos. Mich.3. Qui mordēt dēti
bus ſuis. Abach.2. nunquid nō repente cōſurgent qui mor
deant te. Significat etiā fenerare ſiue vſurā vel fenus accipe
re. Deut.23. Nō fenerabis fratri tuo ad vſurā pecuniam nec Fenerare.
fruges nec quālibet aliam rem. Et ſequitur in hebreo: que
feneratur. ideſt que commodatur ad vſurā. Et in eo. fratri
autem tuo abſq; vſura. Et inde נֶשֶׁךְ Neſech. i. vſura. fenus. נֶשֶׁךְ
vt in predicto loco. & Exo.22. Nec vſuris opprimes. pro q Vſura.

Digitized by Google

hebrei legunt. Non pones ſuper eum vſuram. Pſ.14. Pecuniam ſuam non dedit ad vſuram. Item נִשְׁכָּה Niſca.i.gazophylaciū.camera. Theſaurus. Nee.3. Poſt eos edificauit moſolam filius barachie contra gazophylaciū ſuū. Et in eodem.13. Vt faceret ei theſaurum.i. gazophylaciū ſeu camerā. Et cōmuniter ſcribitur cū littera lamed & dicitur לִשְׁכָּה Liſcha. de quo dictū eſt ſupra in littera lamed. Et in plurali נִשְׁכוֹת Nezachoth. Nee.12. Recenſuerūt quoqȝ in die illa viros ſuper gazophylacia.

נִשְׁכָּה — Gozophylacium. Theſaur⁹. — נְשָׁכוֹת — Gozophylacia.

נָשַׁל Naſal. expellere. elicere. elabi: ſiue euelli. defluere. diſcalciare. Deut.7. Et deleuerit gētes multas coram te i. expulerit vel eiecerit coram te. Et in eodem.19. Ferrūqȝ elapſum de manubrio amicū eius percuſſerit. Et in eodem 28. Quia defluent & deperibunt. Pro quo hebrei legunt. Quia euelletur. 4. Reg.16. Et eiecit iudeos de haila. Iob. 27. Et non liberet deus animā eius. Pro quo hebrei legūt. Quia euellet ſiue expellet vel eliciet deus animam eius. Significat etiam diſcalciare vel ſoluere.ſ. calciamentum. Exo. 3. Solue calciamētum de pedibus tuis. Ioſ.5. Solue inquit calciamentum tuum.

נָשַׁל — Expellere. Elabi. Defluere. Elicere. Euellere. Solue calciamentū.

נָשַׁם Naſam. ſpiraculū. ſpiramētū. halitus. flatus. ſpiritus. & ſcribitur cum he vel thau in fine. Et dicitur נְשָׁמָה Neſama. ſiue נִשְׁמַת Niſmath. Geſ.2. Et inſpirauit i faciem eius ſpiraculum vite. Et in eodem.7. Et cūcta in quibus ſpiraculum vite eſt in terra. Ioſ.10. Et omne quod ſpirare poterat interfecit. Pro quo he.le. omne ſpiraculū.i. omnē animā vel omne quod ſpirare poterat interfecit. 3.Reg.17. Et erat langor fortiſſimus ita vt non remaneret in eo halitus. Iob.26. Quē docere voluiſti: nōne eū qui fecit ſpiramentū Et in eodem.34. Spiritum illius & flatum ad ſe trahet. Et in eodem.37. Flante deo concreſcit gelu. Pro quo hebrei legunt. A flatu dei. Et in eodem. Flante deo periſſe. Pro quo hebrei legunt. A flatu dei periſbunt. Ps.150. Omnis ſpiritus laudet dominū. & beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit. Omne quod ſpirat laudet dominum. Eſa.2. Cuius ſpiritus in naribus eius eſt. Et in eodem. 42. Dans flatum populo qui eſt ſuper eam. Daū.10. Sed & halitus meus intercluditur. Et inde תִּנְשֶׁמֶת Thinſameth. genus auis immunde. Pro quo beatus hieronymus trāſtulit cignum. vt Leuit.11. Et cignum & onocrotalum & porphyrionē. eſt etiā genus reptilis. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit talpam. vt in eodem. Et ſtellio & lacerta & talpa.

נָשַׁם נְשָׁמָה — Spiraculū. Halitus. Spiramētū. Flatus. Spiritus. Oē ſpirans. תִּנְשֶׁמֶת — Cignus. Talpa.

נָשַׁף Naſaph. flare. ſufflare. Exo.15. Flauit ſpiritus tuus & operuit eos mare. Eſa.40. Repente flauit in eos & aruerunt. Item נֶשֶׁף Neſeph.i. caligo. veſper. nox. obſcurum tenebre. 1.Reg.30. Et percuſſit eos Dauid a veſpera vſqȝ ad veſperam alterius diei. 4.Reg.7. Surrexerunt ergo veſperi vt venirent ad caſtra ſyrie. Iob.3. Obtenebrentur ſtelle caligine eius. & in eodem.7. Et replebor doloribus vſqȝ ad tenebras. Et in eodem.24. Oculus adulteri obſeruat caliginem. pſ.118. Preueni i maturitate & clamaui. Pro quo beatus hieronymus in pſal. iuxta he. ve. trāſtulit. Surgebā adhuc in tenebris & clamabā. Prouer.7. Graditur in obſcuro. Eſa.5. Et potandum vſqȝ ad veſperam. Et in eodem.21. Babylō dilecta mea poſita eſt mihi in miraculum. Pro quo hebrei legūt. Nox ſiue nocte deſiderii mei vel dilectionis mee poſuit me in terrorem ſiue in ſtuporem vel in miraculum Sed aliquando babylon appellatur hoc nomine נֶשֶׁף Neſeph. vt in eodem.13. Super montem caliginoſum leuate ſignum. & premittitur onus babylonis. Hiere.13. Et anteqȝ offendant pedes veſtri ad montes caliginoſos. Et inde יַנְשׁוּף Ianſuph. nomen auis que nocte volitat: ſecundum hebreos. Pro quo beatus hieronymus trāſtulit Ibin. Leuit. 11. Et mergulum & ibin. Eſa.34. Et ibis & coruus habitabunt in ea.

נָשַׁף — Flare. נֶשֶׁף — Ueſper. Caligo. Tenebre. Obſcurū. נֶשֶׁף — caliginoſus. יַנְשׁוּף — Ibis.

נָשַׁק Naſac. oſculari. deoſculari. obedire. adorare. adherere. armari. Geſ.27. Et da mihi oſculum fili mi. ideſt oſculare me. Et in eo.31. Et non es paſſus vt oſcularer filios meos. & in eo.29. Et adaquato grege oſculatus eſt eā. Et in eodē. Et in oſcula ruens. Pro quo hebrei legunt. Et oſculatus eſt eum. Et in eodem.33. Et oſculans fleuit. 2.Reg.19. Quaſi oſculās eum. 3.Reg.18. Oſculer oro patrem meum & matrem meam. Iob.31. Et oſculatus ſum manum meam ore meo. pſ.88. Iuſtitia & pax oſculate ſunt. Prouer.7. Apprehenſumqȝ deoſculatur iuuenem. Et in eodem.24. Labia deoſculabitur qui recta verba reſpondit. Canti.1. Oſculetur me oſculo oris ſui. Et inde נְשִׁיקוֹת Neſicoth.i. oſcula & ſolum inuenitur in numero plurali. Prouer.27. Meliora ſunt vulnera diligentis qȝ fraudulenta oſcula odientis. Canti.1. oſculo oris ſui. Quod in hebreo legitur pluraliter: ſcilicet oſculis oris ſui. Significat etiam adherere: more de oſculātiū. Ezech.3. Et vocē alarū animaliū percutientiū alterā ad alteram.i. adherētiū. pſ.2. Apprehēdite diſciplinā. Pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit. Adorate pure. poteſt etiam legi ſic. Adorate filium ſiue oſculamini filium. De quo vide ſupra in dictione בַּר Bar. Oſee.13. Vitulos adorant. Ponitur etiam pro obedire. Geſ.41. Et ad tui oris imperium cunctus populus obediet. Hebrei tamen in predicto loco dicunt qȝ ſignificat regere vel gubernare. Item נֶשֶׁק Naſac.i. armari.1. Paralipo.12. Tendentes arcum. Pro quo hebrei legunt. Armati arcu. pſ.77. Filii ephraim intendētes & mittentes arcum. Pro quo hebrei legunt. filii ephraim armati & mittentes arcum. Et inde נֶשֶׁק Neſec.i. Arma ſiue armamentariū. Iob.20. Fugiet arma ferrea. Eſa.22. Armamentarium domus ſaltus. Ezech.39. Et ſuccendent & comburent arma. Ponitur etiam pro bello. pſ.139. Obumbraſti caput meū in die belli.

נָשַׁק — Oſculari. deoſculari. נְשִׁיקוֹת — Oſcula. Adherere. Adorare. Obedire. נָשַׁק — Armari. נֶשֶׁק — Arma. Armamentarium. Bellum.

נָשַׂק Naſac. cum puncto cebolet. incendere. ſuccendere. accendere. pſ.77. Et ignis ſuccenſus eſt in iacob. Eſa. 44. Et ſuccendit & coxit panes. Ezech.39. Et ſuccendent & comburent arma clypeum & haſtam.

נָשַׂק — Succēdere.

נֶשֶׁר Neſer. aquila. Deut.14. Aquilā & halietum. Et in eodem.32. Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos. Ps.102. Renouabitur vt aquile iuuentus tua. Prouer. 30. Viam aquile in celo. Ezech.17. Aquila grandis magnarum alarum. Et in plurali נְשָׁרִים Neſarim. Exo.19. Quomodo portauerim vos ſuper alas aquilarum. Eſa.40. Aſſument pēnas ſicut aquile.

נֶשֶׁר — aquila. נְשָׁרִים — aquile.

נָשַׂר Naſar. cum puncto ceboleth in littera ſin. Serrare. & ſcribitur ſine nun.1. Paralipo.20. Fecit ſuper eos tribulos & trahas & ferrata carpenta tranſire. pro quo hebrei legunt. Et ſerrauit eos ſerra vel tribulis ferreis. Et inde מַשּׂוֹר Maſor. ideſt ſerra. Eſa.10. Aut exaltabitur ſerra contra eum a quo trahitur.

נָשַׂר — Serrare. מַשּׂוֹר — Serra.

bum paſſiuũ ponitur. Soph.3.Vbi dicitur deſolate ſunt ci- Deſolare
uitates eorum. Et ide צְדִיָּה Sediia.i.inſidiatio.ſiue inſidie. צְדִיָּה
Nu.35.Vel iecerit quippiam in eũ per inſidias. vide etiam Inſidie
de hoc infra in dictione צוּר Sud.Item צְדָה Seda.in lingua צְדָה
chaldaica ſignificat vere ne.ſeu nunquid. Et ſcribitur cum
he in principio. Dañ.3.Vere ne ſydrach Miſach & abdena- Vere ne.
go deos meos non colitis,

צָדַק **צָדַק** Sadac.iuſtificare.iuſtũ eſſe.iuſte iudicare.vt Gen̄.38. צָדַק
Iuſtior me eſt. & in eodẽ. 44. Quid loquemur aut Iuſti eſſe.
iuſte poterimus obtinere. Pro quo he.le. Quid loquemur Iuſtificare
aut quo iuſtificabimur. Exo.23. Quia auerſor impiũ. Pro
quo hebrei legunt. Quia non iuſtificabo impiũ. Deut.25.
Quem iuſtum eſſe proſpexerint:illi iuſtitie palmã dabunt.
Pro quo he.le.Et iuſtificabũt iuſtũ.& eſt ſenſus ſicut in litte
ra noſtra.2.Reg.15.vt ad me veniãt omnes qui habent ne- Iuſte iudi
gocium:& iuſte iudicem.Iob.4.Nunquid homo dei cõpa care.
ratiõe iuſtificabitur.& in eodem.9.Si iuſtificare me volue-
ro.& in eodem.33.Volo enim te apparere iuſtũ.i.volo te iu
ſtificare.ps.18. Iuſtificata in ſemetipſa.ſ.ſunt.ps.50.Vt iu-
ſtificeris in ſermonibus tuis.ps.81.Humilem & pauperem
iuſtificate.ps.142. Quia nõ iuſtificabitur in conſpectu tuo
omnis viuens.Prouer.17.Et qui iuſtificat impiũ.Eſa.43.
Dent teſtes eorũ:& iuſtificẽtur. Hiere.3. Iuſtificauit animã
ſuã auerſatrix iſrael.Ezech.16.Et iuſtificaſti ſorores tuas.&
in eo. Iuſtificate enĩ a ſũt te. Dañ.8. Et mũdabitur ſanctua
riũ.Pro quo hebrei legũt. Et iuſtificabitur ſanctuariũ. & in
eodem.12.Et qui ad iuſtitiam erudiũt multos. Pro quo he.
le.& qui faciũt iuſtificari multos.& ẽ ſenſus ſicut i littera no
ſtra.Et inde צַדִּיק Sadic.i.iuſtus.Gen̄.6.Noe vir iuſtus atq; צַדִּיק
perfectus fuit.& in eo.18. Nunquid perdes iuſtũ cũ impio. Iuſtus.
Exo.9. Dominus iuſtus. ps.7. Deus iudex iuſtus. Eſa.3.
Dicite iuſto quoniam bene.& in eodem.49. Aut quod ca-
ptum fuerit a robuſto ſaluum eſſe poterit. Pro quo hebrei
legunt: Aut quod captum fuerit a iuſto.i.ab illo qui iuſte ac
cepit. Et in plurali צַדִּיקִים Sadicim.ideſt iuſti. Deut.4.& צַדִּיקִים
vt habeat cerimonias iuſtaq; iudicia.& in eodem.16.Et mu Iuſti.
tant verba iuſtorum.3. Reg.2. Quia interfecit duos viros Iuſti
iuſtos melioreſq; ſe.ps.36.Oculi dñi ſup iuſtos.Ezech.23.
Viri ergo iuſti ſunt ipſi iudicabũt eas. Et inde צֶדֶק ſedec.i. צֶדֶק
iuſtitia. Deut.16. Iuſte quod iuſtũ eſt perſequeris. Pro quo Iuſtitia
hebrei legunt. Iuſtitiam iuſtitiam ſequeris. Iob.29. Iuſti-
tia indutus ſum.& in eodem.35.vt diceres iuſtior deo ſum.
ꝓ quo hebrei legunt. Iuſtitia mea a deo:ſiue maior ꝙ̃ dei.
& eſt ſenſus ſicut in littera noſtra. & ſcribitur cũ he vel thau

Digitized by Google

צְדָקָה Iuſtitia. in fine & dicitur צְדָקָה Sedaca.ſiue צִדְקַת Sidcath.Gen͂.15. Et reputatum eſt ei ad iuſtitiam.& in eodem.30.Reſpondebit michi cras iuſtitia mea.Deut.25.Et fecit iuſtitiam dn͂i. צְדָקוֹת Iuſtitie. Et in plurali צְדָקוֹת Sedacoth.ps.10. Quonia͂ iuſtus dominus & iuſtitias dilexit.Ponitur etiam pro elemoſyna.Dan͂. Elemoſyna. 4.Peccata tua elemoſynis redime.

צָהֹב Flauus. צָהַב Sahab.flauus:ſeu color auri. Leuit.13. Et capillus flauus ſolitoq; ſubtilior.Scribitur etiam cum me in principio & dicitur מֻצְהָב Mushab.Eſd.8.Et vaſa eris fulgentis מֻצְהָב Fulgens. optimi duo:pulchra vt aurum.pro quo he.le.& vaſa eris flaui.i.coloris aurei optima duo:precioſa vt aurum.

צָהַל Exultare. Exhilarare. Hinnire. צָהַל Sahal.exultare. exhilarare. gaudere.iubilare.hinire. Eſter.8.Omniſq; ciuitas exultauit.ps.103.Vt exhilaret faciem in oleo.Eſa.12. Exulta & lauda. Significat etiam hinnire vel mugire.Eſa.10.Hinni voce tua filia galin.Et in eodem.24.Hinnient de mari.Hiere.5.Vnuſquiſq; ad vxorem Mugire. proximi ſui hinniebaut. & in eodem.50. Et mugiſtis מִצְהָלוֹת ſicut tauri.Et inde מִצְהָלוֹת Miſhaloth.i.hinnitus in numero plurali.Hiere.8.A voce hinnituum equorum eius co͂mo Hinnitus. ta eſt omnis terra.& in eode͂.13.Adulteria tua & hinitus tui.

צֹהַר Feneſtra. צֹהַר Sohar. feneſtra. Gen͂.6. Feneſtram in arca facies. Et inde צָהֳרַיִם Sahoraim.ideſt meridies.ſ.cum ſol eſt in צָהֳרָיִם medio celi vel in noſtro meridiano. Gen͂.43.Quonia͂ hodie mecum viri comeſturi ſunt in meridie.Iob.11. Et quaſi Meridies. meridianum fulgur co͂ſurget tibi ad veſperam.ps.36.Et iudicium tuum ta͂q; meridies.Canti.1.Vbi cubes in meridie. יַצְהִירוּ Et inde verbu͂ יַצְהִירוּ Iaſhiru.pro quo beatus hieronymus tranſtulit:meridiati ſunt.i.ſederunt in meridie.Iob.24.In Meridiati ſunt. ter aceruos eorum meridiati ſunt. Hebrei vero dicu͂t q; deriuatur a ſeque͂ti dictione que ſignificat oleum.vnde in predicto loco ipſi legunt. Inter aceruos eorum fecceru͂t oleum ſiue expreſſerunt oleum:aut oleificauerunt:ſi latine poſſet יִצְהָר dici.Et inde יִצְהָר Iſhar.i.oleu͂:eo quod eſt lucidum & ſple͂ Oleum. didum. Deut.7. Oleo & armentis gregibus oiu͂ tuarum. & in eodem.10. Vt colligatis frumentum & vinum & oleu͂. & in eodem.28.Vt non relinquatur tibi triticum & vinum & oleu͂.2.Paralip.32. Apothecas quoq; frume͂ti & vini & o Splendor. lei.Zach.4.Iſti ſunt duo filii olei ſplendoris.vbi ponitur pro vtroq;.ſ.pro oleo & pro ſplendore.

צוֹא צוֹאָה Sordes. צוֹא Soa.ſordes.immunditia.& ſcribitur cum he in fine & dicitur צוֹאָה Soa.Prouer.30. Et tamen non eſt lota a ſordibus ſuis.Eſa.4.Si abluerit dn͂s ſordes filiarum ſion. & in eodem.7.Omnes enim me͂ſe replete ſunt vomitu ſor צוֹאִים diumq;.& inde צוֹאִים Soim.ideſt ſordidi. Zach.3.& ieſus Sordidi. erat indutus veſtibus ſordidis.& in eode͂. Auferte veſtimenta ſordida ab eo. Vide e͂t de hoc ſupra in dictione יָצָא Iaſa.

צוּד Venari. Apprehendere. Venari. צוּד Sud.venari.venatione capere.inſidiari.Gen͂.27.cum q; venatu aliquid apprehenderis.& in eo.vt iuſſione͂ patris impleret.pro quo hebrei legunt. Ad venandum venationem vt afferret.ſed beatus hieronymus tra͂ſtulit ſeſu͂. & in eodem. Qui dudum capta venatione attulit mihi.Leuit.16.Si venatione vel aucupio ceperit auem vel feram. Hiere.4.Mittam eis multos venatores & venabuntur eos Et in eo.13.Et faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſe etatis Capere. ad capiendas animas.ideſt ad venandas animas. Et in eo. Et cu͂ ceperint aı͂as populi mei.& in eo. Quibus vos capitis animas volantes.& in eo.& dimitta͂ animas quas vos capitis.Thren͂.3.Venatione ceperunt me inimici mei. & in eo.4.Lubricauerunt veſtigia noſtra in itinere platearum noſtrarum.pro quo he.le. Venati ſunt ſiue inſidiati ſunt veſtigia noſtra:ne ambularent in plateis noſtris.ideſt inimici noſtri prohibuerunt nos ne ambularem⁹ in plateis noſtris צַיִד Vide etiam de hoc ſupra in dictione צֵדָה Sada.inde צַיִד ſa id.ſiue צַיִד Sed.ideſt venatio.Gen͂.10.Et erat robuſtus venator coram domino.pro quo hebrei legunt. Ipſe erat ro Venator. Venatio. buſtus venatione coram domino.& in eo.25.Eo quod venatione illius veſceretur.Et in eo.27.Affer mihi de vena מָצוֹד tione tua.& inde מָצוֹד Meſud.ſiue מְצוּדָה Meſuda. ideſt rete:vel laqueus:aut hamus:ſiue ſagena. Iob.19. Et flagellis ſuis me cinxerit.pro quo hebrei legunt.Et reti ſuo me Rete. cinxerit.Eccl's.9.Sed ſicut piſces capiuntur hamo. Ezech. Hamus. 12.Et capietur in ſagena mea.Et in eo.Neq; erunt vltra in Sagena. manibus veſtris ad predandum. Pro quo hebrei legunt. Neq; erunt vltra in manibus veſtris in rete ſiue in ſagena͂. מְצוּדִים Et in plu. מְצוּדִים Meſudim.ſiue מְצוּדוֹת Meſadoth.Eccl's. Laquei. 7.Que laqueus venatorum eſt & ſagena cor eius. quod in hebreo legitur pluraliter.ſcilicet laquei. Ezech.17.miſeru͂t Carcer. q; eu͂ in carcere͂.Vbi ponitur pro carcere.Significat etiam arcem ſeu fortaliciu͂.De quo vide ſupra in dictione מְצַד Meſad.Et inde צַיָּדִים Sadim.ideſt venatores.Hiere.8.Mittam צַיָּדִים eis multos venatores.Significat etiam hoſtes vel inſidiato Venatores. Hoſtes. res.Hiere.z.vt habeatis eos hoſtes:Item צַיִד Sed.ſiue צַיִד Said.aut צֵידָה Seda.ideſt viaticum ſeu cibaria.Ioſ.1.Prepa צֵידָה rate vobis cibaria.Et in eo.9.Panes quoq; quos portaba͂t Cibaria. Viaticu͂. ob viaticum:& in eodem. Suſceperunt igitur de cibariis eorum Nee.13.vt in die qua vendere liceret vendere͂t. p quo hebrei legunt. Venderent cibaria.ps.77. Cibaria miſit eis in abundantia͂.Ps.131.Viduam eius benedicens benedica͂. Pro quo hebrei legunt. Cibaria ſeu viaticum eius benedicens benedicam.Et inde verbum הִצְטַיֵּד hiſtaiad. quod ſi הִצְטַיֵּד gnificat cibaria tollere vel cibaria preparare. Ioſ.9. Tulerunt ſibi cibaria.& in eodem.En panes quando egreſſi ſu Cibaria tollere. mus de domibus noſtris vt veniremus ad vos calidos ſumpſimus.Pro quo hebrei legunt. En panis noſter calidus erat qua͂do pro viatico tulimus eum de domibus noſtris: in die quo egreſſi ſumus vt veniremus ad vos.

צִוָּה Precipere. צִוָּה Siua.precipere.mandare.iubere.imperare. Gen͂.2.precepitq; eis dicens.Et in eodem.44. Precepit autem ioſeph diſpenſatori domus ſue.Leuit.6. Precipe aaron & filiis eius.Et in eo.10.Sicut preceptum eſt mihi. Et in eode͂. 25. Dabo benedictionem meam vobis. Pro quo hebrei legunt.Et mandabo benedictionem meam vobis. Deut.4. Mandare. Sicut mandauit mihi dominus.Et in eodem.26. Feci omnia ſicut precepiſti mihi.Et in eodem.28. Emittet dominus benedictione͂ in cellaria tua. Pro quo hebrei legu͂t. Mandabit dominus benedictionem.& in eodem.33.legem precepit nobis Moyſes.2. Reg.14. Ego iubebo pro te. Eſa.5. Iubere. Et nubibus mandabo ne pluant ſuper eam. Et in eodem. 13.Ego mandaui ſanctificatis meis.& in eodem.23. Dominus mandauit aduerſus chanaan. Et in eodem.28. Ma͂da: remanda:ſpecta:reexpecta.Eſa.45.Super filios meos & ſu מִצְוָה per opus manuum mearum mandatis mihi. Et inde מִצְוָה Miſua.ideſt preceptum:ſeu mandatum. Deut.5. Vt loquar tibi omnia mandata mea & cerimonias. Quod in hebreo legitur ſingulariter.ſcilicet omne mandatum.& in eodem. 30.Mandatum hoc quod ego precipio tibi hodie:non ſu Mandatu͂. pra te eſt. Nee.11. Preceptum quippe regis ſuper eos erat. Preceptu͂. Ps.18.Preceptum domini lucidu͂.& in plu. מִצְוֹת miſuoth. מִצְוֹת Deut.4.Cuſtodi precepta eius atq; mandata. Prouer.7. Mandata. Serua mandata mea & viues.

צָוַח Clamare. צָוַח Sauach.Clamare. vociferari. Eſa. 44. De vertice montium clamabunt.Et inde צְוָחָה Seuacha. ideſt צְוָחָה clamor.vociferatio.vlulatus.Eſa.24. Clamor erit ſuper vi Clamor. Vlulatus. nu͂ in plateis. Hiere. 14. Et clamor ieruſalem aſcendit.& in eodem.46.Et vlulatus tuus repleuit terram.

צוּל צוּל Sul. profundu͂.ſ.aquaru͂ & ſcribitur cum he in fine ad

Digitized by Google

צוּלָה denotandum genus femininum & dicitur צוּלָה Sula.i.pro
profundū. fundum.Eſa.44.Qui dico profundo deſolare.& cōmuni
מְצוּלָה ter ſcribitur cum mē in principio & dicitur מְצוּלָה Meſula
profundus p̄s.68.Infixus ſum in limo ꝓfundi.& in eodem.Ne abſor-
beat me profundum.Ione.2.Et proieciſti me in profundo
in corde maris.Et in plurali מְצוּלֹת Meſuloth.Exo.15.De
מְצוּלֹת ſcenderunt in profundum ſicut lapis.Quod in hebreo le-
profunda gitur pluraliter.ſ.in profunda.p̄s.67.Conuertam in pro-
fundū maris.p̄s.87.In tenebroſis & in vmbra mortis.Pro
quo beatus hiero.in pſal.iuxta he.ve.trāſtulit.In tenebris
& in profundis

צוֹם צוֹם Sum.ieiunare.1.Reg.31.Et ieiunauerunt ſeptem die-
Ieiunare bus.2.Reg.12.Et ieiunauit dauid ieiunio.Eſter.4.Et
orate pro me.pro quo hebrei legunt.Et ieiunate pro me.
& in eodem.Et ego cum ancillis meis ſimiliter ieiunabo.
Eſa.58.Quare ieiunauimus & non aſpexiſti.& in eodem.
Ecce ad lites & contentiones ieiunatis.Zach.7.Nunquid
ieiunium ieiunaſtis mihi.Et inde צוֹם Som.i.ieiunium.3.
צוֹם Ieiuniū. Reg.21.Predicauerunt ieiunium.Ps.34.Humiliaui in ie-
iunio animā meam.Eſa.58.In die ieiunii veſtri inuenitur
צוֹמוֹת volūtas veſtra.Et in plurali צוֹמוֹת Somoth.Eſter.9.Suſce-
Ieiunia perunt a ſe & a ſemine ſuo ieiunia atqꝫ clamores

צֹאן צֹאן Son.ouis.pecus.grex.ſ.pecorum.& declinatur tantum
ſingulariter:& caret numero plurali:& ponitur aliquā
Oues do ſingulare ꝓ plurali.p̄s.8.Oues & boues.& ſcribitur ibi
צֹנֶה ſine vau & cum he in fine & dicitur צֹנֶה Sone.in aliis vero
צאן locis ſcribitur cum aleph in medio loco vau & dicitur צאן
Oues Son.Gen̄.4.Fuit autem abel paſtor ouiū.& in eodem.29.
Date ante potum ouibus.& in eodem.30.Qui paſcebat re
liquos greges eiꝰ.i.reliquas oues.& in eodem.Oues intue
rentur virgas.& in eodem.31.Et vide vniuerſos maſculos
aſcendētes ſup femias.i.ſup oues.Exo.21.& quattuor oues
ꝓ vna oue.Leuit.1.De bobus & de ouibꝰ offerēs victimas
Et in eodē.Quod ſi de pecoribus oblatio eſt.1.Reg.8.Gre
Greges ges quoqꝫ veſtros addecimabit.2.Reg.12.Diues habebat
oues & boues.Prouer.27.Diligenter agnoſce vultum pe-
Pecus coris tui.Canti.1.Abi poſt veſtigia gregis.Eſa.7.Nutriet
homo vaccam boum & duas oues.Pōitur etiam pro arieti
Arietes bus.3.Reg.4.Et centum arietes.

צוּף צוּף Suph.natare.enatare.inundare.Deut.11.Quomodo
operuerint eos aque maris rubri.ꝓ quo hebrei legūt.
Natare Quomodo natare ſiue inundare fecit dn̄s aquas maris ru
Inūdare. bri ſuper faciem eorum.4.Reg.6.Natauitqꝫ ferrū.Thren̄.
צָפַת 3.Innundauerunt aque ſuper caput meum.Et inde צָפַת Sa
phath.i.inūdatio.Ezech.32.Et irrigabo terram fetore ſan
Inundatio. guinis tui.pro quo hebrei legunt.Innundatione ſanguinis
צוּף tui.Itē צוּף Suph.i.fauus.ſ.mellis.Prouer.16.Fauus mellis
Fauus. verba compoſita.Et in plurali צוּפִים Supim.p̄s.18.Et dul-
צוּפִים ciora ſuper mel & fauum.Pro quo hebrei legunt.Et dulcio-
ra ſuper mel & fauum fauorum.i.fauum dulciſſimum.Pro
Faui quo beatus hiero.in pſal.iuxta he.ve.tranſtulit.Fauum re-
dundantem.

צוּק צוּק Suc.Anguſtiare.coartare.tribulare.fundere.Deut.28
In anguſtia & vaſtitate:qua opprimet te hoſtis tuus.ꝓ
quo hebrei legunt.In obſidione & anguſtia qua anguſtia-
Anguſtiare Coarctare bit te hoſtis tuus.Vbi ponitur verbum & nomen ab eo de-
riuatum.Iob.32.Coarctat me ſpiritus vteri mei.& ſupra in
eodē.28.Et lapis ſolutus calore in es vertitur.i.anguſtiatꝰ
vel coarctatus in fornace.Eſa.29.Et circundabo ariel.Pro
quo hebrei legunt.Et anguſtiabo ariel.Et in eodem.51.A
Tribulare. facie furoris eius qui te tribulat.& in eodem.Vbi nunc eſt
צוֹק furor tribulantis.Et inde צוֹק Soc.i.anguſtia.Dan̄.9.Et rur
anguſtia. ſum edificabitur platea & murus in anguſtia tēporū.Scri-
bitur etiam cum he in fine & dicitur צוּקָה Suca.Eſa.30.In צוּקָה
terra tribulationis & anguſtie.Et aliquando ſcribitur cum anguſtia.
vau & nū in ſecunda ſyllaba & dicitur צָקוּן Sacun.Eſa.26. צָקוּן
In tribulatione murmuris doctrina tua eis.Et aliquando tribulatio.
ſcribitur cum mē in principio & dicitur מָצוֹק Maſoc.Deut. מָצוֹק
28.In anguſtia & vaſtitate.1.Reg.22.Et cōuenerunt ad eū anguſtia.
omnes qui erant in anguſtia conſtituti.& quandoqꝫ ſcribi-
bitur cum vau in prima ſyllaba & dicitur מוּצָק Muſac.Eſa.
8.Et nō poterit auolare de anguſtia ſua.Ponitur etiam pro מוּצָק anguſtia.
fundamento.Iob.36.Et non habente fundamētum ſubter Fūdamētū
ſe.Ponitur etiam pro prominenti.1.Reg.14.Vnus ſcopu-
lus ꝓminens ab aquilone.Et in plurali מְצוּקִים Meſuchim. מְצוּקִים
Pro quo beatꝰ hieronymus trāſtulit cardines.1.Reg.2.Do Cardines.
mini enim ſunt cardines terre.Significat etiam predicta di
ctio fundere vel effundere.Ioſ.7.Proieceruntqꝫ ea ante do Fundere
minū.i.fuderūt ea.Iob.29.& petra fūdebat mihi riuos olei

צוּר Sur.obſidere.oppugnare.anguſtiare.tribulare.liga- צור
re.vel includere.munire ſeu munitionem facere.for
mare ſeu figurare.aut fingere.Deut.2.Non pugnes contra Pugnare.
moabitas.Pro quo hebrei legunt.Non obſideas vel non an Obſidere
guſties moabitas.& in eodem.Caue ne pugnes contra eos.
Et in eodem.20.Sin autem fedus inire noluerit:& ceperit
cōtra te bellum:oppugnabis eam.i.obſidebis eam.Et in eo
dem.Quando obſederis ciuitatē multo tempore.& in eo. oppugnare
28.Et obſideris intra portas tuas.Iudi.9.Et oppugnāt ad
uerſum te ciuitatem.1.Reg.23.Et obſideret Dauid & viros
eius.Eſa.1.Sicut ciuitas que vaſtatur.Pro quo hebrei legūt.
Sicut ciuitas obſeſſa.Et in eodem.21.Aſcende elam obſide
mede.& in eodem.29.Et faciā contra te aggerem.Pro quo
hebrei legūt.Et obſidebo ſup te ſtatiōe ſeu aggere.Ezech.
7.Qui relictus fuerit & obſeſſus fame morietur.Dan̄.1.Et
obſedit eam.ſignificat etiam anguſtiare vel tribulare.Gen̄.
32.Timuit iacob valde:& perterritus diuiſit populum.pro
quo hebrei legunt.Et timuit iacob valde:& anguſtiatus eſt Anguſtiare
ſiue tribulatus eſt.Exo.23.Et affligam affligentes te.i.tri- affligere.
bulabo tribulantes te.Iudi.2.& vehementer afflicti ſunt.i.
tribulati ſunt.2.Paralipo.28.Qui afflixit eum:& nullo reſi
ſtente vaſtauit.Pro quo hebrei legunt.Qui anguſtiauit ſi-
ue tribulauit eum.& in eodem.33.Qui poſtqꝫ coanguſtiatꝰ
eſt orauit dominū deum ſuum.Nee.9.Et dediſti eos in ma coāguſtiare
nu hoſtiū ſuorum:& afflixeūrt eos.i.tribulauerunt eos.p̄s.
12.Qui tribulant me exultabunt ſi motus fuero.p̄s.30.Mi- Tribulare
ſerere mei domine quoniam tribulor.p̄s.118.Multi ſūt qui
perſecuntur me & tribulant me.Eſa.28.Et pallium breue
vtrumqꝫ operire non poteſt.i.anguſtum eſt.& in eodem. anguſtiare
63.In omni tribulatione eorum non eſt tribulatus.Hiere.
10.Et tribulabo eos:ita vt inueniantur.& in eodem.48.Si
cut cor mulieris parturientis.Pro quo hebrei legunt.Sicut
cor mulieris anguſtiate vel tribulate.Soph.1.Et tribulabo
homines.& inde צָר Sar.i.anguſtia vel tribulatio:aut angu צָר
ſtians vel tribulans.1.Reg.28.Coarctor nimis.Pro quo he
brei legunt.Anguſtia mihi valde.3.Reg.22.Et ſuſtentate anguſtia.
eum pane tribulationis.p̄s.4.In tribulatione dilataſti mi- tribulatio.
hi.p̄s.118.Tribulatio & anguſtia inuenerunt me.Eſa.5.Et
ecce tenebre tribulationis & lux obtenebrata eſt in caligi-
ne eius.& in eodem.26.In anguſtia requiſierunt te.Poni-
tur etiam pro anguſto.4.Reg.6.Ecce locus in quo habita
mus coram te anguſtus eſt nobis.Eſa.49.Anguſtus eſt mi anguſtus
hi locus.Ponitur etiam pro hoſte vel inimico aut emulo.1.
Reg.2.Et videbis emulum in templo.Eſter.7.Nūc autem Emulus. hoſtis.
hoſtis noſter eſt.& in eodem.Hoſtis & inimicus noſter eſt
amā.Iob.16.Hoſtis meus terribilibꝰ oculis intuitus eſt me.
Eſa.59.Cum venerit quaſi fluuius violentus.Thren̄.2. violentus

Digitized by Google

צרים Tetendit arcum ſuum quaſi inimicus. Et in plurali צרים
Tribulantes. Sarim. p̄s. 26. Ne tradideris me in aīas tribulātiū me. Eſa.
Hoſtes. 9. Eleuabit dn̄s hoſtes raſin ſup eum. & in eo. 26. Et ignis
צרר hoſtes tuos deuoret. ſcribitur etiā cū duplici res & dr̄ צרר
Hoſtis. Sorer. Eſter. 9. Extra decē filiorū Amā agagites hoſtis iu-
צררים deorū. & ī plurali צררים Sorerim. Nu. 25. Quia ipſi hoſti-
liter egerunt cōtra vos. Pro quo he. le. Quia ipſi hoſtes fue
Hoſtes. runt vobis. Eſa. 11. Et hoſtes iuda peribūt. Vide etiā de hoc
צרה infra in dictiōe צרר Sarar. Et inde צרה Sara. i. anguſtia: vel
Anguſtia. tribulatio. Iob. 27. Cū venerit ſuper eū anguſtia. p̄s. 9. De-
Tribulatio. ſpicis in opportunitatib9 in tribulatione. Hiere. 4. Vocem
enim quaſi parturiētis audiui: anguſtiā vt puerpere. Zach.
8. Neq͡ʒ exeunti erat pax pre tribulatione. & in eo. 10. Et trā
ſibunt in maris freto. Pro quo he. le. Et tranſibit in mari an
Anguſtū guſtia vel tribulatione. Pōt etiā legi ſic. Et tranſibit in mari
anguſto. Quod eſt idē ſenſus cū littera nr̄a. Hiere. 6. Tribu
Emula. latio apprehendit me. Ponitur etiā pro emula vel inimica
צרות 1. Reg. 1. Affligebat quoq͡ʒ eā emula eius. Et in plurali צרות
Tribulationes. Saroth. Iob. 6. In ſex tribulationibus liberabit te. Eſa.
anguſtie. 65. Quī obliuioni tradite ſunt anguſtie priores. Et inde
מצור מצור Maſor. i. obſidio. ſiue machina que fit ad obſidendas
Machine. vrbes. Deut. 20. & extrues machinas donec capias ciuitatē.
Anguſtia. Et in eo. 28. In anguſtia & vaſtitate qua opprimet te hoſtis
tuus. ꝑ quo hebrei legunt. In obſidione & anguſtia. Hiere.
10. Cōgrega de terra cōfuſionē tuā: que habitas in obſidio
Obſidio. ne. Ezech. 4. Et ordinabis aduerſus eā obſidionē. Et in eo.
Donec cōpleas dies obſidionis tue. Et in plurali מצרות Me
מצרות ſuroth. Eſa. 29. Et monumēta ponā in obſidione tua. Pro
obſidiones quo hebrei legunt. Et ſtatuā contra te obſidiones. Ponitur
etiam pro munitiōe tam in ſingulari q̄ʒ in plurali: eo quod
ciuitas munita non poteſt capi niſi longa obſidione & ex-
Murate tructiōe machinarum. 2. Paralipo. 11. Ciuitates muratas ha
bētes portas & vectes. i. munitas. & in eodem. Et edificauit
ciuitates muratas in iuda. Pro q̄ hebrei legūt. Et edificauit
Munitio. ciuitates pro munitione. p̄s. 59. Quis deducet me in ciuita
tem munitā. Abach. 2. Et figam gradum ſuper munitionē.
Zach. 9. Et edificauit tyrus munitionem ſuā. Scribitur etiā
cum he in fine. 2. Paralipo. 14. Edificauit quoq͡ʒ vrbes mu-
nitas in iuda. Pro quo hebrei legūt. Et edificauit vrbes mu
nitionis in iuda. Naū. 2. Qui cuſtodiat obſidionē. Pro quo
he. le. Qui cuſtodiat munitionē. Poteſt etiam legi ſicut eſt
Agger. in littera nr̄a. ponitur ēt pro aggere. Eſa. 19. Attenuabun-
tur & ſiccabuntur omnes riui aggerū. Significat etiam pre
צור dicta dictio צור Sur ligare. Deut. 14. Et in precium rediges
Ligare. portabiſq͡ʒ manu tua. Pro quo he. le. Et dabis pro argēto: &
ligabis ſeu includes argētū in manu tua. 4. Reg. 5. Ligauit
q͡ʒ duo talēta argenti in duobus ſaccis. Eſa. 8. Liga teſtimo
niū: ſigna legē. Ezech. 5. & ligabis eos in ſūmitate pallii tui
Effundere. Itē ponitur pro effundere. 4. Reg. 12. Effundebātq͡ʒ & nu-
merabant pecuniā. Sed etiā in predicto loco hebrei legunt
ligabantq͡ʒ. i. poſtq̄ʒ numerabant: ligabāt pecuniā. & eſt or
Formare do ꝑpoſterus. Significat etiā formare ſeu figurare. Exo. 32.
Formauitq͡ʒ opere fuſorio. p̄s. 138. Tu formaſti me. Canti.
Cōpingere. 8. Si oſtium eſt cōpingamus illud tabulis cedrinis. i. figure
mus vel formemus illud. Hebrei tn̄ ſecundū ꝓcedētē ſigni-
ficationē legūt. muniamus illud tabulis cedrinis. Eſa. 43.
Creās te iacob: et formās te iſrael. De quo vide etiā ſupra in
צורה dictione יצר Iaſar. Et inde צורה Sura. i. forma vel figura.
aut exemplar. p̄s. 48. Et auxiliū eorum veteraſcet in infer-
no. Pro quo beatus hiero. in pſal. iuxta he. ve. tranſtulit. Et
Figura figura eorum conteretur in infernum. Ezech. 43. Et erube
ſcant ex omnibus que fecerunt: figuram domus & fabrice
צורת eius. Et in plurali צורת Suroth. vt in eodem. Et in omnem

deſcriptionem eius. Pro quo hebrei legūt. Et in oēs figuras Figure
eius. Item צור Sur. i. petra. ſaxum. ſilex. Exo. 17. En ego ſta צור
bo ibi coram te ſupra petram. & in eodē. Percutieſq͡ʒ petrā. Petra.
Iob. 14. Et ſaxum trāſferetur de loco ſuo. Et in eodem. 18. Saxum
Et trāſferetur rupes de loco ſuo. Eſa. 2. Ingredere in petrā. Rupes.
Ezech. 3. Vt adamantem & ſilicem dedi faciem tuam. Et ali Silex
qn̄ ſcribitur ſine vau & dr̄ צר Sar. Eſa. 5. Vngule equorum צר
eius vt ſilex. Ponitur etiā צור Sur. pro forti. 1. Reg. 2. Et nō צור
eſt fortis ſicut deus noſter. Eſa. 26. Speraſtis in domino in Fortis.
ſeculis eternis: in dn̄o deo forti in perpetuū. Ponitur etiam
צור Sur. pro deo. Deut. 32. Dei ꝑfecta ſunt opera. Et in eo. צור
Deum qui te genuit dereliquiſti. & in eodē. Nōne ideo quia Deus.
deus ſuus vendidit eos. & in eo. Nō enim eſt deus noſter vt
dii eorum. Et in plurali צורים ſurim. i. fortes vel robuſti
ſeu petre aut rupes. 2. Reg. 2. Et vocatum eſt nomen loci צורים
illius ager robuſtorum. Eſa. 2. Et introibunt in ſpeluncas
petrarū. Naū. 1. Et petre diſſolute ſunt ab eo. Reperitur etiā Robuſti. Petre.
צורות Suroth. Iob. 28. In petris riuos excidit. Ponitur etiā צורות
צור Sur. pro petra acutiſſima vt gladius: ſeu pro gladio vel צור
pro cultro. Exo. 4. Tulit illico ſephora acutiſſimā petram. Acutiſſima petra
Ioſ. 5. Fac tibi cultros lapideos. p̄s. 88. Auertiſti adiutoriū Culter.
gladii eius. Pro quo hebrei legūt. Auertiſti acumen ſeu aci Adiutoriū
em gladii eius. Sed beatus hieronymus in pſalterio iuxta
hebraicam veritatem trāſtulit. Auertiſti robur gladii eius. Robur
Vbi ponitur pro robore. Et inde ציר Sir cum iod in me- ציר
dio loco vau. ideſt legatus ſiue nuncius. Prouer. 25. Sicut
frigus niuis in die meſſis ita legatus fidelis. Hiere. 49. Legatus
Et legatus ad gentes miſſus ſum. Et in abdia. Et legatum
ad gentes miſit. Et in plurali צירים ſirim. Eſa. 18. Qui צירים
mittit in mare legatos. Et in eodem. 57. Et miſiſti lega- Legati.
tos tuos procul. Ponitur etiam pro doloribus vel angu-
ſtiis. 1. Reg. 4. Irruerant enim in ea dolores. Eſa. 13. Torſio Dolores
nes & dolores tenebunt. Et in eodem. 21. Et anguſtia poſſe
dit me quaſi anguſtia perturiētis. Quod in hebreo legitur
in plurali. ſ. anguſtie vel dolores poſſederunt me quaſi do- Anguſtie
lores parturientis. Ponitur etiam pro erroribus. Eſa. 45.
Abierunt in confuſionem fabricatores errorum. hebrei ta Errores
men legūt. fabricatores idolorum. ponitur etiam pro com- Cōpages.
pagibus. Dan̄. 10. In viſione tua diſſolute ſunt compages
mee. Vnde illud. 1. Reg. 4. vbi dicitur irruerant enim in ea
dolores. Aliqui hebrei legunt diſſolute fuerant in ea com-
pages ei9. Ponitur etiam ציר Sir. pro cardine. Prouer. 26. ציר
Oſtium vertitur in cardine ſuo. Item צור ſauar. i. collū. cer Cardo.
uix. Nee. 3. Optimates autem eorum nō ſuppoſuerunt col- צור
lum ſuū in opere dn̄i ſui. & cōmuniter ſcribitur cum aleph Collum.
poſt vau. vt Gen̄. 41. & collo torquē aureā circūpoſuit. Eſa.
8. Vſq͡ʒ ad collum veniet. Et in plurali צוארים ſauarim. ſi- צוארים
ue צוארי ſauare. Iudi. 5. Et ſupellex varia ad ornanda colla Colla.
congeritur. Hiere. 27. Subiicite colla veſtra ſub iugo regis
babylonis. Reperitur etiam צוארות Sauaroth ſecundum צוארות
terminationem pluralem femininorū. Mich. 2. vnde non
auferatis colla veſtra. Et ſepe ponitur in plurali licet loqua- Colla.
tur de vno homine. Gen̄. 33. Stringenſq͡ʒ collum eius. & in
eodem. 45. Cūq͡ʒ amplexatus recidiſſet in collū beniamin.
Et in eodem. Illo quoq͡ʒ ſimiliter flente ſuper collum eius.
Scribitur etiam ſine aleph & cū littera nū & dicitur צורנים צורנים
Saueronim. Canti. 4. & in vno crine colli tui. Item צור ſor Collum
nomen prouincie. i. tyrus. p̄s. 86. Ecce alienigene & tyrus. צור
Eſa. 23. Quis cogitauit hoc ſuper tyrum. Hiere. 47. Et diſ Tyrus
ſipabitur tyrus & ſidon.

צחח Sachach. Candere. lucidum vel clarum ſeu limpidum צחח
eſſe. arere. aut aridum vel ſiccum eſſe. Canti. 5. Dile
ctus meus candidus & rubicundus. Eſa. 18. Sicut meridiana Cādidū eē

Digitized by Google

Claꝛũ eſſe. lux clara eſt.Hiere.4. Ventus vrens in viis que ſunt in de-
Arere ſerto.Pro quo hebrei legunt vẽtus clarus. Poteſt etiã legi ſe
cundum aliam ſignificationem ventus aridus vel ſiccus aut
vrens ſicut eſt in littera noſtra.Ezech.24.Super limpidiſſi
lipidiſſima mam petram effudit illum. Et in eo. Dedi ſanguinem eius
ſuper limpidiſſimam petram: ne operiretur. Threñ.4.Ni
Nitida. tidiores lacte.ideſt candidiores. & inde צחות Sachoth.ideſt
צחות verba clara & plana.Eſa.32. & lingua balborum velociter
Plana loquetur & plane.ideſt velociter loquetur verba clara ſeu
vba clara. plana aut polita. Scribitur etiam cum duplici ſádic & cũ du
צחצחות plici cheth & dicitur צחצחות Sachſachoth. pro quo beatus
Splẽdoreſ hieronymus tranſtulit ſplendores.Eſa.58.& impleuit in
ſplendoribus animam tuam. Significat etiam predicta di-
Arere. ctio arere: aut ſiccum vel aridum eſſe.Eſa.5.Et multitudo
צחיחה eius ſiti aruit.& inde צחיחה Sechicha.ideſt ſiccitas. p̄s.67.
Similiter eos qui exaſperant: qui habitant in ſepulchris.ꝓ
quo beatus hiero.in pſal.iuxta he.ve.tranſtulit. increduli
Siccitas autem habitauerunt in ſiccitate.& inde צחיחים Sechichim
צחיחים ideſt loca arida & ſicca que ſunt in cacumine petrarum vel
Loc⁹ poſt muꝛũ. in circuitu murorum.Nee.4.Statui in loco poſt murum
per circuitum populum in ordine cum gladiis ſuis.

צחן צחן Sachan.putredo.ſeu fetor.& ſcribitur cum he vel tau
Putredo. in fine. Ioel.2.Et aſcendet putredo eius: quia ſuperbe
egit. Et ſolum iuenitur in predicto loco.

צחק צחק Sachac.ridere.ludere.iocari.illudere. ſiue irridere.
Ridere. Geñ.17.Cecidit abraãin faciem ſuam & riſit.Et in eo
dẽ.18.Quo audito ſara riſit.Et in eodem. Negauit ſara di
cens nõ riſi.Et in eodem.21. Quicunq; audierit corridebit
Ludere mihi.Et in eodem.Cumq; vidiſſet filium agar ludentem
Jocari. cum iſaac.Et in eodem.26. Vidit eum iocantem cum Rebe
ca vxore ſua.Exo.32.Et ſurrexerunt ludere.Iudi.16. Qui
adductus de carcere ludebat ante eos.ſignificat etiam illude
Illudere re vel irridere.Geñ.39.Vt illuderet nobis. & in eodem.vt
צחק illuderet mihi. Et inde צחק Sechoc.i.riſus ſeu ludus.Geñ.
Riſus. 21.Riſum fecit mihi dominus. Scribitur etiam cum ſin lo-
co ſádic.De quo vide infra in littera ſin in ſuo loco.

צחר צחר Sachar.Candidum ſeu nitidum.Ezech.27. Et lana
Candidus. coloris optimi.i.candida ſeu nitida.Et in plurali fe-
צחרות menino צחרות Sechoroth.Iudi.5.Qui aſcenditis ſuper ni
Nitentes tentes aſinas.

ציה ציה Siia.ſiccitas. ſolitudo.deſertum. Iob.24. Ad nimiũ
Siccitas calorem tranſient ab aquis niuium.pro quo hebrei le
Jnaqſum. gunt.Ad ſiccitatem & calorem.Ps.77.In ira excitauerũt
Deſertum. excelſum in inaquoſo.ideſt in loco ſicco vel deſerto. Et in
ציות plurali ציות Sioth.p̄s.104. Abierunt in ſicco flumina.i.in
Siccum. locis ſiccis vel deſertis.Et inde ציון Saion. Pro quo beatus
ציון hieronymus tranſtulit ſitim.Eſa.25.Sicut eſtus in ſiti. & in
Sitis. eodem.32.Sicut riui aquarum in ſiti. Hebrei vero dicunt
צי ꝙ ſignificat locum aridum & inaquoſum.Et inde צי Si.i.
Trieris nauis vl̕ trieris.Eſa.33.Nec trieris magna trãſgredietur eũ.
צים Et in plu. צים ſim.Nu.24.venient in trieribus de italia.
Trieres. Ezech.30.Egredientur nuncii a facie mea in trieribus.Scri
ציים bitur etiam cum duplici iod & dicitur ציים Siim.Eſa.23.
Aſur fundauit eam. Pro quo hebrei legunt. Aſur fundauit
Naues. eam nauibus.ideſt fecit in ea portus pro nauibus vel trieri
bus.Dañ.11.Et venient trieres & romani ſuper eum. Poni-
Ethiopes. tur etiam pro ethiopibus.Ps.71.Coram illo ꝓcidẽt ethio-
pes.p̄.73.Dediſti eum eſcam populo ethiopum.Poteſt etiã
legi populo nauium.ideſt nautis.ſignificat etiam ציים ſiim
animalia mõſtruoſa ſeu beſtias feras.Eſa.13.Sed requieſcẽt
Beſtie. ibi beſtie.in alio vero loco beatus hieronymus tranſtulit de
Demonia. monia.Eſa.34.Et occurrẽt demonia onocentauris.

ציון ציון Sion.titulus.vel tumulus.4.Regum.23.Quis eſt titu
lus ille quem video.Ezech.39.Statuent iuxta eum titulũm Titulus.
donec ſepeliant.& in plurali ציונים Siiunim. pro quo bea- ציונים
tus hieronymus trãſtulit ſpeculas.eo quod ſunt in loco emi
nẽtiori.Hiere.31.Statue tibi ſpeculas.Item ציון Saion.ſicci Specule.
tas vel ſitis.De quo vide ſupra in dictione precedenti. ציון

ציץ ציץ Sis.florere.germinare.proſpicere.Nume.17.Et tur-
gentibus gemmis eruperant flores. pro quo hebrei
legunt.Et produxit gẽmas: & floruit florem: ſiue germina Florere
uit florem. p̄s.71. Et florebũt de ciuitate ſicut fenũ terre.
Ps.91.Et apparuerint omnes qui operantur iniquitatem.
Pro quo btũs hiero.in pſ.iuxta he. ve.trãſtulit. & floruerit
omnes qui operantur iniquitatem.p̄s.131. Super ipſum au
tem efflorebit ſanctificatio mea.Eſa.27.Florebit & germi-
nabit iſrael.Ezech.7 Floruit virga: germinauit ſuperbia. Si
gnificat etiam apparere.vel proſp icere.Canti.2. Proſpi-
ciens per cãcellos. Et inde ציץ Sis.i.flos.Eſa.28.Et flori de Proſpicere
cidenti glorie exultationis eius. Et in eodem.40. Exſicca- ציץ Flos.
tum eſt fenum: & cecidit flos. Scribitur etiam cum thau in fi
ne & dicitur ציצת Siſath.Eſa.28.Et erit flos decidens. & ציצת
inde ציצים Siſim.i.celature vel picture in ſimilitudinẽ flo- Flos ציצים
rum.3.Regum.6.Et picturas varias quaſi prominentes de Picture
pariete & egredientes.& in eodem. Et celaturas valde emi-
nentes. Item ציץ Sis.ideſt ala ſiue penna: ſecundum hebre ציץ
os.Hiere.48. Date florem Moab quia florens egredietur.
pro quo hebrei legunt.Date alam ſiue pẽnam moab: quia Ala.
volans volabit. Poteſt etiam legi ſicut eſt in littera noſtra.
De quo vide etiam ſupra in dictione נוץ nos.& in dictione
נצה Naſa.& inde ציצית Siſith.ideſt ala ſeu fimbria veſti- ציצית
menti.Nume.15.Vt faciant ſibi fimbrias per angulos quat Fimbria
tuor: ponẽtes in eis vittas hyacinthinas. & ĩde ציצת Siſath ציצת
ideſt floccellus: vel cincinus capitis.Ezech.8.Et apprehen Cincinus.
dit me in cincino capitis mei. Item ציץ ſis.i.lamina aurea ציץ
quam ſacerdos gerebat in fronte.Exo.28. Facies & laminã
de auro puriſſimo.Et in eodem.39.Fecerunt & laminam Lamina.
ſacre venerationis.

ציר ציר Sir.legatus.nuncius.vt in Abdia.& legatũ ad gentes ציר
miſit. De quo vide ſupra in dictione צור Sur. Legatus

צית צית Sith.ſuccendere.comburere.Eſa.27.Succendam eam צית
pariter.De quo vide ſupra in dictione יצת Iaſath. Succẽdere

צל צל Sel.vmbra.De quo vide in dictione ſequenti. צל

צלל צלל Salal.vmbra.Iob.40.Protegunt vmbre vmbrã eius צלל
Et cõmuniter ſcribitur cum ſimplici lámed.& dicitur Umbra
צל Sel.Geñ.19.quia ingreſſi ſunt ſub vmbra culminis mei צל
Iudi.9.Venite & ſub vmbra mea requieſcite.Iob.7. Sicut Umbra
ſeruus deſiderat vmbrã.Ps.16. Sub vmbra alarum tuarum
ꝓtege me.p̄s.143.Dies eius ſicut vmbra pretereunt. Eccl̕s
8.Sed quaſi vmbra tranſeant.Significat etiam preſidium
vel protectionem.Nu.14.Receſſit ab eis omne preſidium
Eccl̕s.7. Sicut protegit ſapientia: ita protegit pecunia.pro Preſidiũ.
quo hebrei legunt.Sicut vmbra ſeu protectio ſapientie: ita Protectio
vmbra vel protectio pecunie.Et in plurali צללים Selalim צללים
ſiue צללי ſilele.Canti.2.Et inclinentur vmbre. Hiere.6. צללי
Quia longiores facte ſunt vmbre veſperi. Et inde verbum Umbre.
צלל Silel.ideſt obumbrare.ſiue vmbram facere. Nee.13. צלל
factum eſt autem cum quieuiſſẽt porte ieruſalem. pro quo Obũbrare
hebrei legunt.cum obumbraſſent. ideſt cum vmbre carũ
fierent lõgiores in veſpere.Et inde מצל Meſal.i.obũbrans מצל
ſiue nemoroſus: eo quod facit vmbram.Ezech.31. Et flori- nemoroſus
bus nemoroſus.Itẽ צלל ſalel.i.tinire ſeu tremere.4.Reg. צלל
21. Vt quicunq; audierit tinniant ambe aures eius. Hiere. Tinnire.
19.vt omnis qui audierit tinniant aures eius.Abach.3. A
voce tremuerunt labia mea.Et inde מצלתים Meſilthaim. מצלתים

Digitized by Google

Cymbala. מצלות tītinabulũ Qđ ſuper frenũ eſt. צלצל Cymbala. Obũbrãs.

ideſt cymbala.1.Paralip.15.In organis muſicorum nablis videlicet & lyris & cymbalis. Et in eodẽ.In cymbalis eneis concrepantes. Et inde מצלות Meſiloth.i.tintinabula que ferũtur ſuper equũ cauſa ornatus. Zach.14. In die illa erit quod ſuper frenũ equi eſt ſanctum dño. Scribitur etiam cũ duplici ſadic & cum duplici lamed:& dicitur צלצל Silſal. Eſa.18. Ve terre cymbalo alarum. Hebrei tamẽ ſecundum primã ſignificationem legunt. ve terre obrũbrate alis: ſeu obumbranti alis. Vnde beatus hiero.in ſuis explanationibus ſic ait. Verbum hebraicum צלצל Silſal ꝙ ſymmachus ſonitum: theodotion aues interpretati ſunt. & nos in cymbalum vertimus: aquila in vmbram tranſtulit. Sed ſciendũ ꝙ vmbra צל Sel dicitur: hic autem ſyllaba ipſa geminatur: pro quo poſſumus dictum intelligere. Ve terre que in vmbra alarum ſuarum pollicetur auxilium.hec hieronymus.

צלצלים Cymbala. צלצל Gurguſtiũ צלצל Rubigo. צלל ſubmergi. צליל Subcinericiꝰ panis.

Et in plurali צלצלים Silſalin.2.Reg.6.Et ſiſtris & cymbalis.ps.150.Laudate eum in cymbalis bene ſonãtibus: laudate eum in cymbalis iubilationis.Item צלצל Silſal.i.inſtrumẽtum quo piſces capiuntur. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit gurguſtium.Iob.40.& gurguſtiũ piſciũ capite illius.Item צלצל Selaſal.i.rubigo que conſumit fructus arborum & terre naſcentia. Deut.28. fruges terre tue rubigo cõſumet.Item צלל Saſal.i.ſubmergi.Exo.15. Submerſi ſunt quaſi plumbum in aquis vehementib9. & inde צליל Selil.i.ſubcinericius panis. Iudi.7. Videbatur mihi quaſi ſubcinericius panis ex hordeo volui & in caſtra madiam deſcendere. Et aliqui hebrei dicunt ꝙ deriuatur a dictione צלה Sala.

צלא Orare.

צלא Sala.in ligua chaldaica ſignificat orare.Dañ.6.Orabat: confitebaturq̃ coram deo.

צלה Aſſare.

צלה Sala.aſſare.Exo.12.Edent carnes tantum aſſas igni. 1.Regum.2.Da mihi carnem vt coquam ſacerdoti.pro quo hebrei legunt.Da mihi carnem vt aſſem ſacerdoti. vnde ſequitur non enim accipiam a te carnẽ coctam. Eſa.44 Coxit pulmentum:& ſaturatus eſt.pro quo he.le. Aſſauit aſſaturam & ſaturatus eſt. Vbi ponitur verbum & nomẽ ab eo deriuatum.Et inde dicunt aliqui hebrei ꝙ deriuatur dictio צליל Selil que ſignificat panem ſubcinericium.i.coctũ ſub cinere vel ſub prunis: de quo dictum eſt ſupra in dictione. צלל Salal.

צלח Proſpere agere. Pſperari

צלח Salach.proſperari.ſiue proſpere agere. Proficere.dirigere.tranſire.ſ.cum pſperitate.inſilire.irruere.cõburere.Gen.39.Et erat vir in cunctis proſpere agens.Nu.14.Quod vobis non cedet in proſperum.3.Reg.22.Aſcẽde & vade proſpere.pro quo he.le. Aſcende & proſperare. 1.Paralipo.22. Sit dominus tecum & proſperare.Et in eodem.Tunc enim proficere poteris.ideſt proſperaberis. Et in eodem.29.& cunctis placuit. Pro quo he.le. Et proſperatus eſt.2.Paralipo.18.Aſcende in ramoth galaad:et proſperaberis.& in eodem. Aſcendite:cũcta enim proſpera veniẽt.i.proſperabimini.Et in eodem.20.Et cuncta eueniẽt proſpera.ps.1.Et omnia quecunq; faciet proſperabuntur. ps.36. Noli emulari in eo qui proſperatur in via ſua. ps.44.Intẽde proſpere.ps.117.O domine bene proſperare. Hiere.12.Quare via impiorum proſperatur. Et in eodem. 13.Ita vt nulli vſui aptum eſſet. pro quo he. le. Nulli vſui proficeret.Ezech.16.Et profeciſti in regnum.Significat ẽt dirigere.Geñ.24. Et diriget viam tuam. & in eodem.39. Et omnia que gererentur ab eo dirigi in manu illius.Ioſ.1 Tunc diriges viam tuam.Nec.1.Et dirige ſeruũ tuũ hodie. Hiere.5.Cauſam pupilli non direxerunt.Significat etiam tranſire vel inſilire aut irruere.2. Reg.19. Et irrumpentes iordanem ante Regem tranſierunt vada.1.Regum.10.& inſiliet in te ſpiritus domini. & in eodem. Et inſiluit in eum ſpiritus domini.Iudi.14.Irruit autem ſpiritus domini in ſamſon.Et in eodem.Irruit itaq; in eum ſpiritus domini.ſignificat ẽt cõburere. Amos.5.ne forte cõburatur vt ignis dom9 ioſeph.Item צלחת Salachath.aſcella:ſeu ſinus.Prouer.19. Abſcõdit piger manum ſuam ſub aſcella. Et dicunt aliqui hebrei ꝙ ſignificat chaldariam. Item צלוחית Selochith.ideſt phiala:ſeu vas teſteum.4.Regũ.2.Afferte mihi vas nouum.

Proficere. Dirigere. Tranſire Inſilire. Irruere. Cõburere. צלחת Aſcella צלוחית Vas.

צלם Imago

צלם Selem.imago.ſimilitudo.ſtatua. Geñ.1.faciamus hominem ad imaginẽ & ſimilitudinem noſtram. Et in eodem.Et creauit deus hominem ad imaginem ſuam. Et in eodem. Et genuit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam. Ps.38.Veruntamen in imagine pertranſit homo. Sed aliqui hebrei in predicto loco pro imagine legũt vmbrã ſeu tenebras: & dicũt ꝙ deriuatur a צל Sel quod ſigñat vmbrã: de quo ſupra dictum eſt. Et etiam in lingua arabica vel punica tenebre appellantur צלם Selem. Vnde in predicto loco poteſt etiã legi.verũtamen in vmbra ſeu in tenebris pertranſit homo.Et in plu. צלמים Selamim ſiue צלמי Salme. vt Nu.33.Statuas cõminuite.i.imagines idolorum ſuorũ.1.Reg.6. Vt faciatis ſimilitudines anorum veſtrorum: & ſimilitudines murium.Et in lingua chaldaica aliquando ſcribitur cum aleph in fine tam in ſingulari q̃ in plurali.Dañ.2.Statua illa magna.Item צלמות Salmaueth. ideſt vmbra mortis ſeu caligo mortis:compoſitũ a צל Sel quod ſignificat vmbram:& מות maueth quod ſignificat mortem. Iob.3. Obſcuret eum tenebre & vmbra mortis.& in eodẽ. 10.Ad terram tenebroſam & opertam mortis caligine. Et in eodem. Vbi vmbra mortis & nullus ordo. Et in eodem. 12.Qui producit in lucem vmbram mortis.ps.22. Si ambulauero ĩ medio vmbre mortis nõ timebo mala. ps.43. Cooperuit nos vmbra mortis.Et inde dicunt aliqui hebrei ꝙ deriuatur צלמון Salmon.i.locus obſcurus & tenebroſus. ps.67.Niue dealbabuntur in ſelmõ.q.d.vbi eſt obſcuritas & caligo: ibi erit niuis dealbatio.

צלמים צלמי Imagines Similitudes. Statua צלמות vmbra mortis. Mortis caligo. צלמון

צלע Coſta. צלעות Coſte. Latus. צלעים

צלע Selaa.coſta.latus.Geñ.2. Et edificauit dominus deus coſtam quam tulerat de adam.Et in plurali צלעות Selaoth.vt in eo.Tulit vnam de coſtis ei9.Et quia coſte ſunt in vtroq; latere animalis: ideo ſignificat etiam lat9:& eſt in hebreo communis generis. vt Exo.25. Duo circuli ſint in latere vno:& duo in altero.Et in eodẽ. Ad continẽdas tabulas in vno latere tabernaculi.3.Reg.6. Oſtium lateris medii in pariete erit. Hiere.20. Cuſtodientes latus meum Ezech.41.Et latitudinem lateris quattuor cubitorum. & in eodem.Latera aũt latus ad latus bis triginta trium.& in plurali צלעות Selaoth.ſiue צלעים Selaim. vt in eodẽ.Que ingrederentur per parietem domus in lateribus.Et in eo. Et vidi in domo altitudinẽ per circuitum & fundata latera. Ponitur etiam pro tabulis vel tabulatis.3. Regũ.6.Et texit pauimentum domus tabulis abiegnis. Et in eodem. Et ad poſteriorem partem templi tabulata cedrina.Et in eodẽ.7 Et tabulis cedrinis veſtiuit totam cameram. Eſt etiam צלע Selaa nomen proprium loci.Ioſ.18.Et ſela & eleph& iebꝰ que eſt ieruſalẽ.Item צלע Salaa.i.claudicare.Geñ.32. Ipſe vero claudicabat pede.Michee.4. Congregabo claudicantem.& inde צלע Selaa.i.claudicatio ſeu fractura cruris vel pedis. Pro quo beatus hieronymus trãſtulit plagam ſeu infirmitatem.ps.34.Et aduerſum me letati ſunt & conuenerunt. Pro quo beatus hiero.in pſal.iuxta he.ve.trãſtulit.Et in infirmitate mea letabantur.ps.37.Ego autẽ in flagella paratus ſum. Pro quo beatus hiero. tranſtulit. Ego autem ad plagas paratus ſum.

Latera. Tabule Tabulata. צלע צלע Claudicare צלע Infirmitas Plaga

Digitized by Google

צלצל Rubigo. צלצל צלצל Selaſal.rubigo.Deut.28 : Fruges terre tue rubigo conſumet. Item צלצל Silſal. Vas ſeu inſtrumentū quo piſces capiūtur. De q̄ vide ſupra in dictiōe צלל ſalal.

צמם צמם Samā.cincinus capillorū: ſeu coma capitis ſecundū hebreos: pro quo beatus hiero.trāſtulit.id quod intrinſecus latet: & ſcribitur cum ſimplici mem & cum tau in fine & dicitur צמת Samath. Canti. 4. Abſq̄ eo quod intrinſecus latet. In alio vero loco btūs hiero. trāſtulit turpitudinem. vt Eſa. 47. Denuda turpitudinem tuam. pro quo he. le. Denuda comam tuam ſeu cincinos capitis tui. Et inde dicunt aliqui hebrei q̄ deriuatur צמים Samim. idest illi qui habitant in deſertis: & habent longam comam & intōſam barbam. pro quo beatus hiero. tranſtulit ſitientes. Iob. 5. & bibēt ſitiētes diuitias eius. De quo vide in dictiōe ſequēti.

צמת Os intrinſecus latet. turpitudo. צמים Sitiētes.

צמא צמא Sama.ſitire. Exo. 17. Sitiuit ergo populus propter aque penuriam. Ps. 62. Sitiuit in te anima mea. Ps. 106. Eſurientes & ſitientes. Eſa. 32. Et potum ſitiēti aufert Et in eodē. 48. Non ſitierunt in deſertis. Et aliquando ſcribitur ſine aleph. vt Iudi. 4. Da mihi obſecro paululū aque quia ſitio valde. Ruth. 2. Sed etiam ſitiens vade ad ſarcinulas & bibe. Iob. 5. Bibent ſitientes diuitias eius. Et in eodē. 18. Et exardeſcet contra eum ſitis. pro quo hebrei legunt. Et preualebunt contra eum ſitientes. Et inde צמא Sama. i. ſitis. Exo. 17. vt occideres nos & liberos noſtros in ſiti. Iudi. 15. Et in ſiti morior. p̄s. 68. Et in ſiti mea potauerūt me aceto. p̄s. 103. Expectabunt onagri in ſiti ſua. Amos. 8. Nō fames panis nec ſitis aque. & aliquando ſcribitur cum littera nun in fine & dicitur צמאון Simaon Deut. 8. Ac dipſas. idest ſitis. nam grece dipſas idem eſt quod ſitis latine. Ps. 106. Et exitus aquarum in ſiti.

צמא ſitire. צמא Sitis. צמאון Dipſas Sitis.

צמד צמד Samad. Iungere. adherere. concinare. Beatus hiero. tranſtulit initiari. Nume. 25. Initiatuſq̄ eſt iſrael beelphegor. Et in eodem. qui initiati ſunt beelphegor. p̄ quo hebrei legunt. iunctus eſt ſiue adheſit beelphegor. 2. Reg. 20. Et deſuper accinctus gladio dependēte vſq̄ ad ilia. Pro quo hebrei legunt. Et deſuper accinctus gladio adiūcto ſeu adherente ſuper lumbos ſuos. p̄s. 49. Et lingua tua cōcinabat dolos. Et inde צמיד Samid. idest operculum quod ponitur ſuper vas & cum eo iungitur. Nu. 19. Vas quod non habuerit operculum nec ligaturam deſuper. & inde צמד ſemed. idest par ſeu iuga boum vel aliorum animaliū aut bini. Iudi. 19. Habēs in comitatu puerū & duos aſinos. idest par aſinorum. 3. Reg. 19. Tulit par boum & mactauit illud. Hiere. 51. Collidam in te agricolam & iugale ei⁹. Et in plu. צמדים Semadim. 3. Reg. 19. Arantem in duodecim iugis boum. 4. Regum. 9. Memini enim quando ego & tu ſedētes in curru ſequebamur achab. pro quo hebrei legunt. Sedentes in iugis. idest in curribus qui vehebātur iugis equorum. Eſa. 5. Decem iugera vinearum facient laguncularn vnam. idest vinee que decem iugis boum vno die poſſint arari. Item צמיד Samid. idest armilla. Nu. 31. periſcelides & armillam. Et in plu. צמידים ſemidim. Geñ. 20. cūq̄ vidiſſet inaures & armillas.

Initiari. Adiūgere adherere. Cōcinare. צמיד Operculum. צמד Par. Iugale. צמדים Iuga. Iugera. צמיד Armilla. צמידים Armille.

צמח צמח Samach. germinare. pullulare. oriri. creſcere. Geñ. 2. Omnemq̄ herbam regionis priuſq̄ germinaret. & in eodem. 3. Spinas & tribulos germinabit tibi. Et in eodē 41. Alie quoq̄ ſpice totidem tenues & percuſſe vredine oriebantur. idest pullulabant. Exo. 10. Corrodet enim omnia ligna que germinantur in agris. Leuit. 13. Porro ſi ſteterit macula & capilli nigri fuerint. Pro quo hebrei legūt. Et capillus niger pullulauerit ſiue creuerit. Deut. 29. Neq̄ virēs quippiam germinet. 2. Reg. 10. Manete in hierico donec creſcat barba veſtra. Et in eodem. 22. Nec eſt quicquā ex eo quod non germinet. p̄s. 103. Producens herbam iumentis. idest germinare faciens. p̄s. 146. Qui producit iumentis fenum. Eccl̄s. 2. Vt irrigarent ſiluam lignorū germinantium. Eſa. 44. Germinabunt inter herbas. & in eo. 55. Et infundit eā: & germinare eam facit. Ezech. 16. Et pilus tuus germinauit. Et inde צמח Sémach. idest germen. Geñ. 19. Vniuerſos habitatores vrbium & cuncta terre virentia. Pro quo hebrei legunt. Et omne germen terre. Eſa. 4. In die illa erit germen dñi in magnificentia. Zach. 3. ecce ego adducam ſeruum meum orientē. i. germen ſeu germinantem. Et in eodem. 6. Ecce vir oriens nomen eius.

צמח germinare. Oriri. Pullulare. Creſcere. צמח Germen. Oriens.

צמק צמק Samac. arere. ſiue aridum eſſe. Oſee. 9. Da eis vuluā ſine liberis & vbera arentia. Et inde vue paſſe dicuntur צמוקים Simucim. 1. Reg. 25. Centum ligaturas vue paſſe. Et in eo. 30. Et duas ligaturas vue paſſe.

צמק Arere. צמוקים Vue paſſe.

צמר צמר Sémer. lana. cacumē. ſ. arboris. ſeu medula. Deut. 22. Non indueris veſtimentum quod ex lana linoq̄ cōtextum eſt. Prouer. 31. Queſiuit lanam & linum. Eſa. 1. Velut lana alba erunt. Ezech. 27. In lanis coloris optimi. Pro quo hebrei legunt. In lana candida. Item צמרת Saméreth idest cacumen ſeu ſummitas arboris: vel medula arboris. Ezech. 17. Tulit medulam cedri. Et in eo. Et ſummam ego de medula cedri ſublimis. & in eo. 31. Et inter condenſas frondes elatum eſt cacumen eius. & in eo. Et dedit ſummitatem eius virentē atq̄ condenſam. Et in eo. Neq̄ ponens ſummitatem ſuam inter nemoroſa atq̄ frondoſa.

צמר Lana. צמרת Medula. Cacumen. Sūmitas

צמת צמת Samath. Diſperdere. perdere. conſumere. ad internitionem perducere. 2. Reg. 22. Obedientes me: & diſperdam eos. Iob. 6. Tempore quo fuerint diſſipati peribūt idest perditi erūt vel cōſumētur. Ps. 72. Perdidiſti oēs qui fornicātur abs te. Ps. 87. terrores tui conturbauerunt me. Pro quo hebrei legunt. Terrores tui conſumpſerunt me. & Beatus hiero. in pſal. iuxta he. ve. tranſtulit oppreſſerunt me. p̄s. 93. Et in malicia eorum diſp̄det eos: diſperdet eos dominus deus noſter. p̄s. 100. Detrahentem ſecreto proximo ſuo hunc perſequebar. pro quo hebrei legunt. hūc diſperdebā ſiue cōſumebā. p̄s. 118. Tabeſcere me fecit zelus meus. p̄ quo btūs hiero. ī pſ. iuxta he. ve. trāſtulit. cōſūpſit me zelus meus. Threñ. 3. Lapſa eſt in lacum vita mea. pro quo hebrei legunt. Diſperierūt: ſeu conſumpte ſunt in lacu vite mee. & ponitur in hebreo in plurali. quia vita in hebreo eſt pluralis numeri: & caret numero ſingulari.

צמת Diſpdere. Perire Perdere. cōſumere. opprimere. Tabeſcere. Cōſumere.

צנן צנן Senin. ſpina. ſiue vepres. tranſlatio noſtra traduxit lāceā ſeu ſudē. & ſolū inuenitur in nūero plu. ſ. צנינים ſeninim. Nu. 33. & lācee in lateribus vrīs. Ioſ. 23. & ſudes in oculis vrīs. & inde צנה Sina. i. ſcutū. 3. Reg. 10. fecit rex ſalomon cētū ſcuta de auro puriſſimo. Ps. 34. Apphēde arma & ſcutū. p̄s. 90. ſcuto circūdabit te veritas eius. Amos. 4. Et leuabūt vos in cōtis. pro quo he. le. Et leuabūt vos ī ſcutis. & dicunt q̄ ponitur ibi p̄ nauiculis puis ad modū ſcuti factis. & inde צנים ſinim. i. arma ſeu armati. Iob. 5. & ipſū rapiet armatus. Prouer. 22. Arma & gladii in via ſupbi. hebrei tamen dicunt q̄ ſignificat ſpinas ſeu tribulos.

צנן צנינים Lancea Sudes. צנה ſcutum. צנים Armatus.

צנח צנח Sanach. figere. defigere. ſuſpirare. Iudi. 4. Percuſſū q̄ malleo defixit in cerebrū vſq̄ ad terrā. ſignat ēt ſuſpirare. Ioſ. 18. Suſpirauitq̄ vt ſedebat in aſino. Iudi. 1. que cum ſuſpiraſſet ſedens in aſino. hebrei tamen dicunt q̄ in duob⁹ locis p̄dictis ſignat deſcēdere ſeu declinare. vñ in p̄dictis locis ipi legūt. & deſcēdit ſeu declinauit de aſino.

צנח Defigere ſuſpirare deſcendere

צנם צנם Senum. aridū. ſiccū. & ſolū īuenitur in nu. plu. & ī ge. fe. ſ. צנמות ſenumoth. Geñ. 41. alie q̄q̄ ſeptē tenues & pcuſſe vredine oriebātur. pro quo he. le. & ecce ſepte ſpice aride tenues & pcuſſe vredie oriebātur poſt illas. & ſolū

צנם צנמות Aride

Digitized by Google

inuenitur in predicto loco.& dicunt aliqui ꝙ significat minutas ſeu paruas.

צנע Humilis. צנועים Humiles. הצנע Solicitus ſeruare. צָנַע Sanuaa.humilis.modeſtus.& ſolũ iuenitur in nu.plu. .ſ. צנועים Senuim.Prouer.11. Vbi aũt eſt hũilitas: ibi & ſapiẽtia.ꝓ quo he.le.& cũ humilib⁹ ſapiẽtia.& ide הַצְנֵעַ haſnea .i.humiliter.btũs hiero.trãſtulit ſolicitũ.Mich.6.& ſolicitũ ambulare cum deo tuo.& ſolũ inuenitur in ꝑdictis locis.in lingua vero chaldaica ſigñat ſeruare ſeu obſeruare

רגז Ragaz.Commoueri.vel inquietari.Tremere.vel contremiſcere.Iraſci.conturbari:vel contriſtari.Deut.2.Vt audito nomine tuo paueant:& in morē parturientiū cōtremiſcant.1.Reg.7. Et non turbabitur amplius. Pro quo he.le.Non cōmouebitur vel nō inquietabitur amplius. Et in eodē.28.Quare inquietaſti me vt ſuſcitarer.i.cōmouiſti me.2.Reg.22.Fundamenta montium cōcuſſa ſunt.Pro quo he.le.Et fundamenta celorum cōmota ſunt vel contremuerunt.Iob.9.Qui cōmouet terram de loco ſuo.ps.17.Et fūdamēta mōtiū cōmota ſunt.& btūs hiero.in pſ.iuxta he.ve.tranſtulit.Fundamēta montiū cōcuſſa ſunt.Prouer.30.Per tria mouetur terra.Hiere.50. Et commoueat habitatores babylonis. Abach.3.Et ſubter me ſcateat. Pro quo he.le.ſubter me cōtremiſcat ſiue cōmoueatur.Sigñat ēt iraſci.Geñ.45.Ne iraſcamini i via.Exo.15.Audierūt populi & irati ſunt.Eſd.5.Poſtq̄ autem ad iracūdiam prouocauerūt patres nrī.Ps.4.Iraſcimini & nolite peccare. poteſt ēt legi.cōtremiſcite.Prouer.29.ſiue iraſcatur ſiue rideat.Eſa.37.Et inſaniā tuā cōtra me.pro quo he.le.& q̄ iraſcaris aduerſū me. & in eodem.Cū fureres aduerſum me.i.iraſceris Ezech.16.Et prouocaſti me in oībus his.ſ.ad iracūdiā.& inde רְגַז Regaz.quod in lingua chaldaica ſignificat irā vel furorē.Dañ.3.tūc nabuchodonoſor in furore & ira.ſigñat ēt pauere.aut contriſtari vel conturbari.Deut.28.Dabit tibi dñs cor pauidū.2. Regū.28.Contriſtatus itaq; rex.Ioel.1.Conturbētur omnes habitatores terre.Mich.7.Perturbabuntur de edibus ſuis.Abach.3. Turbabuntur pelles terre madian. & in eodem.Audiui & conturbatus eſt vēter me9.Et inde רֹגֶז rogez.i.cōmotio:vel conturbatio:aut tremor:vel cōcuſſio.Iob.3.Ibi impii ceſſauerunt a tumultu.ideſt a cōmotiōe.Eſa.14.Cū requiē dederit tibi dñs a labore tuo & a cōcuſſione tua.Scribitur etiam cum he in fine. Ezech.12.Et aquam tuam in feſtinatione & in merore bibes. vbi ponitur pro feſtinatione.

(Margin: רָגַז Contremiſcere. Inquietari Concutere Cōmouere Moueri Iraſci. Furere. רְגַז Furor. Pauere. Cōtriſtari. Cōturbari Turbari. רֹגֶז Tumultus commotio Cōcuſſio. Feſtinatio)

רגל Ragal.explorare.contemplari. accuſare.ſuſurrare.detrahere.diffamare. Geñ.42. Exploratores eſtis vos. Et in eo.Nec quicq̄ famuli tui machinātur mali. pro quo hebrei legunt.Non ſunt ſerui tui exploratores. Nu.21.Miſit itaq; moyſes vt explorarent iazer.Deut.1.& cōſiderata terra.Pro quo he.le.Explorauerunt eam.Ioſ.7.Aſcendite & explorate terrā. qui p̄cepta cōplētes explorauerunt hai 2.Reg.10. Et nō ideo vt inueſtigaret & exploraret ciuitatē & euerteret eam.Sigñat ēt accuſare vel detrahere aut ſuſurrare. ſiue diffamare. eo quod ſuſurrones & detractores explorāt dicta & facta aliorum vt detrahāt & accuſēt. 2. Reg.19. Accuſauit me ſeruū tuū ad te dñm meū regem.i.detraxit vel diffamauit me.ps.14.Qui nō egit dolum in lingua ſua.Pro quo beatus Hiero. in pſalterio. iuxta he.ve.tranſtulit.Non accuſauit in lingua ſua.Itē רֶגֶל Reguel ſiue Ragel.i.pes.& eſt in hebreo vtriuſq; ſexus.Geñ.41.Abſq; tuo imperio nō mouebit quiſq̄ manum aut pedem. Deut.19.Pedē pro pede.ps.25. Pes me9 ſtetit in directo. Ezech.1.Et pedes eorum pedes recti.Pro quo hebrei legunt.Et pedes eorum pes rectus. & in eodem.29. Non pertrāſibit eā pes hominis.Et in plurali רַגְלַיִם Raglaim.Geñ.19.Et lauate pedes veſtros.Leuit.11. Ex cunctis animantibus que incedunt quadrupedia.ideſt quattuor pedibus.Iudi.5.Et barach veſtigia ſunt ſecuti.Pro quo hebrei legunt.Et barach in valle miſſus eſt pedibus ſuis.i.pedeſter.2.Reg.15.Egreſſus eſt ergo rex & vniuerſa domus eius pedibus ſuis. & in eo.Illotis pedibus & intonſa barba.Iob.29. & pedes claudo.Eſa.7.Caput & pillos pedum.Scribitur etiam cum mē in principio & dicitur מַרְגְּלוֹת Margueloth.ideſt pedes: vel locus pedum.Ruth.3.A parte pedum. Dañ.10.& brachia eius & deorſum vſq; ad pedes. & in lingua chaldaica dicitur רַגְלַיָא Raglaia.Dañ.2. Quia vidiſti partē pedum & digitorum:partem teſteam figuli.Ponitur etiā רַגְלִים ragláim ſiue רַגְלֵי Ragle pro peditibus vel pedeſtribus.Exo.12.Sexcenta fere millia peditum virorum.Nu.11. Sexcenta millia peditum huius populi ſunt.Hiere.12.Si cū peditibus currens laboraſti.Accipitur etiam pro comitatu vel cōtubernio.Geñ.30.Benedixitq; tibi deus ad introitū meū.Pro quo he.le.Pro comitatu vel cōturbernio meo.Exo.11.egredere tu & oīs ppl's qui ſubiectus eſt tibi.pro quo he.le.Et oīs populus qui eſt in pedibus tuis.i.in comitatu vel cōtubernio tuo.Ponitur ēt p̄ veſtigio. Geñ.33.& ego ſequar paulatim veſtigia eius:ſicut videro paruulos meos poſſe.& qñ iūgitur cū dictiōe הָסַךְ Aſach:tūc ambe dictiōes ſignāt

(Margin: רָגַל Explorare Accuſare. רֶגֶל Pes רַגְלַיִם Pedes מַרְגְּלוֹת Pedes. רַגְלַיָא רַגְלִים Pedites. Comitat9. Veſtigia.)

Digitized by Google

Purgare aluum. מִירְגְלַיִם Vrina. רֶגֶל Vices.

ventrem purgare ſeu mingere. Iudi.3. Forſitã purgat aluũ in eſtiuo cenaculo.1.Reg.24. In quam ingreſſus eſt ſaul vt purgaret ventrem. Et inde vrina dicitur מֵירְגְלַיִם Meraglaim.i.aque pedum.Eſa.36.vt bibant vrinam pedũ ſuorũ Significat etiam predicta dictio רֶגֶל Régel.vicem.Exo.23. Tribus vicibus per ſingulos annos mihi feſta celebrabitis. Nu.22. Cur percutis me ecce iam tertio.i.tribꝰ vicibus.Et in eodem.Cur inquit tertio verberas aſinam tuam.Et inde verbum רָגַל Ragal.i.aſſueſcere vel conſueſcere. Oſee.11.& ego quaſi nutricius ephraim.Pro quo hebrei legũt.Et ego cõſuetus vl'aſſuetus fui ipſi ephraim. Poteſt etiã ſignificare pedetẽtim ambulare:a primo ſignificato deriuatũ.i.pedetẽtim cũ eo ambulabam ſicut nutricius cũ puero. eſt etiã רֹגֶל Rogel nomẽ fontis.3.Reg.1. Qui erat vicinꝰ fontis rogel.

רָגַל Cõſueſcere. רֹגֶל Rogel.

רָגַם Lapidibꝰ obruere. Lapidare. מַרְגֵּמָה Aceruus mercurij. אַרְגָּמָן Purpura. רִגְמָה Ducatus. Purpura.

רגם Ragam. lapidare.ſiue lapidibus obruere. Leuit. 20. Lapidibus obruet eos.& in eodem.24.Lapidet eum omnis multitudo. Nume. 15. Obruat eum lapidibus omnis turba.Deut. 21. Lapidibus obruet eũ populus ciuitatis Ezech.16.Et lapidabunt te lapidibus.& in eo.23.Et lapidetur lapidibus populorum.Et inde מַרְגֵּמָה Margema.i.aceruus lapidum. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit aceruus mercurii. Prouer.26. Sicut qui mittit lapidem in aceruum mercurii:ita qui tribuit inſipienti honorem.Quod aliqui hebrei exponunt ſic. ſcilicet ſicut qui mittit lapidem ſcilicet precioſum in aceruum lapidum.ſ.cõmunium : ita qui tribuit inſipienti honorem . Poteſt etiam deriuari ab אַרְגָּמָן Argaman ꝙ ſignificat purpuram : vt ſit ſenſus:ſicut qui ligat lapidem vel ſaxum in purpura: ita qui tribuit inſipienti honorem. Item רִגְמָה Rigma.i.ducatus vel principatus.p̄s.67.Principes iuda duces eorum. Et aliqui hebrei ſecundum primã ſignificationem legunt. lapidatio eorum. Sed beatus hiero. in pſal.iuxta he.ve.tranſtulit. Principes iuda in purpura ſua.ſ.ab אַרְגָּמָן Argaman quod ſignificat purpuram:vt ſupra dictum eſt.

רָגַן Murmurar. נִרְגָּן Suſurro. muſſitator

רגן Ragan. Suſurrare.murmurare.muſſitare.Deut.1.Murmuraſtis in tabernaculis veſtris.Et inde נִרְגָּן Nirgan. ſiue רֹגֶן Rógen.i.ſuſurro vel murmurator aut muſſitator. prouer.16.Et verboſus.i.ſuſurro ſeparat principes.& in eodem.26.Verba ſuſurronis quaſi ſimplicia.Eſa.29.Muſſitatores diſcent legem.

רָגַע Scindere. Diuidere Cõturbare רִגְעֵי. Sciſſure רָגַע quieſcere Requieſcere. refrigerar. מַרְגֵּעָה refrigeriũ. רֶגַע

רגע Ragaa. ſcindere.diuidere. quieſcere. turbare. Iob.7. Cutis mea aruit & cõtracta eſt.pro quo hebrei legunt. Cutis mea ſciſſa eſt & contabuit.& in eodem.26.In fortitudine illius repente maria congregata ſunt. Pro quo hebrei legunt. In fortitudine illius ſcidit ſeu diuiſit maria. Poteſt etiam ſignificare ſicut eſt in littera noſtra. Nam רֶגַע Régaa ſignificat repente vel ſubito: vt infra dicetur. Eſa.51. Qui conturbo mare & intumeſcunt fluctus eius . Pro quo hebrei legunt. Diuidẽs mare.Et inde רִגְעֵי rigee.i.diuiſiones vel ſciſſure. p̄s.34. Et in iracundia terre loquẽtes dolos.p quo he.le. & in ſciſſuris terre.i.in locis abſcõditis terre.Itẽ רָגַע Ragaa.i.quieſcere vel requieſcere. Deut.28. In gẽtibꝰ quoqȝ illis nõ quieſces.Eſa.30.Ibi cubauit lamia.i.requieuit.&in eodẽ.51.& iudiciũ meũ in lucẽ populorũ quieſcet. Hiere.30.Vade in requiẽ ſuã iſrael.Pro quo hebrei legunt. Vade ad requieſcendum iſrael.Hiere.43.Refrigerare & ſille.i.requieſce & ſile . & in eodem. 50. Vt exterreat terrã:& cõmoueat habitatores babylonis.Pro quo he.le.Vt requieſcere faciat terram. nam ex ruina babylonis quieuit terra. vt habetur.Eſa.14.Et inde מַרְגֵּעָה Margea.ſiue מַרְגּוֹעַ Margóa.ideſt requies.ſeu refrigerium. Eſa.28. Et hoc eſt refrigerium meũ: & noluerunt audire. Hiere.6. Et inuenietis refrigeriũ animabꝰ vřis. Item רֶגַע Régaa. ſiue רַגַע Rágaa. ideſt ſubito.repẽte:aut punctus.Iob.20.Et gaudiũ hypocrite ad inſtar puncti.& in eodem.21. Et in puncto in infernũ deſcendunt.p̄s.6.Et erubeſcãt valde velociter.Pro quo beatus hiero.in pſal.iuxta he.ve.tranſtulit. Et confundantur ſubito.Hiere.4.Repente vaſtata ſunt tabernacula mea:ſubito pelles mee.& in eodem.18.Repente loquar aduerſus gẽtem & aduerſus regnum . & in eodem. Et ſubito loquar de gente & regno . Scribitur etiam cum aleph in principio & he in fine.& dicitur אַרְגִּיעָה Argia.Prouer.12. Qui autẽ teſtis eſt repentinus concinat linguam mẽdacii. Hiere. 49. Quia ſubito currere faciam illum ad illam . Et in plurali רְגָעִים Regaim. Eſa.27.Repente propinabo ei.Pro quo hebrei legunt.In momentis propinabo ei.Ezech.32. Et obtupeſcent repente.i.in momentis.

Punctus. Subito Repẽte. אַרְגִּיעָה Repẽtinus ſubito רְגָעִים Repente

רָגַשׁ Fremere. Cõgregar. רֶגֶשׁ Cõſenſus Terror. multitudo Tumultus

רגש Ragas.fremere.tumultuare.congregare. p̄s.2. Quare fremuerũt gentes. Et aliqui hebrei in predicto loco legunt . Quare congregate ſunt gentes . Vnde beatus hiero.in pſal.iuxta he.ve.tranſtulit. Quare congregauerunt gentes. Et in lingua chaldaica cõmuniter ponitur pro congregare. Dañ.6. Tunc principes & ſatrape ſurripuerũt regi.i.congregati ſunt ad regem:vel cum tumultu aut ſtrepitu venerunt.Et inde רֶגֶשׁ Rages.ideſt cõgregatio: vel cõſenſus.Ps.54. In domo dei ambulauimus cũ conſenſu.i.ſimul cõgregati.Sed beatus hiero,in predicto pſalterio tranſtulit. Ambulauimus in terrore.i.in tumultu.Scribitur etiã cum thau in fine.p̄s.63. Et a multitudine operantiũ iniquitatem.Pro quo beatus hiero.in predicto pſalterio trãſtulit. Et a tumultu operantium iniquitatem.

רָדַד Extendere ſubiicere. רְדִיד Pallium רְדִידִים teriſtra.

רדד Radad.extendere.expãdere.ſubiicere.3.Reg.6. Operuit tam cherubim ꝙ̃ palmas auro.Pro quo hebrei legunt. Et extẽdit ſuper cherubim & ſuper palmas aurum.i. laminis aureis operuit ea.& in eodẽ.7.Subter leones & boues lora ex ere dependentia.Pro quo hebrei legunt. Et ſubter leones & boues lora opere extẽto. Significat etiã ſubiicere.Ps.143. Qui ſubdit populum meũ ſub me. Eſa.45. Vt ſubiiciam ante faciem eius gẽtes. Vide etiam de hoc ſupra in dictione יָרַד Iarad. Et inde רְדִיד Redid.ideſt pallium ſiue theriſtrum. Cãti.5.Tulerunt pallium meũ.Et in plurali רְדִידִים Redidim.Eſa.3.Et ſindones & vittas & theriſtra. Vbi ponitur pro theriſtris: que mulieres expandũt ſuper ſe:a primo ſignificato deriuatum.

רָדָה Preeſſe. Dominari

רדה Rada.dominari.preeſſe.imperare ſubiicere.ſumere. obtinere:applaudere.Geñ.1.Et preſit piſcibus maris & volatilibus celi . & in eodem . Et dominamini piſcibus maris.Leuit.25. Ne affligas eum per potentiam. Pro quo hebrei legunt. Non domineris vel non imperes ei per violentiam ſiue cum auſteritate. & in eodem. Nõ affliget eum violenter. ideſt non dominetur eius cum violentia vel auſteritate. & in eodem.26.Et ſubiiciemini his qui oderunt vos.Pro quo hebrei legunt. Et dominabuntur veſtri:inimici veſtri. Nu.24.De iacob erit qui dominetur. Iudi.5.Saluate ſunt reliquie populi : dominus in fortibus dimicabit . Pro quo hebrei legunt . Tunc dominabitur qui reliquus fuerit in fortibus populi: dominus dominabitur mihi in fortibus:ideſt contra fortes.Ps.67.Ibi beniamin adoleſcentulus in mentis exceſſu . Pro quo hebrei legunt . Ibi beniamin paruulus dominans eis . Pro quo beatus hiero. in pſal.iuxta he.ve.tranſtulit. Ibi beniamin paruulus continens eos.p̄s.71.Et dominabitur a mari vſqȝ ad mare.Ps. 109.Dñare in medio inimicorũ tuorum. Eſa.14. Subiiciẽtem in furore gentes crudeliter.Threñ.3. De excelſo miſit ignẽ in oſſibus meis:& erudiuit me.Pro quo hebrei legũt. Miſit ignem in oſſibus meis:& dominatus eſt eorum:ſiue

Digitized by Google

Imperare Sumere Obtinere. applaudere

ſubiecit vel continuit ea. Sed in lingua chaldaica ſignificat erudire. ſicut eſt in littera nr̃a. Ezech. 34. Sed cū auſteritate imperabatis eis. Vide etiā de hoc infra in dictione רוד Rod Significat etiam ſumere vel obtinere. Iudi. 14. Quē cum ſumpſiſſet in manibus. & in eodem. Quod mel de corpore leonis ſumpſerat. Eſa. 21. Et reges obtinebit. Poteſt etiā legi. & regum dn̄abitur: ſecūdum primā ſignificationem. Ponitur etiam pro applaudere. Hiere. 5. Et ſacerdotes applaudebant manibus ſuis.

רָדַם Sopiri. Dormire Collabi תַּרְדֵּמָה ſopor

רדם Radam. ſopiri. dormire. ſ. ſopore graui. vl' ſopore demergi. ſtupefieri: vel ſtupore cadere. ſeu collabi. Iudi. 4. Qui ſoporem morti ſocians defecit. p̄s. 75. Dormitauerunt qui aſcenderunt equos. Dan̄. 8. Cūq; loqueretur ad me collapſus ſum pronus in terra. Ione. 1. Et dormiebat ſopore graui. Et inde תַּרְדֵּמָה Thardema. i. ſopor. Gen̄. 2. Et miſit deus ſoporem grauem in adam. Iob. 4. Quando ſolet ſopor occupare homines.

רָדַף Perſequi. Sequi. מִרְדָּף Ceſſatio.

רדף Radaph. perſequi. ſequi. Gen̄. 34. Et nō ſunt auſi perſequi recedentes. Exo. 14. Et pſecutus eſt filios iſrael. Deut. 16. Quod iuſtum eſt pſequeris. i. ſequeris. Iudi. 3. Sequimini me. & in eodē. 4. Et barach perſequeretur fugientes currus. p̄s. 7. Perſequatur inimic⁹ animā meam. p̄s. 35. Inquire pacem & perſequere eā. p̄s. 37. Quoniā ſequebar bonitatem. Prouer. 15. Qui ſequitur iuſtitiā diligitur a deo Eſa. 5. Ve qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam. Thren̄. 5. Ceruicibus nr̄is minabamur. Pro quo he. le. Sup ceruices noſtras pſequebamur. i. perſecutionē patiebamur Ezech. 35. Cum ſanguinē oderis: ſāguis perſequetur te. Et inde מִרְדָּף Murdaph. i. perſecutio. Eſa. 14. Subiiciētem in furore gentes crudeliter. Pro quo he. le. Subiiciētem in furore gentes perſecutione abſq; ceſſatione.

רָהָה Formidare.

רהה Raha. formidare. Eſa. 14. Ne timeatis: neq; formidetis. & ſolum inuenitur in predicto loco.

רָהַב amplius Excedere multiplicare. auolare Excellere Tumultuari.. רָהָב ſuſcitare. ſuperbus ſuperbia. רְהָבִים ſuperbie.

רהב Rahab. excedere. excellere. ſuperbire. tumultuari. ſuſcitare. p̄s. 89. Et amplius eorum labor & dolor. i. tempus quod excedit octoaginta annos eſt labor & dolor. Ps. 137. Multiplicabis in anima mea virtutem. i. excellere facies. Canti. 1. Quia ipſi me auolare fecerūt. Pro quo hebrei legunt. Ipſi me excellere vel ſuperbire fecerunt. Eſa. 3. Tumultuabitur puer cōtra ſenem. i. ſupbiet: vel excellentiorē ſe putabit. Ponitur etiam pro ſuſcitare. Prouer. 9. Diſcurre feſtina & ſuſcita amicum tuum. Et inde רָהָב Rahab. i. ſuperbus vel ſuperbia. Iob. 36. Et prudentia eius percuſit ſuperbum. Eſa. 30. Superbia tantum eſt: quieſce. & in eodem. 51. Nunquid tu non percuſiſti ſuperbum. eſt etiā רָהָב Rahab. nomen proprium loci. Ps. 86. Memor ero rahab & babylonis ſcientiū me. Sed etiam in predicto loco beatus hieronymus in pſal. iuxta he. ve. tranſtulit. Memorabor ſuperbie & babylonis. Et in plurali רְהָבִים Rehabim. p̄s. 39. Et non reſpexit in vanitates & inſanias falſas. Pro quo beatus hiero. i pſal. iuxta he. ve. tranſtulit. Et non eſt auerſus ad ſuperbias pompaſq; mendacii.

רָהַט Currere. רְהָטִים canales Laqearia.

רהט Rahat. in lingua chaldaica ſignificat currere. Et inde רְהָטִים Rehatim. i. canales vbi aque decurrunt. Gen̄. 30. Poſuitq; eas in canalibus vbi effundebatur aqua. Significat etiam laquearia que in tectis domorum fiūt in modū canalium. Cāti. 1. Laquearia noſtra cupreſſina. & in eodem. 7. Et come capitis tui ſicut purpura regis iuncta canalibus. Pro quo hebrei legūt. Et coma capitis tui ſicut purpura regis ligati in laquearib⁹. i. in domo laquearib ; conſtructa. Poteſt etiam legi ſicut eſt in littera noſtra.

רוב רוּב Iurgari. Rixari. obiurgari. Cōtendere Iudicare Iudicio cōtendere vindicare

רוב Rob. litigare. rixari. obiurgari. contendere. iudicare. ſeu iudicio contendere. vindicare. vlciſci. Gen̄. 26. Sed & ibi iurgium fuit paſtorum gerare aduerſus paſtores iſaac Pro quo hebrei legunt. Et iurgati ſunt paſtores gerare aduerſus paſtores iſaac. Et in eodem. Et pro illo quoq; rixati ſunt. Et in eodem. Pro quo non contēderunt. Iudi. 11. Aut docere poteſt q̄ iurgatus ſit contra iſrael. 1. Reg. 15. Et tetēdit inſidias in torrente. Pro quo hebrei legunt. Et obiurgatus eſt ſiue contendit in torrente. Iob. 33. Aduerſus eum cōtendis. & in eodem. 39. Nunquid qui contendit cum deo tam facile conquieſcit. Eſa. 45. Ve qui contradicit factori ſuo. ideſt qui contendit vel litigat cum factore ſuo. Significat etiā iudicare vel iudicio cōtendere. p̄s. 34. Iudica domine nocentes me. Eſa. 3. Stat ad iudicandum dominus. Et in eodem. 49. Eos vero qui iudicauerunt te ego iudicabo. Hiere. 2. Propterea iudicio contendam vobiſcum. Thren̄. 3. Iudica domine cauſam anime mee. Oſee. 2. Iudicate matrem veſtram: iudicate. Ponitur etiam pro vindicare vel vlciſci. Iudi. 6. Nunquid vltores eſtis baal. & in eodē. Si deus eſt: vindicet ſe de eo. Oſee. 2. Et miſit ad regē vltorē. Et inde רִיב Rib. i. iurgium. litigium. Rixa. lis. cauſa. Gen̄. 13. Et facta eſt rixa inter paſtores. Deut. 25. Si fuerit cauſa inter aliquos. Prouer. 25. Ne proferas in iurgio cito. & in eodem. Cauſam tuam tracta cum amico tuo. Scribitur etiam cū mē in principio & he in fine: & dicitur מְרִיבָה Meriba. Gen̄. 13. Ne ſit queſo iurgiū inter me & te. Exo. 17. Et vocauit nomē loci illius temptatio propter iurgium filiorum iſrael. Pro quo hebrei legunt. Vocauit nomen loci illius temptatio & iurgium: propter iurgium filiorū iſrael. Et in plurali רִיבוֹת Riboth. Deut. 17. Et iudicum intra portas tuas videris verba variari. Pro quo hebrei legūt. Verba litium ſiue cauſarū vel litigiorum. i. litigantium in portis tuis.

ריב Rixa Cauſa. Iurgium מְרִיבָה Iurgium רִיבוֹת Lites

רוד Rod prevalere Dn̄ari humiliare.

רוד Rod. dominari. preualere. humiliari. Gen̄. 27. Tēpuſq; veniet, cum excutias & ſoluas iugum eius de ceruicibus tuis. pro quo hebrei legunt. Et erit cum preualueris vl' dominatus fueris & excuties iugum ei⁹ de ceruicibus tuis. Hiere. 2. Quare ergo dixit populus meus receſſimus. Pro quo hebrei legūt. Quare dixit populus meus dominati ſumus ſiue preualuimus. Sed in tranſlatione chaldaica eſt ſicut in littera noſtra. Oſee. 11. Iudas autem teſtis deſcendit cum deo. Pro quo hebrei legunt. Iudas autem adhuc preualebat ſiue dominabatur cum deo. Poteſt etiam deriuari a dictione יָרַד Iard que ſignificat deſcendere ſicut eſt in littera noſtra. Sed in tranſlatione chaldaica ſic habetur. Domus autem iuda confortabantur ſiue preualebant in cultu domini. Vide etiam de hoc ſupra in dictione רָדָה Rada. ponitur etiam predicta dictio pro humiliare. p̄s. 54. Contriſtatus ſum in exercitatione mea. Pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit. Humiliatus ſum in meditatione mea. Vide etiam de hoc ſupra in dictione יָרַד Iarad.

רָוָה Inebriare. רָוֶה Ebria. Irriguus. רְוָיָה Inebriās refrigeriū. רְוָה

רוה Raua. inebriare. irrigare. ſaciare. p̄s. 35. Inebriabūtur pinguedine domus tue. p̄s. 64. Riuos ei⁹ inebria. ideſt irriga. Prouer. 11. Et qui inebriat: ipſe quoq; inebriabitur. Eſa. 16. Inebriabo te lachryma mea. Et in eodē. 34. Quoniā inebriatus eſt in celo gladius meus. & in eodem. 43. Et adipe victimarū tuarum non inebriaſti me. & in eodē. 55. Sed inebriat terram & infūdit eam. Hiere. 31. Inebriaui animam laſſam. Et in eodē. 46. & inebriabitur ſanguine eorum. Thren̄. 3. Inebriauit me abſinthio. & inde רָוֶה Raua. ſiue רָוֶה raue. ideſt ebria vel ſaturata aut irriguū. Deut. 29. Vt abſumat ebria ſitientem. Eſa. 58. Et eris quaſi hortus irriguus. & aliquando ſcribitur cum iod in medio & dicitur רְוָיָה Reuaia. Ps. 23. Et calix me⁹ inebriās. Ponitur etiā p̄ refrigerio. p̄s. 65. Et eduxiſti nos in refrigeriū. Itē רְוָה raua.

Digitized by Google

In lingua chaldaica ſignificat aſpectum vel intuitum aut
Intuitus Speciem.Dañ.2.Intuitus eius erat terribilis.Et in eo.3.Et
Species ſpecies quarti ſimilis filio dei.

רָוַח רוח Rauach.reſpirare.refrigerari.ſeu refocilari.1.Reg.16.
refocilari. Et refocilabatur ſaul.ideſt reſpirabat vel refrigeraba⸗
Reſpirare. tur.Iob.32.Loquar & reſpirabo paululũ.& ide רֶוַח reuach
רֶוַח ideſt reſpiratio vł ſpaciũ aut refrigeratio.Geñ.32.Et ſit ſpa
Spacium. cium inter gregem & gregem.Eſter.4.Per aliam occaſio
Refrigeriũ nem liberabuntur iudei.Pro quo hebrei legunt. ſpaciũ vel
מְרֻוָּח refrigerium erit iudeis de loco alio.& ide מְרֻוָּח Meruuach
ſpacioſum ideſt ſpacioſum.Hiere.22.Edificabo mihi domum latam
רְוָחָה & cenacula ſpacioſa.& inde רְוָחָה Reuacha.ſiue הָרְוָחָה Har⸗
Requies uacha.ideſt refrigerium:vel ſpacium:aut requies:ſiue reſpi
ratio.Exo.8.Vidẽs autem pharao ꝙ data eſſet requies.po
ſingultus nitur etiam pro ſingultu:qui eſt reſpiratio quedã.Threñ.3
רוּחַ Ne auertas aurem tuã a ſingultu meo.Et inde רוּחַ Rúach.i.
Spiritus ſpiritus.ventus.aer.ſeu aura.aut halitus.Geñ.1.Et ſpiritus
domini ferebatur ſuper aquas.Et in eo.41.qui ſpiritu dei
plenus ſit.Exo.15.Flauit ſpũs eius & operuit eos mare.Et
in eo.28.Quos repleuit ſpiritus ſapiẽtie.Nu.14.Qui ple
nus alio ſpiritu ſecutus eſt me.2.Regum.23.Spiritus domi
ni locutus eſt per me.3.Regum.22.Egreſſus eſt autẽ ſpiri⸗
tus:& ſtetit coram domino.1.Paralip.12.Spiritus vero in
duit amaſai.Iob.9.Non concedit requieſcere ſpũm meũ
Et in eo.15.Quid tumet contra deum ſpiritus tuus.Et in
eodem.ſpiritum illius & flatum ad ſe trahit.Ps.50.Et ſpiri
tum ſanctum tuum ne auferas a me.Et in eo.& ſpiritu prin
cipali confirma me.Prouer.29.Totum ſpiritum ſuum pro
fert ſtultus.Eccł's.7.Ne ſis velox ad iraſcendum.Pro quo
hebrei legunt.Ne ſis velox in ſpiritu tuo ad iraſcendũ.Et
in eodem.12.Et ſpiritus redeat ad deum qui dedit illũ.Eſa.
11.Et ſpiritu labiorũ ſuorum interficiet impium.Et in eo⸗
dem.31.Et equi eorum caro & non ſpiritus.Et in eodẽ.32.
Donec fundatur ſuper nos ſpiritus de excelſo.Et in eo.48
Dominus miſit me & ſpiritus eius.Et in eodem.61.Spiri⸗
tus domini ſuper me.Ezech.1.Quocũqȝ ibat ſpiritus:illuc
eunte ſpiritu & rote pariter eleuabantur.Zach.6.requieſce
re fecerunt ſpiritum meum in terra babylonis.Malach.2.
Et reſiduum ſpiritus eius eſt.Et in eodem.Et cuſtodite ſpi
ritum veſtrum.Et inde verbum tertie coniugationis quod
ſpũ replere ſignificat inſpirare:ſeu ſpiritu replere.Eſa.11.Et repleuit
eum ſpiritu timoris domini.Significat etiam predicta di⸗
רוּחַ ctio רוּחַ Rúach ventum ſiue:aerem.aut auram.Geñ.3.Ad
Aura. auram diei.Et aliqui hebrei legunt.Ad ſpiritum diei ſiue
Ventus. ad ventum diei.Exo.10.Ventus vrens leuauit locuſtas.Et
in eodem.14.Flante vento vehementi & vrenti.3.Reg.19
Spiritus grandis & fortis ſubuertens montes.ideſt ventus.
Iob.1.Repente ventus vehemens irruit.Et in eo.41.Nec
ſpiraculũ ſpiraculum quidem incedit per eas.i.neqȝ aer.Eccł's.1.& in
circuitu pergit ſpiritus.Ezech.5.Tertiam vero partem in
omnem ventũ diſpgã.Et in lingua chaldaica aliqñ dicitur
רוּחָא רוּחָא Rucha.Dañ.2.Et rapta ſunt vẽto.Ponitur ẽt pro ſpiri
Ventus tu malo.Iudi.9.Miſit dominus ſpiritum peſſimum inter
ſpũs mal'. abimelech & habitatores Sichem.1.Regum.16.Et exagita
bat eum ſpiritus nequam.Et in eodem.Ecce ſpiritus domi
ni malus exagitat te.Et in eodem.Recedebat enim ab eo
Halitus. ſpiritus malus.Accipitur etiam pro halitu.Iob.19.Halitũ
meum exhorruit vxor mea.Accipitur etiam pro plaga ter
re ſeu pro parte.Hiere.52.Et fuerunt malogranata nona⸗
Pars. ginta ſex dependentia.pro quo hebrei legũt.ex omni par
Plaga. te dependentia.Ezech.42.Menſus eſt autem contra ven⸗
tum orientalem.ideſt contra plagam orientalem.& in eo⸗
dem.Menſus eſt contra ventum aquilonis.& in eodẽ.Con

tra ventum occidentalem menſus eſt.& in plurali רוּחוֹת Ru⸗ רוּחוֹת
choth.Nu.16.Fortiſſime deus ſpirituum oĩs carnis.Ezech. ſpiritus
5.& inducam ſuper helam quattuor ventos.ideſt a quattu⸗ Venti.
or plagis terre.& inde רַחַת Ráchath.ideſt pala ſeu ventila⸗
brum quibus fruges ventilantur.Eſa.30.Sicut in area ven רַחַת
tilatum eſt.pro quo hebrei legunt.Quod ventilatum eſt
in pala & in ventilabro.& inde dicunt aliqui hebrei ꝙ deri
uatur רִיחִים Richim & ꝙ ſignificat naues:eo quod flatu vẽ Pala
ti mouentur.Eſa.43.& detraxi vectes vniuerſos.Pro quo רִיחִים
ipſi legunt.& detraxi ĩ nauibus vniuerſos.Sed ſi illa littera Vectes.
beth que ponitur ibi in principio dictionis eſt de ſubſtan⸗ Naues.
tia dictionis & non eſt prepoſitio:tunc ſignificat vectes ſi⸗
cut eſt in littera noſtra:vt dictum eſt ſupra in dictione בְּרַח
Barach.

רוּם Rum.exaltare.leuare.eleuare.ſeparare.Geñ.7.& ele⸗ רוּם
uauerunt arcam in ſublime a terra.pro quo hebrei le⸗ Eleuare.
gunt.& eleuauerunt arcã:& exaltata ſiue eleuata eſt deſup
terra.& in eodem.14.Leuo manum meam ad dominum. Leuare
Deut.17.Nec eleuetur cor eius.& in eodem.32.Manus no
ſtra excelſa.1.Regum.9.Leuauit coquus armum.3.Regum
11.Leuauit manum contra regem.& in eodem.& hec ẽ cau
ſa rebellionis aduerſus eum.pro quo hebrei legunt.& hoc
eſt verbum in quo leuauit manum contra regem.& in eo⸗
dem.16.Pro eo quod exaltaui te de puluere.Eſdre.9.& ſu Exaltare
blimaret domum dei noſtri.Ps.11.Secundum altitudinem ſublimare.
tuam multiplicaſti filios hominum.Pro quo beatus Hiero
nymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit.
Cum exaltati fuerint viliſſimi filiorum hominum.Ps.29.
exaltabo te domine.Ps.45.exaltabor in gentibus:& exal
tabor in terra.p̃s.56.exaltare ſuper celos deus.Ps.74.hũc
humiliat & hunc exaltat.Et in eodem.Exaltabuntur cor⸗
nua iuſti.Ps.106.Et exaltent eũ in eccleſia plebis.Prouer.
3.Stultorum exultatio:ignominia.Debet legi exaltatio.ꝑ
quo hebrei legunt.& ſtultos exaltare:ignominia,ſcilicet ẽ
Et in eodem.14.Qui autem impatiens eſt exaltat ſtultiti⸗
am ſuã.Eſa.1.Filios enutriui & exaltaui.Ezech.10.& eleua
ta eſt gloria domini deſuper cherub.Et in eodem.& eleua⸗
ta ſunt cherubim.Et in eodem.Vt exaltarentur de terra.&
in eo.Et cum eleuatis eleuabantur.& aliqñ ſcribitur cum a
leph in medio loco vau.Zach.14.Et exaltabitur & habita
bitur in loco ſuo.& inde רָם Ram.i.altus:vel eleuatus:aut רָם
excelſus.Eſa.2.Et ſuper omnem ſuperbum & excelſum.& Excelſus.
in plurali רָמִים Ramim.Deut.12.Super montes excelſos רָמִים
& colles.Eſa.10.& excelſi ſtatura ſuccidentur.& in genere Excelſi.
feminino רָמָה Rama.ideſt excelſa vel exaltata.& in plurali רָמָה
feminino רָמוֹת Ramoth.Prouer.6.Oculos ſublimes lin⸗ רָמוֹת
guam mendacem.& in hebreo eſt generis feminini.Et ali ſublimes
quando ſcribitur cum aleph in medio.vt Prouer.24.Ex
celſa ſtulto ſapientia.Pro quo hebrei legunt.excelſe ſtulto Excelſe.
ſapientie.Significat etiam רָמוֹת Ramoth quoſdã lapides רָמוֹת
precioſos:ſic dictos propter ſui excellẽtiam.Iob.28.excel Excelſa.
ſa & eminentia non commemorabuntur comparatione
eius.Pro quo hebrei legunt Ramoth & gabis non comme
morabuntur.& dicunt ꝙ ſunt lapides precioſi ſic nomina
ti.Ezech.17.& Ramoth & chodcod propoſuerunt in mer Ramoth
catu tuo.& inde רוֹם Rom ſiue רוּם Rum.ideſt altitudo aut רוּם
celſitudo ſeu exaltatio.Prouer.21.exaltatio oculorum & di Exaltatio
latatio cordis.Eſa.2.Et incuruabitur altitudo virorũ.Hie Altitudo
re.48.Et altitudinem cordis illius.Abach.3.Altitudo ma
nus ſuas leuauit.Et aliquando ſcribitur cum he in fine & dr̃
רוֹמָה Roma.Mich.2.& non ambuletis ſuperbi.Pro quo he רוֹמָה
brei legunt.Et non ambuletis in altitudine.ideſt in ſuper ſuperbia
bia. Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur Altitudo

Digitized by Google

מרום מרום Marom.i.altū ſeu altitudo:aut excelſum vl̃ celſitudo.
altum Ps.67.Aſcendiſti in altū.& in plu.מרומים meromim.Iob.
מרומים 16.& conſcius meus in excelſis.Prouer.8.In ſummis excel
Excelſa. ſiſqꝫ verticibus.Et in eo.9.Miſit ancillas ſuas vt vocarent
ad arcē & ad menia ciuitatis. Pro quo he. le. Miſit ancillas
רוממות ſuas vt vocarent ad menia excelſa ciuitatis.& inde רוממות
Exaltatio Romemuth.i.altitudo vel exaltatio.Ps.149.Exaltationes
dei in gutture eorum.Eſa.33.Ab exaltatione tua diſpſe ſūt
gentes.Vide ēt de hoc infra in dictione רמם Ramam.& ide
רמה רמהRama.i.locus excelſus vel eminens.Hiere.31 . Vox in
Excelſuz excelſo audita eſt.Ponitur etiā pro proſtibulo quod mere-
trices faciunt in loco excelſo & eminenti vt videātur a trā
pſtibulū. ſeuntibus.Ezech.16.Et feciſti tibi proſtibulū:& excelſum
tuū feciſti in oī platea.i.proſtibulū tuū.& in eo. Demolien-
ſeparare tur proſtibulū tuū.Significat etiam predicta dictio ſepara
re.Exo.29.Et armū quē de ariete ſeparaſti.Leuit.4.Sicut
offertur de vitulo hoſtie pacificorū.pro quo hebrei legūt.
Sicut ſeparatur de vitulo pacificorū.& in eo.6. Tolletqꝫ ci-
neres quos vorans ignis exuſſit.pro quo he.le.& ſeparabit
cineres.Nu.15.Separabitis primitias domino de cibis ve
Recedere. ſtris.Et in eo.16.Recedite de medio huius multitudinis .i.
ſeparamini.Ezech.48.Erunt primitie quas ſeparabitis vi
ginti quinqꝫ millibus.Et in eo. Primitie quas ſeparabitis
dn̄o.Dan̄.8.Et ab eo tulit iuge ſacrificium.i.ſeparauit vel
תרומה abſtulit.& indeתרומהTheruma.i.illud quod ſeparatur a cō
munib⁹ vſibus & offertur dn̄o.pro quo btūs hiero.trāſtu-
Primitie. lit primitias.Exo.25.vt tollant mihi primitias.& in eo.he
ſunt aūt primitie quas accipere debetis.Scribitur etiam cū
תרומיה iod in medio & dicitur תרומיה Therumia.Ezech.48 .&
erunt primitie de primitiuis terre ſanctū ſanctorū.& ī plu.
תרמות תרמותTherumoth.2.Reg.1.nec ſint agri primitiarum.&
pꝛimitie inde רמת ramath.pro quo beatus hiero.tranſtulit ſaniem.
רמת Eo quod ſeparatur & abiicitur.Ezech.32. & īplebo valles
ſanies. ſanie tua.

רוע רוע Róaa. Malignare.malū facere.malū eſſe.affligere .cō
malū facere fligere.vlulare.vel iubilare.Gen̄.19.Nolite malū hoc
facere.& in eo.43.In meā hoc feciſtis miſeriā.pro quo he.
le.Quare male feciſtis mihi.Exo.23. Non ſequeris turbā
ad faciēdū malū.Nu.11.Sed & moyſi intolerāda res viſa ē.
pro quo he.le.& in oculis moyſi malū fuit.i. malū viſum ē
in oculis eius.1.Reg.12.Quod ſi pſeuerau eritis in malicia.
Pro quo he.le.Si malefaciēdo malefeceritis.2. Reg.19.Et
peius erit hoc tibi ꝙ oia mala que venerūt ſup te.i . magis
malū eſſe malū erit tibi.3.Reg.14.Sed opatus es male ſup oēs q fue
malignari runt ante te.p̄s.104.Et in prophetis meis nolite maligna-
ri.Prouer.24.ne forte videat dn̄s:& diſpliceat ei. pro quo
he.le.Ne forte videat dn̄s:& malū ſit in oculis eius . Hiere.
Nequiter 38.male fecerūt viri iſti.Mich.3.Sicut nequiter egerūt in
agere. adinuētionibus ſuis.Soph.1.Non faciet bene dn̄s: nec faci
et male.Sign̄at ēt affligere.Deut.26.Afflixeruntqꝫ nos e-
gyptii.3.Reg.17.Etiā ne viduā apud quā ego vtcūqꝫ ſuſtē
tor afflixiſti.Prouer.11.Affligetur malo qui fidē facit pro
Cōterere extraneo.Sign̄at ēt cōfringere vel cōterere.Iob.34.Cōte-
ret multos & innumerabiles.p̄s.2.Reges eos in virga fer-
Frangere. rea.Pro quo beatus hiero.in pſal.iuxta he.ve. trāſtulit.frā-
ges eos in virga ferrea. Poteſt ēt deriuari a dictiōe רעה raa
que ſign̄at paſcere vel regere.Eſa.8.Congregamini popu
li & vincemini.pro quo he.le.Conterimini ſiue confracti
vel contriti ſtote.Prouer.13.Amicus ſtultorum ſimilis effi-
citur. Pro quo hebrei legunt.Qui nutrit vel pauit ſtultos
conteretur.Poteſt etiam deriuari a dictione ריע Réa que ſi
gnificat ſocium vel amicum.vt ſit ſenſus. Amicus ſtultorū
ſociatur.ideſt confederatur eis:vel eficitur ſimilis eis:ſicut

eſt in littera noſtra.Eſa.24.Confractione cōfringetur ter Cōfringet
ra.Hiere.15.Nunquid federabitur ferrum ferro ab aquilo- Federari
ne.Pro quo hebrei legunt.Nunquid conteret ferrum fer-
rum.Poteſt etiam legi ſicut eſt in littera noſtra . ſicut ſupra
dictum eſt.Vide etiam de hoc infra in dictione רעה Raa.&
inde רע Ra.ideſt malus ſeu iniquus aut malum. Gen̄.6.& רע
cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malū. & in eo .38. Malus.
Fuitqꝫ her primogenitus iuda nequam in conſpectu do- Nequā
mini.Exo.33.Audienſqꝫ populus ſermonem hunc peſſi- Peſſim⁹
mum.Nee.2.Et eram quaſi languidus in facie eius . ꝑ quo
hebrei legunt.& non fui malus in conſpectu eius. ideſt nō
diſplicui ei.Prouer.11 . Malum eſt : malum eſt dicit omnis
emptor.Et in eodem.23.Ne comedas cum homine inuido
Pro quo hebrei legunt.Ne comedas cum homine mali o-
culi.& eſt ſenſus ſicut in littera noſtra . & aliquando ſcribi-
tur cum mem in principio & dicitur מרע Meraa.ideſt ma- מרע
lus ſiue malefaciens.Prouer.17. Malus obedit lingue ini- Malus.
que.Eſa.9.Quia omnis hypocrita eſt & nequā.& ī plurali Nequam.
רעים Raim.ſiue מרעים Mereim. Gen̄.13.Homines autem רעים
ſodomite peſſimi erant.p̄s.36.Noli emulari in malignan Peſſimi.
tibus.Et in eodem.Quoniam qui malignantur extermi- Malignā
nabuntur.Eſa.1.Semini nequam.Pro quo hebrei legunt. tes.
Semen malignantiū ſiue malorū.Hiere.6.Et malicie eorū malitie
non ſunt conſumpte.& in genere feminino.רעה Raa.ideſt רעה
malicia:ſeu afflictio:vel mala:aut malū.Hebrei enim non
habent genus neutrū.& pro eo aliquando vtuntur genere
maſculino:aliquando feminino.Gen̄.39.Quomodo ergo
poſſum hoc malū facere.Exo.10.Cui dubium eſt ꝙ peſſi- malum.
me cogitatis.ideſt malū.1.Reg.25.malicia ergo non inue- malitia.
nitur in te. Eſter.7. Intellexit enim a rege ſibi paratū ma-
lū.Ione.3.Super maliciā quā locutus fuerat vt faceret.i.ſu-
per malū vel ſuper afflictionē.Et in eo.4.& afflictus eſt io afflictio
nas afflictione magna.Et in eo.Laborauerat enim .ꝑ quo
hebrei legunt.vt liberaret eū a malo ſuo: vel ab afflictione
ſua.Et in plurali רעות raoth.Deut.32 . Congregabo ſuper רעות
eos mala.Ps.33.Multe tribulationes iuſtorum.ideſt multe mala
afflictiones vel multa mala.Ps.39. Quoniam circundede tribulatōēſ
runt me mala.Hiere.2.Inſuper & malicias tuas docuiſti. & malitie.
inde רוע róaa.ideſt malicia ſeu malum aut nequitia.Nee. רוע
2.Non eſt hoc fruſtra ſed malum neſcio quod in corde tuo Malum.
eſt.Ps.37.Et ſecundum nequitiam adinuentionū ipſorū . Nequitia.
ponitur etiā pro putrido.Prouer.26.Dens putridus:& pes
lapſus.Significat etiā macilentum ſeu deforme vel triſte.
Gen̄.40.Cur triſtior eſt hodie ſolito facies veſtra.Et in eo Triſtis.
dē.41.Fede confecteqꝫ macie.Et in eodē.In tantū defor- Defoꝛmes
mes & macilente: vt nunq̄ tales in terra egypti viderim .
Et in eo.Simili macie & ſquallore torpebant.Nee.2. Qua Macilēte.
re vultus tuus triſtis eſt.Significat etiam predicta dictio רוע רוע
Róa.vlulare:ſeu iubilare:aut conclamare:vel vociferari.
Nu.10.Et non conſciſſe vlulabunt.& in eodem .Clangetis Vlulare.
vlulantibus tubis.Ioſ.6.Conclamabit omnis populus vo Cōclamaꝛ.
ciferatione magna.Et in eodem.Non clamabitis neqꝫ au Clamare.
dietur vox veſtra.Et in eodem. Igitur omni populo voci vociferari.
ferante.Ps.59.Mihi alienigene ſubditi ſunt. Pro quo he-
brei legunt.Super me paleſtina iubilauit ſeu vlulauit vel
conclamauit.Poteſt etiam legi. Mihi paleſtina federata eſt
vt dictum eſt ſupra.vnde Beatus hieronymus in pſalterio
iuxta hebraicam veritatem tranſtulit. Mihi paleſtina fede
rata eſt.Ps.64.Clamabunt etenim:& hymnum dicent.p̄s
65.Iubilate deo omnis terra.p̄s.95. Iubilemus deo ſaluta Iubilare.
ri noſtro.Eſa.16.In vineis non exultabit nec iubilabit .Et
in eodem.42.Vociferabit & clamabit.& inde ריע Réa.i.iu ריע
bilatio ſeu vociferatio vel vlulatio.Exo.32. Audiens autē

Digitized by Google

vociferatio Ioſue tumultũ populi vociferantis.Pro quo hebrei legunt In vociferatione ſua.Iob.36.Annunciat de ea amico ſuo. Pro quo hebrei legunt. Annunciat ſuper illud vociferatio eius.ideſt tonitruum eius.ſcilicet tonitruum annunciat ſup fulgur: ſicut exponunt hebrei. Poteſt etiã ſignificare ami cum ſicut eſt in littera noſtra : vt infra dicetur. Mich. 4. Quare merore contraheris.pro quo hebrei legunt.Quare vlulas vlulationem. Vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum. Poteſt etiam legi ſicut eſt in littera noſtra. vt
תְּרוּעָה ſupra dictum eſt.& inde תְּרוּעָה Therua.ideſt iubilatio vel vlulatio aut clamor vel clangor.Nume.10. Si autem proli=
Clangor. xior atq; conciſior clangor increpuerit.& in eo.23. Et clan gor victorie regis in illo. & i eodem. 28. Dies clangoris &
Vlulatus. tubarum.Hiere.20.Audiet clamorem mane & vlulatum i
רֵיעַ tempore meridiano.Item רֵיעַ Réa cum iod in medio lo= co vau.ideſt ſocius.ſodalis.vel amicus.proximus.Iob.6.&
Amicus. ſubuertere nitimini amicum veſtrum. Et cõmuniter ſcri= bitur ſine iod.Leuit.19.Diliges amicum tuum ſicut te ip=
proximus. ſum.1.Reg.15. Et tradidit illum proximo tuo. Prouer.6. & ſuſcita amicum tuum. Et in eodem.23.Amicum tuũ &
רֵעִים amicum patris tui ne dimiſeris. Et in plu. רֵעִים Reim ſiue
fodales. ſocii. Amici. מֵרֵעִים Mereim.Iudi.14.Dederunt ei ſodales triginta.Iob 17. Predam pollicetur ſociis. & in eodem. 19. Miſeremini mei miſeremini mei:ſaltem vos amici mei. & inde verbũ. vel gerundium quarte coniugationis quod ſignificat aſſo= ciare.vt Prouer.18. Vir amicabilis ad ſocietatem. pro quo
ſociare. hebrei legunt. Vir amicorum ad ſociandum. Et aliqui he= brei ſecundũ primã ſignificationẽ legunt.Vir amicorũ ad confringendum:vel ad conterendum:iuxta ſignificationẽ predictam.

רוּף רוּף Ruph. tremere.confringere. Iob.26.Colũne celi cõ
Contremi= ſcere. tremiſcunt.& dicunt hebrei ꝙ etiam ſignificat conte=
הֲרִיפוֹת rere vel confringere.Et inde הֲרִיפוֹת Hariphoth.ideſt gra= na tritici vel hordei confracta vel contuſſa.pro quo beatus hieronimus tranſtulit ptiſanas.2.Reg.7.Et expandit vela
Ptiſana. mina ſuper os putei quaſi ſiccans ptiſanas. Prouer.27.Si
תְּרוּפָה contuderis ſtultum in pila quaſi ptiſanas. Et inde תְּרוּפָה
Medicina Therupha.ideſt medicina pro cõfractione membrorum. Ezech.47.Et folia eius ad medicinam.

רוּץ רוּץ Rus.currere.feſtinare.conterere.cõfringere. vt Geñ.
Currere. 18.Ipſe autem ad armenta cucurrit. Et in eodem.33. Currens itaq; eſau obuiam fratri ſuo.& in eodem.41. Edu ctum de carcere ioſeph totõderunt. Pro quo hebrei legunt Et currere cum fecerunt de carcere:& tonſus eſt.1.Reg.17. Cucurrit ad locum certaminis.Et in eodẽ.20. Vade & affer mihi ſagittas. Pro quo hebrei legunt. Curre & affer mihi ſagittas.Et in eodem.Cumq; puer cucurriſſet.2.Regũ.17. Et curre in caſtra ad fratres tuos. 4. Reg.5.Viuit dominꝰ
Feſtinare. quia curram poſt eum.2.Paralipo.35. Et feſtinato diſtri= buerunt vniuerſe plebi. Iob. 15. Cucurrit aduerſus eum erecto collo.ps.17.Quia in te eripiar a temptatione. Pro quo beatus hiero. in pſalterio iuxta he.ve.tranſtulit. In te enim curram accinctus.Ps.67. Ethiopia preueniet manꝰ eius deo. Pro quo beatus hiero.in pſal.iuxta he.ve.tranſtu lit.ethiopia feſtinet dare manꝰ deo.Canti.1.Trahe me poſt te : curremus.Hiere.23. Non mittebam prophetas:& ipſi
Diſcurref. currebant.Et in eo.49.Quia ſubito currere faciam illum ad illam.Naum.2. Quaſi fulgura diſcurrentia. Et inde רָץ
רָץ
Currens ras.ideſt curſor ſeu currens.Hiere.51.Currens obuiam cur renti veniet.Et in plurali רָצִים Raſim.2.Reg.15.Et quin
רָצִים
Currentes quaginta viros qui precederent eum. pro quo hebrei le= gunt.Et quinquaginta viros currentes ante eum.& inde
מֵרוֹץ מְרוּצָה מֵרוֹץ Maros ſiue מְרוּצָה Meruſa.ideſt curſus.2. Reg.18.Cõ templor ait curſum prioris quaſi curſum Achimaas filii
Curſus ſadoch.Eccľs.9.Nec velocium eſſe curſum.Hiere. 22.& ad calumniam & ad curſum mali operis. Et in eodem. 23.Fa= ctus eſt curſus eorum malus. Significat etiam predicta di= ctio conterere vel confringere aut collidere. Geñ. 25. Sed
Collidere. colliſebantur in vtero paruuli.Iudi.10. Et confregit cere=
Cõfringef brum eius.Et in eodem.Afflixitq; & vehementer oppreſſi. Pro quo hebrei legunt.Et confregerunt & cõtriuerunt eos 4.Regum.24.Et altaria que fecerat manaſes in duobus a= triis templi domini deſtruxit rex: & cucurrit inde. p quo hebrei legunt.Et confregit ſeu contriuit inde.Poteſt etiam legi ſicut eſt in littera noſtra:iuxta primam ſignificationẽ.
Recurrere Eccľs.12.Et recurrat vitta aurea.pro quo hebrei legunt. & conteratur ſeu confringatur fons aureus. poteſt etiam legi ſicut eſt in littera noſtra.Et in eodem.Et confringatur rota ſuper ciſternam.Eſa.4.Non erit triſtis nec turbulentus. Pro quo hebrei legunt. Non erit obſcurus vel triſtis neq; conteret vel confringet.Poteſt etiam legi ſic. Non erit tri= ſtis neq; diſcurret:& tũc erit ſẽſus ſicut in littera noſtra.Nã qui eſt turbulentus diſcurret huc atq; illuc. Vide etiam de hoc infra in dictione רָשַׁשׁ raſas.

רוּשׁ רוּשׁ Ros. Indigere.egere.pauperem eſſe. depauperare :ſi ue pauperem facere.ps.33.Diuites eguerunt & eſurie
Egere. runt.& quando eſt verbum tertie coniugationis ſignificat
Pauperẽ facere. pauperem facere:ſiue depauperare.1.Regum.2. Dominus pauperem facit: & ditat.Et aliquando ſcribitur cum dupli
Pauperẽ fieri. ci ſin. Prouerb.13.Et quaſi pauper cum in multis diuitiis ſit.Vide etiam de hoc ſupra in dictione רָשַׁשׁ raſas.& inde
רָשׁ רָשׁ Ras.ideſt pauper vel egenus.2. Regum.12.pauper autẽ
Pauper nihil habebat omnino.Prouer.19. Melior eſt pauper qui ambulat in ſimplicitate ſua.Et in eodem. Fratres hominis pauperis oderunt eum. Et in eodem. Diues & pauper ob=
רָשִׁים uiauerunt ſibi.Et in plurali רָשִׁים raſim. Prouer.22.Di=
pauperes. ues pauperibus imperat.Et aliquando ſcribitur cum aleph in medio dictionis tam in ſingulari quam in plurali.2.Re= gum.12. Vnus diues & alter pauper.Et in eodem. Tulit o= uem viri pauperis.Prouer. 10. Egeſtatem operata eſt ma= nus remiſſa.pro quo hebrei legunt.pauper ſiue egenus o= peratur ſtateram doloſam: ſiue palma aut manu doloſa. Et in eodem.13.Multi cibi in noualibus patrum. pro quo hebrei legunt. In nouali pauperum.Eo quod pauperes la= borant multum in cultura terre.poteſt etiam legi in noua= li principum.Nam dictio רָאשִׁים Raſim etiam principes ſignificat vt dictum eſt ſupra in dictione רֹאשׁ ros :& prin ceps in ſcriptura pater nominatur.4. Regum.5. Pater ſi
רֵישׁ rem grandem dixiſſet tibi propheta. & inde רֵישׁ res. ideſt
Egeſtas. paupertas ſiue egeſtas.Prouerb.10.pauor pauperum ege= ſtas eorum.Et in eodem.28.Qui autem ſectatur ocium re= plebitur egeſtate. Et in eodem.31.Et obliuiſcatur egeſta= tis ſue. Et aliquando ſcribitur cum aleph in medio loco
paupertas רוֹשׁ iod.Prouerb.30. Diuitias & paupertatem ne dederis mi= hi. Item רוֹשׁ Ros.ideſt fel. Deut.32. Vua eorum vua fel
Fel. lis.& communiter ſcribitur cum aleph loco vau. Deut.29. Germinans fel & amaritudinẽ.Treñ.3. Circundedit me felle & labore.Et in eodem. Abſinthii & fellis. Ps.68. Et dederunt in eſcam meam fel :& in ſiti mea potauerunt me aceto. Hiere.8.Et potum dedit nobis aquam fellis. Poni= tur etiam pro veneno vel pro amaritudine.Deut.32.Vene
Venenum amaritudo num aſpidum inſanabile. Oſee.10.Et germinabit quaſi a= maritudo iudicium.Amos.5.Qui vertitis in amaritudinẽ iudicium.

רָזָה רָזָה Raza.Marceſcere.macilentum eſſe.attenuare.macre
Marceſcef ſcere. Eſaie.17.Et pinguedo carnis eius marceſcet.

Digitized by Google

Soph.2.Et attenuabit omnes deos terre.& inde רָז Raz.i. attenuatus vel macilentus aut macies. Eſa.24. Secretum meum mihi:ſecretum meum mihi.pro quo hebrei legunt Macies mihi ſeu macredo mihi. ideſt confectus ſum macie.Sed in lingua chaldaica ſignificat ſecretum vel myſterium ſicut eſt in littera noſtra.vt Dan.2.vt quereret miſericordiam a facie dei celi ſuper ſacramentum iſtud. ideſt ſup ſecretum iſtud.Et in eodem. Tunc danieli myſterium per viſionem noctis reuelatum eſt.Et in eodem. 4. Et omne ſacramentum non eſt impoſſibile tibi. Et in plurali רָזִין Razin ſiue רָזַיָּא Razaia.vt in eodem.2. Reuelans myſteria.Et in eodem.Et qui reuelat myſteria oſtendit tibi que ventura ſunt.& in genere feminino רָזָה raza.Nume.13.humus pinguis an ſterilis.ideſt macilenta vel tenuis. & inde רָזוֹן Razon.ideſt tenuitas:ſiue macies:aut macredo.ps.105 Et miſit ſaturitatem in animas eorum.pro quo beatus Hiero.in pſalterio iuxta he. ve.tranſtulit. & miſit tenuitatem in animas eorum.Eſa.10. Propter hoc mittet dominator dominus in pinguibus eius tenuitatem.Mich.6.Et menſura minor ire plena.ideſt menſura extenuata vel breuis.Itē רָזוֹן Razon. ideſt princeps.De quo vide infra in dictione רָזוֹן Razon.

רָזַח Rezach.Conuiuium.Et ſcribitur cum mem in principio & dicitur מַרְזֵחַ marzeach.Hiere.6. Ne ingredia ris domum conuiuii.& vt ait Beatus hieronymus ſup predicto loco proprie ſignificat conuiuium quod fit in exequiis mortuorum.& inde מִרְזַח mirzach.Pro quo beatus hieronymus tranſtulit factioēm Amos.6. Et auferetur factio laſciuientium.

רָזַם Razam.innuere ſeu conniuere.ſcilicet oculis. Iob.15 Et quaſi magna cogitans attonitos habes oculos.pro quo hebrei legunt. Et quid innuunt oculi tui. Et ſolum inuenitur in predicto loco.

רָזוֹן Razon.princeps ſeu tyrannus.Prouer.14.Et in paucitate plebis ignominia eſt principis.& in plu.רוֹזְנִים Roznim.ps.2.Et principes conuenerunt in vnū. Eſa.40. Qui dat ſecretorum ſcrutatores quaſi non ſint.Pro quo hebrei legunt.Qui dat principes in nihilum.Poteſt etiā deriuari a dictione רָז raz.que in lingua chaldaica ſignificat ſecretum:vt dictum eſt ſupra in dictione רָזָה raza. Abach.1. Et tyranni ridiculum eius erunt.

רָחַב Rachab.dilatare latum vel dilatatum eſſe. Geñ.26. vocauit nomen eius latitudo dicens:nunc dilatabit nos dominus.Deut.19.Cum autem dilatauerit dominꝰ terminos tuos.Et in eo.33.Benedictus in latitudine gad.pro quo hebrei legunt.Benedictus dilatans gad.1.Reg. 2.Dilatatum eſt cor meum ſuper inimicos meos.Ps.4.In tribulatione dilataſti mihi.ps.17.Dilataſti greſſus meos ſubtus me.ps.24.Tribulationes cordis mei multiplicate ſunt.pro quo hebrei legunt. Dilatate ſunt.vel ſic. Tribulationes cor meum dilatauerunt.ps.80. Dilata os tuum & implebo illud.ps.118.Latum mandatum tuum nimis.Eſa.5.Propterea dilatabit infernus animam ſuam.Eſa.30. paſcetur ī poſſeſſione tua in die illo agnus ſpacioſe. i.in loco qui eſt ſpacioſus & latus.Et in eo.54.Dilata locū tētorii tui. & in eo. 60.& mirabitur & dilatabitur cor tuum.Ezech. 40.& platea erat in rotūdū aſcendens ſurſum.pro quo he.le.Et dilatabatur & circuibat ſurſum ſurſum.i.latior erat pars ſuperior in circuitu.& inde רֹחַב rochab ſiue רְחָבָה rechaba.i. latitudo vel dilatatio. Geñ.13.Et perābula terrā in longitudine & latitudine.Exo.27. Quinqꝫ cubitos in longitudine & quinqꝫ in latitudine.3.Reg.4.Dedit quoqꝫ deus ſapientiā ſalomoni & prudētiā multā nimis & latitudinē cordis. Iob.36.Igitur ſaluabit te de ore anguſto latiſſime & nō habēte fundamētū.ps.17.Et eduxit me in latitudine.ps.118. Et ambulabā in latitudine.Prouer. 21. Exaltatio oculorū & dilatatio cordis & lucerna impiorum:peccatū.& ide רָחָב Ra'chab.ideſt latus ſiue dilatatus vel ſpacioſus.ps.103.hoc mare magnū & ſpacioſū manibꝰ.Prouer.28. Qui ſe iactat & dilatat:iurgia cōcitat.Pro quo he.le.Latus animo concitat iurgia.& eſt ſenſus ſicut in lrā nrā.& in ge.fe. רְחָבָה Rechaba.Geñ.34.Terra in poteſtate veſtra eſt.pro quo he.le. Terra aūt ecce lata eſt manibus ſiue locis corā vobis.Exo. 3.Et educā de terra illa in terrā bonā & ſpacioſam.Et inde רְחֹב Rechob ſiue רְחָבָה rechaba.i.platea.Dañ.9.& rurſus edificabitur platea.& in plu.רְחֹבוֹת rechoboth.ps.143. nec clamor in plateis eorū.Prouer.1.In plateis dat vocē ſuā. & in eo.22.In medio platearum occidendus ſum.

רָחֵל Rachel.Ouis:ſiue agnus.Eſa.53.Et quaſi agnus corā tondente ſe. Et in plurali רְחֵלִים rechelim.Geñ.32 Oues ducentas.

רָחַם racham.miſereri.clemētē eē.diligere.Exo.34. & clemens ero in quem mihi placuerit. pro quo he.le. Et miſerebor cui miſerebor.vnde apoſtolus ad Romanos. 9. ſic ait.moyſi enī dicit.miſerebor cui miſertꝰ ſum:& miam pſtabo cui miſerebor.Deut.13.& miſereatur tui & multiplicet te.Ps.102.Quō miſeretur pater filiorū miſertus ē dñs timētibꝰſe.Prouer.28.Qui aūt cōfeſſus fuerit & reliquerit ea:miam cōſequetur.Hiere.31. Miſerans miſerebor eiꝰ ait dñs.Oſee.14.Quia eius qui in te eſt miſereberis pupilli. & ide רַחוּם Rachū.i.miſericors. Exo.34.Deus miſericors & clemēs.& i ge.fe.רַחֲמָנִית rachmanith.& i plu.fe. רַחֲמָנִיּוֹת Rachamanioth.Threñ.4.Manus mulierū miſericordium coxerunt filios ſuos.& inde רֻחָמָה ruchāma.i.illa que cōſecuta eſt miam.Oſee.1. Voca nomē eius abſqꝫ mia.pro quo he.le.voca nomen eius non miam cōſecuta. Et in eo.2. Et miſerebor eius qui fuit abſqꝫ mia.& inde רֶחֶם Rachem. i. mia. Abach.3.Cum iratus fueris mie recordaberis.Et communiter declinatur pluraliter & dicitur רַחֲמִים rachamim. 2.Regū.13.Multe enim ſunt mie eius. Ps.24.reminiſcere miſerationū tuarū dñe.Ps.50.Et ſecūdū multitudinē miſerationū tuarum dele iniquitatem meā.Ps.105.Et dedit eis in miſericordiā.Et in lingua chaldaica dr̄ רַחֲמִין Rachamin Dañ.2. Vt quereret miſericordiam a facie dei celi. Item רֶחֶם rechem:ſiue רַחַם racham.ideſt vulua ſiue vterus. Geñ.20.Concluſerat enim deus omnem vuluam in domo Abimelech.Exo.13. Sanctifica mihi omnem primogenitum qui aperit vuluam.Et in eodem.34. Omne quod aperit vuluam.Nume.12.De vulua matris ſue.Iob.34.quādo erumpebat quaſi de vulua procedens. Ps.19. Ex vtero ante luciferum genui te.Ponitur etiam pro femina. Iudi. 5.Pulcherrima feminarum ei eligitur. Item רָחָם racham. nomen auis. Pro quo beatus Hieronymus tranſtulit porphyrionem.Leuit.11.Et onocrotalum & porphyrionem.

רָחַף rachaph. Volare.volitare contremiſcere. ſiue commoueri.Geñ.1.Et ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas.Pro quo hebrei legunt. Et ſpiritus dei volabat ſeu volitabat ſuper faciem aquarum.Deut.32.Et ſuper eos volitans.Hiere.23.Contremuerunt omnia oſſa mea. Pro quo aliqui hebrei legunt. Cōmota ſunt omnia oſſa mea.& ſolū inuenitur in predictis locis.

רָחַץ rachas.Lauare.abluere.confidere.Geñ.18.Et lauentur pedes veſtri.Et in eodem.24.Et aquam ad lauandos pedes eius.Exo.2. Ecce autem deſcēdebat filia pharaonis vt lauaretur in flumine.Et in eodem.30.Et miſſa aqua

Digitized by Google

רקד Racad. ſaltare. ſubſilire. ps.28. Et cōminuet eas tanq̄ vitulum. Pro quo hebrei. le. Et ſubſilire faciet eas tāq; vitulum. Et beatus hiero. in pſal. iuxta he. ve. tranſtulit. Et diſperget eas tanq̄ vitulum. Ps.103. Montes exultauerunt vt arietes. pro quo beatus hieronymus trāſtulit. Montes ſubſilierunt vt arietes. & in eodem. Mōtes exultaſtis ſicut arietes. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit. Montes ſubſaltaſtis ſicut arietes. Eccl's.3. Tempus plangēdi: & tempus ſaltandi. Eſa.13. Et piloſi ſaltabunt ibi. Ioel.1. ſuper capita mōtium exilient, Nau̅.3. Et equi frementis & quadrige feruētis. Pro quo he. le.. Et quadrige ſaltantis ſiue ſubſilientis.

רקח Racach. cōficere. ſeu pigmenta facere: aut condire: cōmiſcere vel componere.ſ. more pigmentariorum vel vnguentariorū. Exo.30. Hō quicūq; tale cōpoſuerit.i. Paralipo.9. Filii autem ſacerdotum vnguenta ex aromatibus conficiebant. Ezech.14. Et coquatur vniuerſa cōmixtio. Pro quo hebrei legūt. Et cōmiſce confecturam ſiue cōmixtionem vel confice confectionē. Vbi ponitur nomen & verbum ab eo deriuatū. Et inde רקח roccach.i. pigmentarius. ſeu vnguentarius. Exo.30. Compoſitum opere vnguentarii mixtum. Et in plurali רקחים rócchim.i. vngentarii vel pigmentarii. Et in plurali feminino רקחות racachoth.1.Reg.8. Filias quoq; veſtras faciet vnguētarias. & illa cōmixtura vel confectio dicitur רקח rócach. ſiue רקח récach. aut מרקחת Mercáchath. vt in aliquibus locis predictis. &.1. Paralipo.16. Que erāt pigmentariorū arte confecta. Iob.41. Quaſi cum vnguenta bulliunt. Canti.5. Conſite a pigmētariis. & in eodem.8. Dabo tibi poculū de vino condito. Eſa.57. Multiplicaſti pigmenta tua.

רקם Racam. variegare. polymitare.i. opere polymito ſiue opere vario intexere: vel diuerſo colore veſtē contexere: ſiue acu depingere. Exo.26. Coccoq; bis tincto & byſſo retorta opere plumario.i. polymitario. & ī eo.28. Facies & baltheū opere plumarii. & in eo.36. Vt faciant opere abietarii polymitarii ac plumarii. ps.138. & ſubſtantiā meā in inferiorib⁹ terre. Pro quo beatus hiero. in pſal. iuxta he. ve. tranſtulit. Imaginatus ſum in inferioribus terre.i. contextus ſum diuerſitate mēbrorū & oſſibus ac carne. Et inde רקמה Ricma.i. veſtis varii coloris: ſiue opere vario contexta. Iudi.5. Veſtes diuerſorū colorū ſiſare tradūtur in predā & ſupellex varia ad ornanda colla congeritur. Vbi ponitur tā in ſingulari q̄ in plurali. ps.44. In veſtitu deaurato circū amicta varietate. Ezech.17. Plena plumis & varietate.

רקע Racaa. extendere. expandere. producere. ſtabilire. firmare. allidere.ſ. pede. Exo.39. Inciditq; bracteas aureas: & extenuauit ī fila. Pro quo he. le. Et extēdit bracteas aureas ſiue laminas aureas: & incidit fila.i. pduxit aurū in laminas: & incidit ex eis fila. Nu.16. Et produxit ea in laminas. Iob.37. Tu forſitā fabricatus es cū eo celos. Pro quo hebrei legunt. Nunquid extendiſti cū eo celos. Eſa.40. Aut artifex auro figurauit illud. Pro quo he. le. Et artifex auro extendit illud.i. produxit illud. Hiere.10. Argentum inuolutum de tharſis affertur. Pro quo hebrei legunt. Argentū extenſum.i. in laminas productum. Et inde רקועים ricuim ideſt extenſiones. ſeu lamine vel bractee. Nume.16. Et pro ducat ea in laminas. Significat etiā predicta dictio firmare ſiue ſtabilire. ps.135. Qui firmauit terrā ſup aquas. Eſa.44. Stabiliens terram: & nullus mecum. Sed etiam in predictis locis hebrei legunt extendens terram. Et inde רקיע Racia. ideſt firmamentum. Gen̄.1. Fiat firmamentum in medio aquarum. Et in eodem. Vocauitq; deus firmamentum celum. Ezech.1. Et ſimilitudo ſuper caput animalium firmamenti. Hebrei tamen in predictis locis legunt extenſionem ſeu expanſionem. Significat etiam predicta

diction רקע Racaa calcare: ſeu allidere vel percutere pede.2.
Reg.22.Cõminuam eos atq; confringam.Pro quo hebrei
Calcare legũt.Atq; calcabo ſeu allidã.Ezech.6.Et allide pede tuo.
allidere & in eo.28. Pro eo quod plauſiſti manu & percuſſiſti pede.
Percuter. רשש רשש Raſas.depauperare..ſeu pauperẽ eſſe.deſtruere.con
terere.Prouer.13. Et eſt quaſi pauper cum in multis
Conterere diuitiis ſit.Hiere.5.Et cõteret vrbes munitas tuas.Malach.
Deſtruere. 1.Quod ſi dixerit idumea deſtructi ſumus.i.pauperes facti
ſumus. Vide etiam de hoc ſupra in dictione ריש ros.& inde
תרשיש תרשיש Tharſis.quod ſignificat lapidẽ precioſum.Pro quo
beatus hieronymus trãſtulit chryſolithũ. Exo.28.In quar
chryſolith9 to verſu chryſolithus onyx & berillus. Ezech.28.Chryſoli
thus & onyx berillus. Dañ.10.Et corpus ei9 qſi chryſolithus
in alio vero loco trãſtulit hyacinthũ.Canti.5.Plene hyacin
this.eſt etiam tharſis nomen viri nepotis iapheth.Geñ.10.
Filii autem iauan eliſa & tharſis.eſt etiam nomen prouin
cie que a ſucceſſoribus predicti habitata fuit. p̃s.71. Reges
Tharſis. tharſis & inſule munera offerẽt.Eſa.2.Et ſuper omnes na
ues tharſis.Hiere.10. Argentum inuolutum de tharſis affe
retur.Ione.1.Vt fugeret in tharſis.Et aliquando beatus hie
Carthago. ronymus tranſtulit carthaginem.Ezech..27.Carthaginẽ
ſes negociatores tui.Ponitur etiam pro mari. Eſa.23. Vlu
Mare. late naues maris. & vt ait beatus hieronymus ſup predicto
loco.Tharſis lingua hebraica proprie mare appellatur.
רשה רשה Raſa.licentia.facultas. & ſcribetur cum iod & nun in
רשיון fine & dicitur רשיון riſion.Pro quo beatus hierony
Preceptũ mus tranſtulit preceptum.Eſd.3.Secundum quod precepe
Licentia. rat cyrus rex perſarum. Pro quo he.le. Secundum licẽtiam
ſiue facultatem cyri regis perſarum.
רשם רשם Raſam.ſignare.ſigillare.cõſtituere. Dañ.5. Scripſit
ſignare. quod exaratũ eſt.i.qđ ſignatũ vel ſigillatum eſt.& in
eo.Et cõfirma ſententiam & ſcribe decretũ. Pro quo he.le.
Et ſcribe & ſigna ſcripturam.& in eodem.Porro rex darius
proponere propoſuit edictum & ſtatutum.Pro quo he.le.Signauit ſcri
pturam vel ſtatutum.& in eodem.Quod cum daniel com
Cõſtituere periſſet conſtitutam legem.& in eodem.De edicto quod cõ
Exprimere ſtituiſti.& in eodem.10.Annũciabo tibi q; expreſſum eſt in
ſcriptura veritatis.ideſt quod ſignatum vł ſigillatum eſt in
ſcriptura veritatis.
רשע רשע Raſaa. impium eſſe.impie agere. iniq; facere. con
Impiũ eẽ. denare.2.Paralipo.20.Cuius opera fuerunt impiiſſi
impie agere ma.Iob.10.Si impi9 fuero:ve mihi.p̃s.17.Nec impie geſſi
a deo meo.Eccl's.7.Ne ĩpie agas multũ.Dañ.9.Peccauim9
iniq; agere. iniquitatẽ fecimus:iniq; egimus.ſignificat etiam condẽna
re.ſ.quãdo eſt verbũ tertie coniugationis.Exo.22. Et ſi illi
iudicauerint duplũ reſtituet proximo ſuo. Pro quo he.le.
Cõdẽnare Quem iudices condemnauerint:duplum reddet proximo
ſuo.Iob.15.Condẽnabit te os tuũ & non ego. & in eodem.
34. Aut qui iuſtus eſt in tantum condemnas. & in eodem.
Quis eſt qui condẽnet. Ponitur etiam pro ſuperare quod
ſuperare. eſt idem quod condẽnare.1.Reg.14.Et quocunq; ſe verte
רשע ret ſuperabat. Et inde רשע raſaa.i.impius ſeu iniquus aut
condẽnatus:ſiue reus.Nu.15. Nõ accipietis precium ab eo
Reus. qui eſt reus ſanguinis. Iob.27. Sit ſicut impius inimicus
Impius. me9.p̃s.108.Cum iudicatus fuerit exeat cõdẽnatus. Eſa.3.
Cõdẽnat9. Ve impio in malum.Ezech.3. Si dicente me impio morte
רשעים morieris. & in eodem. Vt auertatur impius a via ſua mala
Impii. Et in plurali רשעים reſaim.p̃s.1. Beatus vir qui non abiit
רשעה in conſilio impiorum. Et in genere feminino רשעה riſaa.
impiiſſima ſiue מרשעת Mirſaath.2.Paralipo.28.Athalia impiiſſima
& filii eius deſtruxerunt domum dei.Ezech.5.Et contem
Impia. pſit iudicia mea:vt plus eſſet impia.& inde רשע reſaa.ideſt
רשע impietas.malignitas.iniquitas.Deut.9.Non aſpicias duri

tiem populi huius & impietatem.p̃s.83.Magis q̃ habitare Impietas.
in tabernaculis peccatorum.Pro quo beatus hiero.in pſal
terio iuxta he. ve. tranſtulit. Magis q̃ habitare in taber
naculis impietatis. Eccl's.3. Vidi ſub ſole in loco iudicii im
pietatem:& in loco iuſtitie iniquitatem.& in eodem.8.Nec Iniquitas
ſaluabit impietas impium: & aliquando ſcribitur cum he
vel thau in fine.Deut.9. Et propter impietatẽ ſuam iſte de
lete ſunt.& in eodẽ.Quia iſte egerunt impie.i.propter im
pietatem ſuam.Zach.5.Hec eſt impietas.
רשף Reſeph.volucris.auis.diabolus.lampas.ſeu carbo.ſ. רשף
ignitus.Deut.32.Et deuorabunt eos aues.Iob.5.Ho Auis
mo naſcitur ad laborem & auis ad volandũ.p̃s.75.Ibi con
fregit potentias arcuum.Pro quo beatus hiero.in pſal.iux
ta he.ve.trãſtulit.Ibi confregit volatilia arcus.i.ſagittas ar Volatilia.
cus.& dicũtur ſagitte volatilia propter velocitatem motus.
Ponitur etiam pro diabolo.Abach.5.Et egredietur diabo Diabolus
lus ante pedes eius. Ponitur etiam pro lampade. Canti.8. Lampas
Lampades eius lampades ignis atq; flãmarum.
רשת Reſeth.rete.ſiue retiaculum.Exo.28. Craticulamq; רשת
in modũ retis eneam. Iob.18. Immiſit enim in re Rete.
te pedes ſuos.p̃s.9.In laqueo iſto quem abſconderunt.Pro
quo beatus hiero.in pſal.iuxta he.ve.tranſtulit.in rete iſto.
& in eodẽ. Dum attrahit eũ in laqueo ſuo. Pro quo beatus
hieronymus tranſtulit. Cum attraxerit eum ad rete ſuum.
Oſee.7. Et cũ profecti fuerint:expandã ſuper eũ rete meũ.
רתת Retheth. tremor. ſiue horror. Oſee. 13. Loquente רתת
ephraim:horror inuaſit iſrael. Horror.
רתח Rathach.ferbere.bullire.Iob.30.Interiora mea effer רתח
buerunt abſq; vlla requie. & in eodem.41.ferueſcere Feruere.
faciet quaſi ollã profundũ.Ezech.24.Efferbuit coctio ei9.
רתם Ratham.ligare:ſiue ſternere equum vel quadrigam. רתם
mich.1.tumultus quadrige.Pro quo he.le. Liga ſiue Tumultus
ſterne quadrigam. Item רתם Rothem.nomen eſt arboris. Ligare. רתם
Pro quo beatus hieronymus tranſtulit iuniperum.3. Reg. Iuniper9.
19.Et ſederet ſubter vnã iuniperum.Et in plurali רתמים re רתמים
thamim. Iob.30. Et radix iuniperorum:cibus eorum.Ps. Iuniperi.
119.cum carbonibus deſolatoriis. Pro quo beatus hiero.in
pſal.iuxta he. ve. tranſtulit. cũ carbonibus iuniperorum.
רתק Rathoc.catena.Hiere.7.Fac concluſionem.Pro quo רתק
hebrei legunt.Fac catenam. Et in plurali רתקות Re Cõcluſio.
thucoth.Pro q̃ beatus hiero.tranſtulit laminas.3.Reg.6.Et Catena. רתקות
affixit laminas clauis aureis.Pro quo he.le.Et tranſire fecit Lamine
catenis aureis.i.ex vna parte parietis ad aliam. Eſa.40. Et
laminis argenteis argẽtarius.Et inde verbũ רתק Retha qđ רתק
ſigñat concatenare.i.catenis vel compedibus ligare. Naũ.
3. Et oẽs optimates eius cõfixi ſunt in cõpedibus.i.concate Concate
nati vel ligati ſunt. Significat etiã rumpere vel diſſoluere. nare.
Eccl's.12.Anteq̃ rumpatur funiculus argenteus. Rumpere.

De inſipientibus a littera ש Sin.

Iſta littera ſin. ש.in cõpoſitione qñ preponitur verbo ſiue ש
aliis partib9 orõnis ſigñat quia:ſiue qm̃ aut q;.p̃s.135.qu a
in humilitate nr̃a memor fuit nr̃i.Eccl's.2.Et vidi q; tm̃ pre Quia.
cederet ſapiẽtia ſtultitiã.& in eo.7. Ne dicas quid cauſe eſt Quod
q; priora tẽpora meliora fuere.& in eo. Viuẽtes ſciũt ſe eſſe
morituros. Pro quo he.le. Sciunt q; morituri ſunt.Canti.1.
Nolite me cõſiderare q; fuſca ſim. & i eo.Quia decolorauit
me ſol.& in eo.5.Quia caput meũ plenũ eſt rore.Et in eo.
Quia ſic adiuraſti nos.Eſt et relatiuũ.& eſt oĩs gñris & vtri
uſq; numeri.p̃s.135. Qui pcuſſit egyptũ cũ primogenitis Qui.
ſuis.Eccl's.2. Vltra oẽs qui fuerunt ante me.& in eo. Ad vni
uerſa opera que fecerant manus mee & ad labores in qui Que.
bus fruſtra ſudaueram. Canti.1. Iudica mihi quem diligit

Digitized by Google

Quod. anima mea.Et in eo.3.In diademate quo coronauit eũ ma
ter ſua.Et in eo.6.Que aſcenderũt de lauacro. & qñ prepo
nitur ei dictio עד ad tunc ſignificat vſqquo: ſiue dum aut
Dum. donec.Canti.1.Dum eſſet rex in accubitu ſuo.Et in eo. Do
Donec. nec ipſa velit.Et in eo.3.Inueni quẽ diligit anima mea. ꝑ
quo he.le. Vſqquo ſiue donec inueni quem diligit anima
Uſqquo mea. Et in eodem.Donec aſpiret dies.

שש Byſſus שש Ses.byſſus quod eſt genus lini candidiſſimi.Geñ.41
Veſtiuit eũ ſtola byſſina.Exo.25.Et byſſum & pilos
caprarum.& in eo.& byſſo retorta.Itẽ שש ſes.ideſt ſex.de
quo vide infra in dictione ששה ſiſa.

ששא Educere. ששא Saſa.pſuadere.Btũs hiero.trãſtulit educere.Ezech.
39.Et educam te.ideſt perſuadendo educam.

ששה Sex. ששה Siſa.Sex.Exo.25.Sex calami egredientur de lateri
bus.& in eo.28.Sex noĩa in lapide vno: & ſex reliq
שש ſex. in lapide altero.& in ge.fe.ſcribitur ſine he & dr̃ שש ſes.
Prouer.6.Sex ſunt que odit dñs.& aliqñ ſcribitur cũ tau in
ששת Sex. fine & dicitur ששת ſeſeth.Exo.16.Sex diebus colligite.&
in eo.20.Sex diebus opaberis.& in eo.Sex enim diebus fe
ששה cit deus celũ & terrã.& inde verbũ ששה Saſa: quod ſignat
Sextare.i.ſextam partem tollere: ſeu in ſex partes diuidere
Ezech.45.Et ſextã partẽ ephi de choro hordei.pro q̃ he.
Sextare. ששים le.Et ſextabitis ephi de menſura hordei. Et inde ששים Si
Sexagita. ſim.i.ſexaginta.Canti.6.Sexaginta ſunt regine.

ששן Lilium. ששן Suſan.Liliũ.3.Reg.7.Et foliũ repandi lilii.& in titu
lo pſalmi.59.vbi dr̃ in finẽ pro his qui cõmutabun
tur in tituli ſcriptiõe.ꝑ quo btũs hiero. in pſ. iuxta he.ve.
trãſtulit victori pro liliis teſtimonii.& aliqñ ſcribitur cũ he
vel tau in fine.Cant.2.Ego flos campi & liliũ conualliũ.&
ששנים Lilia. in eo.Sicut liliũ inter ſpinas.& in plu. ששנים Soſanim. Vt
in eo.Qui paſcit iter lilia.& in eo. 5. Labia eius lilia diſtil
lantia.Et in eo.6.Et lilia colligat. Et in titulo pſalmi.44.
ששן Vbi dr̃ in fine.pro his qui cõmuta bũtur.pro quo btũs hie
Suſa. ro.i pſ.iuxta he.ve.trãſtulit victori ꝑ liliis.eſt et̃ ששן ſuſan
nomẽ ꝓpriũ ciuitatis.Eſter.2.erat vir iudeꝰ i ſuſis ciuitate.

ששר ששר Saſar.color rubeus.aut miniũ.i.terra rubea qua pi
ctores vtũtur.& dr̃ ſinopis a ſinope vrbe vbi inueni
Sinopis. tur.Hiere.22.Et facit laquearia cedrina pingitqꝫ ſinopide
Ezech.23.Imagines chaldeorũ expreſſas coloribꝰ.ꝑ quo
he.le.Imagines chaldeorum depictas ſinopide ſiue minio.

שאב Haurire. שאב Saab.haurire.Geñ.24.Eo tpe quo ſolẽt mulieres e
gredi ad hauriendã aquã.& in eo. Vt hauriret aquã:
& hauſtã oĩbus camelis dedit.Ruth.2.de quibus pueri mei
bibunt.pro quo he.le. Quas pueri hauriunt. Eſa.12. hau
משאבים rietis aquas in gaudio.& inde משאבים maſabim.i. loca vñ
hauritiões aquã hauriũt.Iudi.5.& hoſtiũ ſuffocatus eſt exercitus.pro
quo he.le.Inter hauritiones.i.inter loca vbi aq̃ hauriũtur.

שאג Rugire. שאג Saag.rugire.Iudi.14.Apparuit catulus leonis ſeuꝰ
& rugiẽs.pſ.35.rugiebam a gemitu cordis mei. Pſ.
103.Rugiẽtes vt rapiãt.Hiere.2.Sup eũ rugierũt leones.&
in eo.25.Dñs de excelſo rugiet:& de habitaculo ſancto ſuo
dabit vocẽ ſuã:rugiẽs rugiet ſup decorẽ ſuũ.Amos.3. Nũ
quid rugiet leo in ſaltu.& in eo.leo rugit:quis nõ timebit.
שאגה Rugitus. & inde שאגה Saaga.i.rugitus.Iob.4.Rugitus leõis & vox
שאגות leene.Eſa.5.Rugitus eius vt leonis. Et in plu. שאגות Saa
Rugitus. goth.Iob.3.Et quaſi inundantes aque: ſic rugitus mei.

שאה Deſolare. שאה Saa. Deſolare. deuaſtare.ſonare.admirari. ſeu cõtẽ
plari cũ admiratiõe.Eſa.6. Donec deſolẽtur ciuita
tes abſqꝫ habitatore. & in eo.Et terra relinquetur deſerta.
pro quo he.le. Et terra deſolabitur ſiue deuaſtabitur deſo
latione.Et in eo.37.Et factũ eſt in erradicatione colliũ cõ
pugnantiũ.pro quo hebrei legunt.& erit ad deuaſtandũ ſi
ue ad deſolãdũ colles pullulantes ſiue compugnãtes. & ide

שואה Soa ſiue שאיה Seia aut משואה Meſoa. i. deſolatio: שואה
vel deuaſtatio:aut calamitas:vel miſeria.Iob.30.ſquallẽtes משואה
calamitate & miſeria.pſ.34.Veniat illi laqueus quẽ igno Calamitas
rat.ꝑ quo btũs hiero.in pſ.iuxta he.ve.trãſtulit. Veniat ei miſeria.
calamitas.& in eo.Reſtitue aĩam meã a malignitate eorũ.
ꝑ quo btũs hiero.trãſtulit cõuerte aĩam meã a calamitatibꝰ
eorũ.Prouer.1.Cũ irruerit repẽtina calamitas.& in eo.3.&
irrũpẽtes potẽtias impiorũ.ꝑ quo he.le. & a deuaſtatione
vel a calamitate impiorũ cũ venerit.Eſa.42.& calamitas
opprimet portas.Signãt et̃ ꝓdicta dictio ſonare.Eſa.17.&
tumultus turbarũ:ſicut ſonitus aquarũ multarũ ſonabũt.& Sonare.
inde שאון Saon.i.ſonitꝰ ſiue ſtrepitus aut tumultus:vt in ꝓ שאון
dicto loco. vbi ponitur verbũ & nomẽ ab eo deriuatũ.& ſu
pra in eo.6.& populus eius & ſublimes eius glorioſiqꝫ eiꝰ.
pro quo he.le.& deſcẽdet pulchritudo eius & tumultus eiꝰ
& ſonitus eius:& qui gloriatur in eo.& aliqñ ſcribitur cum Sonitus
he in fine & dr̃ שואה Soa.Ezech.48.Aſcẽdẽs aũt quaſi tẽ שואה
peſtas venies.ꝑ quo he.le.quaſi ſonitus ſiue ſtrepitus veni Tẽpeſtas ſonitus.
es.ponitur et̃ שאון Saon ꝓ ppl̃o:ꝓ eiꝰ tumultũ & ſtrepitũ. שאון
Eſa.66.Vox populi de ciuitate.Signãt et̃ ꝓdicta dictio שאה Populus
Saa admirari ſiue contemplari cum admiratione.Geñ.24 שאה
Ipſe autem contemplabatur eam tacitus. Cõteplari. Admirari

שאט Saat.cõtemnere.deſpicere.ſpernere.ſeu aduerſari. שאט
Ezech.16.Filiarũ paleſtinarũ qui ambiũt te ꝑ gyrũ Ambire.
pro quo he.le.Qui cõtẽnũt te vel aduerſantur tibi ꝑ gyrũ Cõtẽnere.
Et in eo.28.Qui aduerſabantur eis.& inde שאט Seat.i.cõ Aduerſari שאט
tẽptus vel deſpectio.Ezech.25.& gauiſa ex toto affectu ſu
pra terrã iſrael.ꝑ quo he.le.Ex toto contẽptu vel deſpectu Cõtẽptus.
tuo in aĩo.ſed btũs hiero.trãſtulit ſenſũ.& in eo.36.Cũ gau
dio & toto corde ex aĩo.pro quo he.le. Cum gaudio totius
cordis.& cum contemptu vel deſpectu animi.

שאל Saal.interrogare.querere.petere.poſtulare. cõmo שאל
dare.mutuare.mutuo accipere.Geñ.32. Interroga Interrogar
uit eũ iacob:dic mihi quo appellaris noĩe.& in eo.Cur q̃ris Querere.
nomẽ meũ.& in eo.43.Interrogauit nos hõ ꝑ ordinẽ. Et
in eo.Interrogauit eos dicẽs.Exo.13.Cũqꝫ interrogauerit
te filius tuꝰ cras.Nu.27.Eleazar ſacerdos cõſulat dñm.i.i
terroget.Deut.32.Interroga patrẽ tuũ.1.Reg.23. cõſuluit
ergo dauid dñm.i.interrogauit vel queſiuit a dño.& in eo. Conſulere
25.& ſalutabitis ex nomine meo pacifice.pro quo he.le.&
interrogabitis eũ noĩe meo pro pace.i.ſi valet ille & oĩa
ſua.& in eo.30.Salutauit eos pacifice.i.interrogauit eos ꝑ
pace:ſicut ſupra.2.Reg.20.Qui interrogant:interrogẽt in
abella.Iob.21.Interrogate quẽlibet de viatoribus. pſ.34.
Que ignorabã:interrogabãt me.Signãt et̃ petere ſiue po
ſtulare:aut mutuo accipere.Exo.3.Sed poſtulabit mulier a Poſtular
vicina ſua.& in eo.11. Vt poſtulet vir ab amico ſuo & muli
er a vicina ſua.Et in eo.12.Et petierunt ab egyptiis vaſa ar
gentea.& in eo.22.Qui a proximo ſuo quicqꝫ horũ mu Petere
tuo poſtulauerit.1.Reg.1.Eo quod a dño poſtulaſſet eũ. Et
in eo.Quem elegiſtis & petiſtis.& in eo.20.rogauit me ob Rogare
nixe:vt iret in bethlẽ.ꝑ quo he.le.poſtulãs poſtulatꝰ fuit
a me.i.a me petiuit licẽtiã.4.Reg.6.& hoc ipm mutuo ac mutuo ac
ceperã. ꝑ quo he.le.Et hoc ipſũ poſtulatũ fuerat. i.mutuo cipere
acceperã ſicut ẽ in lr̃a nr̃a. Nee.2.Rogaui regẽ & veni i ieru
ſalẽ.ꝑ quo he.le.poſtulatus ſum a rege.i.petiui ab eo licẽti
am.Pſ.2.Poſtula a me.Pſ.108.Nutãtes trãſferãtur filii eiꝰ
& mẽdicẽt.i.petãt elemoſynã.Eſa.7 Pete tibi ſignũ.Zach. Mẽdicare
10.petite a dño pluuiã.Signãt et̃ cõmodare ſiue mutuare.ſ.
qñ eſt verbũ tertie cõiugatiõis.Exo.12. vt cõmodarẽt eis. Cõmodare
1.Reg.1.Idcirco & ego cõmodaui eũ dño cũctis diebꝰ qui
bus fuerit accõmodatus dño.& inde שאלה Seela.i. petitio:
ſiue interroatigo.Iudi.8.vnã petitionem poſtulo a vobis. שאלה Petitio.

Digitized by Google

Iob.6.Quis det vt veniat petitio mea.& aliqñ ſcribitur ſine aleph.1.Reg.1.Deus iſrael det tibi petitionē tuā.& ī plu. שְׁאֵלוֹת Seeloth.ſiue מִשְׁאֲלוֹת Miſaloth.Ps.19. impleat dñs oēs petitiōes tuas.Itē שְׁאוֹל Seol.i.infern⁹ ſiue inferus:aut fouea: vel ſepulchrū.Geñ.37.Deſcēdā ad filiū meū cū dolore in infernū.& in eo.42.Et deducetis canos meos cum dolore ad inferos.3.Reg.2.Et nō deduces caniciē eius pacifice ad inferos.Iob.17. Si ſuſtinuero :infern⁹ dom⁹ mea eſt.p̄s. 48.Sicut oues in inferno poſite ſunt. Et in eo. Verūtamē deus redimet aīam meā de manu inferi. Ps.85.Et eruiſti animā meā de inferno inferiori.Prouer.15.Infern⁹ & p̄ditio corā dño.Eſa.14.Infernus ſubter te cōturbatus eſt.& dicunt hebrei ꝙ ēt ſigñat foueam vel ſepulchrum.

שְׁאֵלוֹת Petiones. שְׁאוֹל Infernus. Inferus.

שַׁאֲנַן Saan. Quieſcere.pacatum eſſe.abundare ſeu fertilē eſſe.& ſcribitur cū duplici nū.Iob.3.& quōdā vincti pariter ſine moleſtia.pro quo he.le.Simul vincti quieſcēt i.qui quōdā erāt vincti:tunc quieſcēt & erunt ſine moleſtia. Prouer.1.Et abūdātia perfruetur timore malorū ſublato. Pro quo he.le.Et requieſcet a timore malo. Hiere . 46.Et reuertetur Iacob & requieſcet & proſperabitur.i . opulentus erit.& in eo.48.Fertilis fuit moab ab adoleſcentia ſua: & inde שַׁאֲנָן Saanan.i.opulentus: ſeu pacatus vel quietus. Iob.12.Lampas cōtēpta apud cogitationes diuitis.i.opulenti.Eſa.33. Oculi tui videbūt ieruſalē habitationē opulētam.& in plu.שַׁאֲנַנִּים Saananim . Amos.6. Ve qui opulēti eſtis in ſion.& in plu.fe.שַׁאֲנַנּוֹת Saananoth.Eſa.32 .Mulieres opulēte ſurgite.& in eo. obſtupeſcite opulente.& aliqñ ſcribitur cū lamed in medio & dicitur שַׁלְאֲנָן Salanan. Iob.21.Diues & felix.pro quo he.le.pacatus ſiue quietus vel opulētus & pacificus.Itē שָׁאוֹן Saon .i. ſonitus ſiue tumultus.De quo vide ſupra in dictione שָׁאָה Saa.

שַׁאֲנַן Quieſcere. Abundare. proſperari. Fertilē eē. שַׁאֲנָן Diues. Opulēta. שַׁאֲנַנִּים Opulēti. שַׁאֲנַנּוֹת Opulēte. שַׁלְאֲנָן Diues. שָׁאוֹן ſonitus.

שָׁאַף Saaph.bibere.glutire.abſorbere.anhelare. attrahere.ſ.halitū ſiue ventū.deſiderare.cōterere.cōculcare Iob.5. & bibēt ſitientes diuitias eius.i.glutient . Eſa. 42. Diſſipabo & abſorbebo ſimul.ſigñat ēt attrahere vētū vel deglutire vētū ſeu ſpūm.Hiere.2.In deſiderio aīe ſue attraxit ventū.& in eo.14.Attraxerunt vētū quaſi dracōes.ponitur ēt p̄ deſiderare.Iob.7.Sicut ſeru⁹ deſiderat vmbrā. Et in eo.36.Ne p̄trahas noctē.pro quo he.le. ne deſideres noctē.Poteſt ēt legi ſicut eſt in lr̄a nr̄a:ſcd̄m aliā ſignificationē.ponitur ēt p̄ reuertere.Eccls.1.Oritur ſol & occidit & ad locū ſuū reuertitur.ſ.quaſi anhelās vel deſiderās reuertitur.Sigñat ēt cōterere ſiue cōculcare.p̄s.55 . Miſerere mei deus: qm̄ cōculcauit me hō.& in eo.Cōculcauerunt me inimici mei.p̄s.56.Dedit in opprobriū cōculcātes me.Amos 2.Qui cōterūt ſup puluerem terre capita pauperum. & in eo.7.Audite hoc qui cōteritis pauperem.

שָׁאַף Bibere Abſorbere. attrahere. Deſiderare Reuerti. conculcare. con terere.

שָׁאַר Saar.remanere.relinquere.dimittere.ſ.reliquias.ſupereſſe:ſiue reliquū eſſe. Exo .10.Nō remanſit nec vna quidē in cūctis finibus egypti.Nu.11. Remāſerāt autē in caſtris duo viri.Ioſ.10. Non dimiſit in ea ſaltē paruas reliquias.i.nō reliquit.& in eo.Nō reliquit in ea vllas reliquias.1.Reg.16.Adhuc reliquus eſt paruul⁹.2.Reg.14.Vt nō ſuperſit viro meo nomē & reliquie ſuper terram.4.Regū. 25.reliquā populi partē que remanſerat in ciuitate. Et in eo.Populo aūt qui relict⁹ fuerat in terra iuda : quē dimiſerat nabuchodonoſor.Iob.21. Cū reſpōſio vr̄a repugnare oſtenſa ſit veritati.pro quo he.le.& reſpōſio vr̄a remanet ſiue relinquitur falſa.& btūs hiero.trāſtulit ſenſū.Eſa.1.Niſi dñs exercituū reliquiſſet nobis ſemē.& in eo.4.Et erit omnis qui relictus fuerit in ſion.& in eo.24.Relicta eſt in vrbe ſolitudo.Amos.5.reliquētur in ea cētū . & aliqñ ſcribitur cū duplici aleph.ſcilicet ante ſin & poſt ſin.vt Ezech.9. Et cede cōpleta remāſi ego . vbi ponitur נֶאֱשָׁאַר Neſaar pro נִשְׁאַרְתִּי Niſarthi.& inde שְׁאָר Sear.i.reliquum ſiue remanēs:aut reliquie.Eſa.10.Et reliquie ligni ſaltus eius.& in eo. Reliquie cōuertētur:reliquie inquā iacob . Et in eo. 14.& perdā de babylone nomē & reliquias & germē.Malach.2.Et reſiduū ſpūs eius eſt.& aliqñ ſcribitur cū iod & thau in fine & dr̄ שְׁאֵרִית Seerith.4.Reg.19.Fac orationē pro reliquiis que reperte ſunt.p̄s.75.Et reliquie cogitationū.Soph.3.Reliquie iſrael nō faciēt iniquitatē.& aliqñ ſcribitur ſine aleph.1.Paralip.12.Sed & oēs:reliquie ex iſrael vno corde erāt.Hiere.15.Si nō reliquie tue in bonū. Sed ī p̄dicto loco aliqui hebrei dicūt ꝙ deriuatur a dictiōe שָׁרָה Sara:que in lingua chaldaica ſigñat ſoluere. Vnde ipſi legunt.Si nō ſolui te in bonū.Item שְׁאֵר Seer.ideſt caro.p̄s. 72.Defecit caro mea & cor meū.Ps.77 Aut p̄parare menſam populo ſuo.Pro quo btūs hiero . in pſal.iuxta he.ve. trāſtulit.Aut preparare carnem populo ſuo Et ī eo. & pluit ſup eos quaſi puluerē carnes.Hiere.51.Iniquitas mea & caro mea ſup babylonē.Mich.6.Qui comederūt carnē populi mei.Ponitur ēt pro corpore.Prouer.5.Cū cōſumpſeris carnes tuas & corpus tuū.Sigñat ēt conſanguineū : ſeu cognatū:aut propinquū vel p̄ximū cōſanguinitate.Leuit. 18.Oīs homo ad proximā ſanguinis ſui non accedat.& in eo.21.Niſi tm̄ in cōſanguineis atq; propinquis. Significat ēt alimētū vel cibū.Exo.21.Quod ſi alterā ei acceperit: p̄uidebit puelle nuptias:& veſtimenta & preciū pudicicie nō negabit.Pro quo he.le.Si alterā acceperit ei alimentū ſiue cibū & veſtimētū eius nō minuat.& aliqñ ſcribitur cū mē in principio.Exo.8.Et in reliquias ciborū tuorū . & in eo. 12.Ligās in palliis poſuit ſup humeros ſuos . p̄ quo he.le. Cibos ſuos ligatos in pallis ſuis ſuper humeros ſuos.Deut. 28.Et benedicte reliquie tue.pro quo hebrei legunt. Et cibi tui.ideſt reliquie ciborum tuorum.

שָׁאַר Remanere dimittere. Relinquere. ſupereſſe. שְׁאָר Reliquie. Reſiduum שְׁאֵרִית Reliquie. שְׁאֵר caro. corpus. Proxima. conſanguineus. cibus.

שְׂאֹר Seor. Fermentum.Exo.12.In die primo nō erit fermentum in domibus veſtris.Leuit.22.Nec quicquā fermenti & mellis adolebitur in ſacrificio.

שְׂאֹר Fermentū

שְׂאֵת Seeth.tumor.ſiue diuerſus color in corpore humāo exortus.Leuit.13.In cuius cute et carne ortus fuerit diuerſus color.De quo vide ſupra in dictione נָשָׂא Naſa.

שְׂאֵת diuerſ⁹ color.

שָׁבַב Sabab. vertere.reuertere.decipere.circūagere.vagari.Ezech.38.Ad terrā que reuerſa eſt a gladio. Mich 2.Reuertatur qui regiones nr̄as diuidat.Vide ēt de hoc infra in dictione שׁוּב Sub.ſigñat ēt p̄dicta dictio vagari .Eſa. 57.Et abiit vagus in via cordis ſui.Hiere.50.Fecerūtq; vagari in mōtes. Sigñat ēt decipere vel circūagere. Eſa.47. Sapientia tua & ſcientia tua hec decepit te.Ezech.38.Et circūagā te:& ponā frenū in maxillis tuis.Itē שְׁבִיב Sebib . i. ſcintilla ſeu flāma.Iob.18. Nec ſplendebit flāma ignis ei⁹ & in plu.שְׁבָבִים Sebabim.pro quo btūs hiero.trāſtulit aranearū telas.Oſee.8 . Qm̄ in aranearū telas erit vitulus ſamarie:& aliqui he.le.In ſcintillas erit vitulus ſamarie.& in lingua chaldaica dr̄ שְׁבִיבָא Sebiba.Dañ.3. Interfecit eos flamma ignis.& in plu . שְׁבִיבִין Sebibin.Dañ.7.thronus eius flamme ignis.

שָׁבַב Reuertere Vagari. Decipere. circūagere. שְׁבִיב Flamma. שְׁבָבִים tele aranearum. שְׁבִיבָא Flamma שְׁבִיבִין Flamme.

שָׁבָה Saba.captiuare.captiuū ducere.capere.ſ. captiuū vel predam.Geñ.14. Quod cum audiſſet Abraā captiuum videlicet loth.pro quo hebrei legunt.& audiuit abraam ꝙ captiuatus vel captiuus ductus eſſet frater ſuus . Nu.21.Duxit ex eo predam.pro quo hebrei legunt . & captiuauit ex eo captiuitatē.Deut.21.Captiuoſq; duxeris.Iudi.5.Surge barach & apprehende captiuos tuos.ideſt captiua.1.Reg.30.& captiuas duxerunt mulieres . Et in eodē. & filios ſuos & filias ductas eſſe captiuas.Eſa.14. Et erunt

שָׁבָה captiuare. Ducere p̄dam. apprehendere captiuos. captiuum. adducere.

Digitized by Google

Capere. capientes eos qui ſe ceperant. pro quo hebrei legũt. & erũt
captiuantes eos qui ſe captiuauerãt. Hiere. 41. Omnis po
pulus quem ceperat iſmael. Et in eodem. 43. Et captiuos
ducet illos. & in Abdia. Quando capiebant alieni exerci-
שְׁבוּי tum eius. & inde שְׁבוּי Sabui. ideſt captiuꝰ. & in ge. fe. שְׁבִיָּה
Captiuus. Sebuia aut שְׁבִיָּה Sebiia. Eſa. 52. Captiua filia ſion. & ĩ plu-
שְׁבִיָּה rali שְׁבוּיוֹת Sebuioth. Geñ. 31. Quaſi captiuas gladio. & in-
שְׁבִיָּה de שְׁבִי Sebi. ideſt captiuitas. vt in aliquibꝰ locis predictis.
Captiua. & Nu. 31. Tollite ſũmã eorum que capta ſunt. pro quo he-
שְׁבוּיוֹת brei legunt. Tolle ſũmã captiuitatis. Ps. 67. Captiuam du-
captiue xiſti captiuitatem. vbi ponitur verbum & nomen ab eo de
שְׁבִי riuatum. & aliquando ſcribitur cum he vel tau in fine & di
שְׁבִיָּה citur שְׁבִיָּה ſibia. ſiue שְׁבִית Sebith. aut שְׁבַת ſebat vel שְׁבוּת
שְׁבַת Sebuth. Nu. 21. Dedit filios eius in fugam & filias in capti-
שְׁבוּת uitatem. Deut. 21. & videris in medio captiuorum mulierẽ
captiuitas pulchram. pro quo hebrei legunt. Et videris in captiuita-
te mulierem pulchram. ideſt in medio captiuorum: ſicut ẽ
in littera noſtra. & in eodem. 30. & reducet te dñs deus tuus
in captiuitate tua. z. Paralip. 28. Et reducite captiuos quos
adduxiſtis. pro quo hebrei legunt. Et reducite captiuitatẽ
quam cepiſtis. Ps. 86. Auertiſti captiuitatem iacob. ps. 125
In conuertendo dominus captiuitatem ſion. Et in eo. Con
uerte dñe captiuitatẽ noſtram. Soph. 3. Cum cõuertero ca-
שְׁבוֹ ptiuitatem veſtram. Item שְׁבוֹ Sebo. Lapis precioſus. Pro
Achates. quo Beatus hieronymus tranſtulit Achates. Exo. 28. In
ter tio ligurius achates & ametiſtus.

שָׁבַח Sabach. Laudare. glorificari. mitigare. ſeu compeſce
Laudare re. ps. 62. Labia mea laudabunt te. Ps. 105. Et glorie
Gloriari. mur in laude tua. Ps. 144. Generatio & generatio lauda-
bit opera tua. Et in eo. & labia mea laudabunt te. ps. 147.
Lauda ieruſalem dñm. Signat ẽt mitigare ſeu cõpeſcere.
ps. 64. Qui cõturbas pfundũ maris ſonũ fluctuum eiꝰ.
Cõpeſcere. Pro quo beatus hiero. in pſ. iuxta he. ve. trãſtulit compeſcẽs
ſonitum maris fremitum fluctuum eius. ps. 88. Motum au
mitigare. tem fluctuum eius tu mitigas. Prouer. 29. Sapiens differt
& reſeruat in poſterum. ideſt mitigat ſiue compeſcit ſpiri-
tum ſuum in poſterum.

שֵׁבֶט Sebet. tribus ſiue familia. virga. baculus. Deut. 29.
Tribus Vir aut familia aut tribus. Ioſ. 4. & dimidiam tribũ
manaſe. & in eo. 7. Et quãcũq; tribũ ſors inuenerit. Iob. 37
שְׁבָטִים Siue in vna tribu ſiue in terra. Et in plurali שְׁבָטִים Sebatim
Ioſ. 4. Iuxta numerũ filiorũ iſrael. proquo he. le. Iuxta nu
Tribus. merum tribuũ filiorum iſrael. & in eo. 7. Et applicuit iſrael
per tribus ſuas. Et in eo. 18. Remanſerãt aũt filiorum iſrael
ſeptem tribus. z. Reg. 7. Nunquid loquens locutus ſum ad
vnã de tribubus iſrael. Eſa. 19. Deceperunt egyptum angu
Populi. lum populorum eius. ideſt tribuum eius. Significat etiam
virgam ſeu baculum aut ſceptrum. Exo. 21. Qui percuſſe
rit ſeruum ſuum vel ancillam virga. Ps. z. Reges eos in vir
virga. ga ferrea. Ps. 88. Viſitabo in virga iniquitates eorum. Pro
uer. zz. Virga diſcipline fugauit eum. Hiere. 10. & iſrael vir
ga hereditatis eius. Significat etiam ſceptrum dominii vel
Sceptrum principatus. Geñ. 49. Non auferetur ſceptrum de iuda. ps
44. Virga equitatis virga regni tui. Eſa. 14. Contriuit do
minus baculum impiorum: virgam dominantium. Acci
pitur etiam pro calamo ſcribe. Iudi. 5. De zabulõ qui exer
citum ducerẽt ad bellandum. pro quo hebrei legunt. De za
calamus. bulon trahentes calamum ſcribe.
שְׂבָךְ Sabach. Cancellus: ſeu rete. & ſcribitur cum he in fi-
שְׂבָכָה ne & dicitur שְׂבָכָה Sebacha. 3. Reg. 7. Et quaſi in mo
Rete dum retis catenarum ſibi inuicem miro opere contexta-
cancelli rum. vbi ponitur tam in ſingulari ꝙ̃ in plu. 4. Reg. 1. Ceci
macule. ditq; ochozias per cancellos cenaculi ſui. Iob. 18. & in ma

culis eius ambulat. i. in foraminibꝰ retis in modũ cancelli
facti. vnde premittitur. Miſit enim in rete pedes ſuos. Itẽ
שֹׂבֶךְ Sobach. i. arbor condenſa & irretita in modũ retis. 2. שֹׂבֶךְ
Reg. 18. Cumq; ingreſſus fuiſſet mulus ſubter condenſam condenſa.
quercũ. De quo vide ſupra in littera ſamach in dictiõe סְבַךְ
Sabach. Item שַׂבְּכָא ſabecha. in lingua chaldaica ſignat in- שַׂבְּכָא
ſtrumentũ muſicũ. pro quo beatus hieronymus tranſtulit.
ſambucam. Dañ. 3. Fiſtule & cithare & ſambuce. ſambuca
שְׁבִיל Sebil. ſemita. ps. 76. & ſemita tua in aquis multis. שְׁבִיל
Hiere. 18. Semitis ſeculi. Item שֹׁבֶל ſobal. i. humerus ſemita
Eſa. 47. Diſcoopi humerum: reuela crura. & aliqui hebrei שֹׁבֶל
dicũt ꝙ ſignat femur: alii vero ꝙ ſignat plantã pedis. Item Humerus
שִׁבֹּלֶת Siboleth. i. ſpica. Iob. 24. & ſicut ſũmitas ſpice cõte- Femur
retur. & in plu. שִׁבֳּלִים ſibolim. Geñ. 41. Septẽ ſpice aſcẽde שִׁבֹּלֶת
bãt in culmine vno. Ruth. 2. Vadã in agrũ & colligã ſpicas ſpica.
Zach. 4. Quid ſũt due ſpice oliuarũ. ſignat ẽt שִׁבֹּלֶת ſibo- שִׁבֳּלִים
leth. alueũ fluminis ſeu fluctus aquarũ. ps. 68. & tẽpeſtas di ſpice
merſit me. pro quo btũs hiero. in pſ. iuxta he. ve. tranſtulit שִׁבֹּלֶת
Et flumẽ operuit me. Et in eo. Nõ me demergat tẽpeſtas a-
que. pro quo btũs hiero. tranſtulit. Ne operiat me fluctus a- Flumen.
que. Eſa. 27. Ab alueo fluminis vſq; ad torrẽtẽ. & inde di- Fluctus.
cunt aliqui hebrei ꝙ deriuatur illud quod habetur Iudi. alueus
12. Dic ergo ſeboleth: nã erat iuxta alueũ fluminis: & roga
bat aduerſarios vt pmitteretur ei vt trãſiret flumẽ. & aduer
ſarii rñdebant ei: Nũquid ephrateus eſt. quo dicẽte nõ ſum
ĩterrogabãt eũ: dic ergo ſeboleth. i. voca hoc flumẽ hoc no
mine ſeboleth: qui reſpondebat ceboleth. quia ephratei nõ
poterãt exprimere lrãm ſin ſed loco eius dicebãt cin. & qd̃
habetur in aliquibus libris noſtris in predicto loco quod
interpretatur ſpica non eſt in hebreo: neq; illud qd̃ poſtea
habetur. ſ. eandẽ lrãm ſpicam exprimere non valens.
שַׁבְּלוּל Sabelul. vermis. ps. 57. Sicut cera que fluit auferen
tur. pro quo btũs hiero. in pſ. iuxta he. ve. trãſtulit. שַׁבְּלוּל
Quaſi vermis tabefactus pertrãſeat. Hebrei tamen dicunt vermis.
ꝙ ſignificat cochleam. Teſtudo
שְׁבִיס Sebis. Ornamentum muliebre. pro quo beatus Hie
ronymus tranſtulit. lunulam. & ſolum inuenitur in שְׁבִיס
numero plurali. Eſa. 3. Et lunulas & torques. Lunula
שָׁבַע ſabaa. iurare. Geñ. 22. p me metipſũ iuraui: dicit dñs
Et in eo. 24. Et iurauit mihi dicẽs. & in eo. 25. Iura שָׁבַע
ergo mihi: & iurauit ei. Deut. 6. Et per nomẽ eius iurabis. Iurare
& qñ eſt verbũ tertie cõiugatiõis tũc ſignat adiurare. ſiue
cõiurare. i. facere iurare. Geñ. 24. Vt adiurẽ te p deũ celi. adiurare
Et in eo. & adiurauit me dñs meus dicẽs. Exo. 13. Eo quod
adiuraſſet filios iſrael. Nu. 5. Adiurabitq; eã: & dicet. & in-
de שְׁבוּעָה Sebua ſiue שְׁבֻעַת Sebuath. i. iuramẽtũ: ſiue iuſiu שְׁבוּעָה
randum. Geñ. 26. Complẽs iuramentum qd̃ ſpopondi pa שְׁבֻעַת
tri tuo abrahe. Exo. 22. Iuſiurãdũ erit in medio Nu. 5. erit Iuramẽtũ
ꝙ mulier in maledictionem & in exemplũ omni populo. Iuſiurãdũ
Pro quo hebrei legunt. Eritq; mulier in maledictionẽ & ĩ
iuramentũ. ſ. imprecationis: vt dicant iurando taliter mi-
hi contigat ſicut illi mulieri. Iudi. 21. Grandi enim iuramẽ
to ſe conſtrinxerant. Eſa. 65. Et dimittetis nomen veſtrum
in iuramẽtũ electis meis. & in plu. שְׁבֻעוֹת Sebuoth. Abach. שְׁבֻעוֹת
1. Iuramenta tribuũ que locutus es. Ezech. 21. Sabbatorũ Iuramẽta
ocium imitans. Pro quo hebrei legunt. Iuramenta iuſiu-
randa eis. Poteſt etiam legi ſic. Septimane eis. & quia ſepti
ma dies dicitur ſabbatum: ideo poterit eſſe ſenſus ſicut ĩ lit שֶׁבַע
tera nrã. Item שֶׁבַע ſebaa ſiue שִׁבְעָה Sibaa. ideſt ſeptem. ſed שִׁבְעָה
qñ eſt generis maſculini: tunc ſcribitur cum he in fine: &
quando eſt generis femenini: tunc ſcribitur ſine he. Geñ.
21. Quid ſibi volunt ſeptẽ agne iſte. Leuit. 23. Offeretiſq; Septem
cum panibꝰ ſeptem agnos immaculatos. Et in eo. 25. Nu-

Digitized by Google

merabis quoqꝫ tibi ſeptem hebdomadas annorum.ideſt ſe-
pties ſeptem.Iudi.14.Septem igitur diebus conuiuii fle-
bat ante eum.1.Reg.16.Adduxitqꝫ iſai ſeptem filios ſuos.
Plurimi. Ponitur etiam pro pluribus.1.Reg.2.Donec ſterilis pepe-
rit plurimos.Vnde beatus Gregorius in homelia ſuper il-
lud euangelii luce.7.Rogabat autem illum quidam depha
riſeis.Sic ait.quia enim ſeptem diebus omne tempus com
prehenditur:recte ſeptenario numero vniuerſitas deſigna
שֶׁבַע tur.hec gregorius.Significat etiam שֶׁבַע Sébaa ſepties ſiue
Septuplũ ſeptuplum.Leuit.16.Addam correctiões veſtras ſeptuplũ.
ſepties. Prouer.14.Septies cadit iuſtꝰ:& reſurget.ideſt pluries.ſcri
שִׁבְעָתַיִם bitur etiã pluraliter:& dicitur שִׁבְעָתַיִם Sibaatháim. Geñ.
Septuplũ. 4.Omnis qui occiderit cain ſeptuplũ punietur.Ps.12.pur
gatum ſeptuplum.Ps.78.Et redde vicinis noſtris ſeptuplũ
in ſinu eorum.Prouer.6.Deprehenſus quoqꝫ reddet ſeptu
ſeptẽplicit plum.Eſa.6.Et lux lune erit ſeptempliciter.Ponitur etiam
שִׁבְעָתַיִם שִׁבְעָתַיִם Sebaatháim.pro ſeptem.2.Reg.21. Et ceciderunt
ſeptem. hi ſeptem ſimul.Et inde שְׁבִיעִי Sebii.ideſt ſeptimꝰ. Geñ.2.
שְׁבִיעִי Compleuitqꝫ deus die ſeptimo opus ſuum.Iudi.14.Cum
ſeptimus qꝫ adeſſet dies ſeptimus.1.Paralip.2. Septimum dauid .& i
שִׁבְעִים de, שִׁבְעִים Sibiim. ideſt ſeptuaginta.Nu.33.Et ſeptuagin-
ſeptuagita ta palme.Ps.89.Dies annorum noſtrorũ in ipſis ſeptuagi
שָׁבוּעַ ta annis.& ĩde שָׁבוּעַ Sabúa.ideſt ſeptimana:ſiue hebdoma-
Hebdoma da.Geñ.29.Imple hebdomadam dierum huius copule.&
da. in eo.& hebdomada trãſacta. Dañ.9. Confirmabit autem
pactum multis hebdomada vna:& in dimidio hebdoma-
שָׁבֻעוֹת de.& in plurali שָׁבֻעוֹת Sabuoth ſiue שָׁבוּעִים Sabuim.Exo.
Hebdoma 34.Feſtiuitatem hebdomadarum facies tibi.Deut.16.Sep-
de tẽ hebdomadas numerabis tibi.Dañ.9. Septuaginta heb-
plenitudo domade abbreuiate ſũt ſup populũ tuũ.Põitur ẽt ꝑ plenitu
dine.Hiere.5.plenitudinẽ annue meſſis cuſtodiẽtẽ nobis.

שָׂבַע שָׂבַע Sabaa .Saturare.ſatiare.replere . Exo.16. Et mane
panes in ſaturitate.pro quo hebrei legunt. Et mane
ſaturare. ſaturabimini panibus.Deut.8.Vt cum comederis & ſatura
tus fueris bñdicas dño deo tuo.Et in eo.31. Cũqꝫ comede-
rint & ſaturati craſſiqꝫ fuerint.1.Paralip.23.Igitur dauid ſe
nex & plenus dierũ.i.ſaturatus diebus. 2.Paralip.24.Se-
nuit autem ioiada plenus dierũ.ideſt ſaturatus diebus.Iob
10.Saturatus afflictione & miſeria.Prouer.1. Suiſqꝫ conſi-
liis ſaturabuntur.Et in eo.19.Et in plenitudine cõmorabi
ſatiare. tur.pro quo he.le.Et ſaturatus ſiue ſatiatus commorabitur
Et in eo.25.Ne forte ſatiatus euomas illud.Eccl's.1.Nõ ſatu
ratur oculus videre.& in eo.4.Nec ſatiãtur oculi eius .Hie
re.5.Et ſaturaui eos& mechati ſũt.Threñ.3.Saturabitur op
probriis.Ezech.7.Animã ſuã nõ ſaturabunt. Amos.4.vt
biberent aquam: & non ſunt ſatiate.Mich.6 .Tu comedes
& non ſaturaberis.Ponitur etiam pro replere. Iudi. 5.Re-
Repleri pleti prius:pro panibus ſe locauerunt . ideſt qui prius erãt
ſatiati.Iob.14.Et repletus multis miſeriis.Ps.87.quia re-
pleta eſt malis anima mea.p̃s.89.Repleti ſumus mane mi-
ſericordia tua.Ps.122.Quia multum repleti ſumus deſpe-
Implere ctiõe.p̃s . 144.& imples omne animal benedictione.Pro
uer.14.Viis ſuis replebitur ſtultus. Et in eo. 27. Infernus
& perditio nunqꝫ replebuntur.Eſa.58.& animã afflictam
שֹׂבַע repleueris.Ioel.2.Et replebimini in eis.& inde שָׂבָע ſábaa
ſiue שֹׂבַע Sóbaa .i.ſaturitas.ſatietas.vbertas.fertilitas.Geñ.
Vbertas 41.Septẽ vbertatis ãni ſũt.& in eo.Ecce ſeptẽ ãni veniẽt fer
Fertilitas tilitatis magne.& in eo.Obliuiõi tradatur cuncta retro abũ
Abũdãtia dãtia.i.ſatietas.Leuit.26.Et comedetis panẽ vr̃m in ſaturi
ſaturitas. tate.Deut.23.Comede vuas quãtũ tibi placuerit.ꝑ quo he.
le.& comedes vuas iuxta anime tue ſaturitatẽ.i. vſqꝫ ad ſatu
ritatẽ tuã.Prouer.3.& implebũtur horrea tua ſaturitate.&
aliquando ſcribitur cũ he in fine.Eſa.65.& canes impudẽ-

tiſſimi neſcierunt ſaturitatẽ.Ezech.16. Hec ſunt iniquita-
tes ſodome ſororis tue ſuperbia & ſaturitas panis & abun-
dantia. Aggei.1.Comediſtis & non eſtis ſatiati.pro quo he
brei legunt.Comediſtis & non ad ſatietatem.

שָׁבַץ Sabas.coarctare vel ſtringere.ſ. byſſo vel ſerico aut שָׁבַץ
auro :ſicut polymitarii faciũt in capicio veſtimẽti ne
facile rumpatur.aut includere.ſ.auro vel argẽto ſicut aurifi
ces faciunt:qui gẽmas auro vel argento includunt . Exo.
28.tunicã lineã ſtrictã.Et in eo.Stringeſqꝫ tunicã byſſo. & ſtringere.
in eo. Incluſi auro erunt.& inde מִשְׁבְּצוֹת Miſbeſoth . ideſt Includere
capſele auree vel argentee quibus lapides precioſi includũ מִשְׁבְּצוֹת
tur.Pro quo btũs hiero.trãſtulit vncinos. Vt in eo.facies & Vncini.
vncinos ex auro.& inde שָׁבָץ Sabas.ideſt anguſtia ſiue tri- שָׁבָץ
bulatio.2.Reg.31.Quoniam tenent me anguſtie.& aliqui Anguſtia.
hebrei dicunt ꝙ ſignificat tremorem.

שְׁבַק Sabac . In lingua chaldaica ſigñat relinquere vel di שְׁבַק
mittere.Dañ.2.Et regnũ eius alteri populo non tra
detur.Pro quo hebrei legunt.Non relinquetur ſiue non di
mittetur.Et in eodem.4.Verũtamen germen radicũ eius Dimittere
in terra relinquite. Relinquere

שָׁבַר Sabar .frangere.confringere.conterere.parere.eme שָׁבַר
re:ſeu vendere.Exo. 9.Omne lignum regionis con Cõfringere
fregit.& in eo.12. Nec os eius confringetis. & in eo. 23 . Et
confringes ſtatuas eorũ.Leuit.26.Poſtqꝫ confregero bacu
lum panis veſtri.3.Reg.13.Et confregit eum & occidit . Et
in eodem.Nec leſit aſinũ.i.nec confregit. & in eo.22. quia Ledere.
confracte ſunt in aſion gaber.2.Paralip.14. Quia dño ce- Conterere
dente contriti ſunt. Iob.24.Sed conteratur ſicut lignũ in
fructuoſum.Et in eo.38.Circũdedi illud terminis meis .ꝑ
quo he.le.Et cõfregi ſuper illud terminũ meũ.i .naturam
quam dedi aque.Ps. 33. Vnum ex his non conteretur .p̃s.
50.Sacrificium deo ſpiritus contribulatus : cor contritum
& humiliatum.p̃s.105.Expectabunt onagri in ſiti ſua .Pro
quo hebrei legũt. Confringent onagri ſitim ſuam.ideſt re
ficient.& ſic tranſtulit Beatus hieronymus in pſal.iuxta he
braicam veritatem.ſcilicet reficient onagri . & ſi ſcribatur
cum puncto cebólet tũc ſignificat expectare ſicut.lxx. tran
ſtulerunt.Prouer.6.& ſubito conteretur.Eſa.14 . Contri-
uit dominus baculum impiorum.Et in eodem.24. Attri- Atterere
ta eſt ciuitas vanitatis.Hiere.8.Sup cõtritionẽ populi mei
cõtritus ſũ.& in eo.19.Et cõteres lagũculã in oculis virorũ
& in eo.Sic cõterã populũ iſtũ & ciuitatẽ iſtã:ſicut cõteritur
lagũcula.Threñ.2.Perdidit & cõtriuit vectes eiꝰ . Ezech .
6.quia cõtriui cor eorũ fornicãs.vbi põitur in hebreo ver-
bũ paſſiuũ pro actiuo:quaſi diceret quia contritꝰ ſũ.& ĩ eo.
26.cõfracte ſunt porte populorũ.& in eo.27 . Nũc cõtrita
eſt a mari.& inde שֶׁבֶר Séber.i.cõtritio ſiue cõfractio. Eſa. שֶׁבֶר
65.& pre cõtritiõe ſpũs vlulabitis.Ezech.32.Cũ induxero Contritio
cõtritionẽ tuã in gẽtibus.Amos.5.Et nihil patiebãtur ſup
cõtritionẽ ioſeph.& in plu.שְׁבָרִים Sebarim.Iob.41.Et ter שְׁבָרִים
riti purgabũtur.pro quo he.le.a cõtritiõibus vel cõfractiõi Cõtritiões
bus purgabũtur vel expiabũtur.& aliqñ ſcribitur cũ mem
in principio & dr̃ מִשְׁבָּרִים miſbarim.2.Reg.22. circũdede מִשְׁבָּרִים
runt me cõtritiões mortis.Sigñat ẽt fluctus maris:eo quod Cõtritiões
cõfringũtur ad inuicẽ.Ps.41.oĩa excelſa tua & fluctꝰ tui ſu Fluctus.
per me trãſierũt.ꝑ quo btũs hiero.in pſ.iuxta he. ve.trãſtu
lit.Omnes gurgites tui & fluctus tui. p̃s . 87 . Et omnes
fluctus tuos induxiſti ſuper me.Ps.91.Mirabiles elationes
maris.ideſt fluctus maris.& inde שִׁבָּרוֹן Sibaron .ideſt con שִׁבָּרוֹן
tritio.Ezech.21.Et ingemiſce in cõtritiõe lũborũ . Sigñat
ẽt p̃dicta dictio parere:dictũ a cõfractiõe ſecũdinarũ . Eſa. Contritio.
66.Nunquid ego qui alios parere facio :nõ pariam . Et in Parere.
de מַשְׁבֵּר Maſber.i.partus ſiue vulua ſeu matrix mulierum מַשְׁבֵּר

Digitized by Google

Partus. Contritio. Vulua. Emere. Vendere. Venundare. שֵׁבֶר Alimenta. Frumentū. שֵׁבֶר Iterp̄tatio.

eo quod in partu frãgitur & cõteritur & aperitur. Eſa.37. Quia venerūt filii vſq; ad partū. vbi ponitur pro partu. Oſee.13. Nunc ergo nõ ſtabit in cõtritiõe filiorum. ꝑ quo he. le. In vulua ſeu in matrice filiorū. Signãt ēt p̄dicta dictio emere. Gen.41. vt emerēt eſcas. Eſa.55. emite & comedite. & in eo. Venite & emite abſq; argento & abſq; vlla cõmutatiõe. Signãt ēt vēdere. Gen.41. Et vendebat egyptiis. & in eo. Atq; ad eius nutū frumenta populis vendebātur. Et in eo.47. Ex quibus oēm pecuniam congregauit pro venditione frumēti. Deut.1. Alimenta p̄cio vende nobis. Amos.8. & venūdabimus merces. Et in eo. Et quiſquilias frumenti venūdabimus. & inde שֶׁבֶר Seber. i. frumentum ſiue alimentū. Gen.42. Andiens autem iacob ꝙ alimenta venderentur in egypto. Et in eo. Et ferte frumenta que emiſtis in domos vr̄as. & in eo. At illi portãtes frumenta in aſinis ſuis. Signãt ēt שֶׁבֶר Seber. interpretationē ſomnii. Iudi.7. Cūq; audiſſet gedeon ſomniū & interpretationem eius.

שָׁבַר Expectare Sperare. שֶׁבֶר Spes. Conſiderar̄.

שָׁבַר Sabar. expectare. ſperare. cõſiderare. Ruth.1. Si eos expectare velitis Ps.144. Oculi oīum in te ſperant Eſa.38. Nõ expectabūt qui deſcendūt in lacū veritatem tuam. & inde שֶׁבֶר Seber. i. expectatio vel ſpes. Ps.145. Spes eius in domino deo ipſius. Significat etiam conſiderare. Nee.2. Et conſiderabam murum ieruſalem.

שָׁבַשׁ Turbari.

שָׁבַשׁ Sabas. in lingua chaldaica ſignãt turbari ſiue īſipiēte vel inſanū eſſe. Dan̄.5. Sed optimates eius turbabantur.

שָׁבַת Requieſcere. Sabbatizar̄. Ceſſare. Omittere. Deficere. שֶׁבֶת Ceſſatio. שַׁבָּת Sabbatum.

שָׁבַת Sabath. quieſcere. requieſcere. ſabbatizare. ceſſare. vacare. deſinere. õmittere. Gen.2. Et requieuit in die ſeptimo ab omni opere quod patrauerat. Exo.34. Die ſeptimo ceſſabis arare & metere. pro quo he. le. Et die ſeptimo requieſces: in aratura & in meſſe quieſces ſiue ceſſabis. Leuit.23. A veſpe vſq; ad veſperā celebrabitis ſabbata vr̄a pro quo he. le. Quieſcetis ſabbatis veſtris: ſiue ſabbatizabitis ſabbata vr̄a. & in eo.25. Sabbatizetis ſabbatū dn̄o. pro quo he. le. Requieſcet ſiue ſabbatizabit terra ſabbatū dn̄o. Et in eo.26. Sabbatizabit & requieſcet in ſabbatis ſolitudinis ſue: eo quod non requieuerit in ſabbatis veſtris. ſignãt ēt ceſſare. vel deficere. Gen.2. Quia in illo ceſſauerat ab oī opere ſuo. & in eo.8. Et nox & dies non requieſcent. ideſt non ceſſabunt. Exo.12. In die primo non erit fermentum in domibus veſtris. pro quo he. le. In die primo ceſſare facietis fermētū de domibus vr̄is. Deut.32. Ceſſare faciā ab hominibus memoriā eorū. Ruth.4. Qui non eſt paſſus vt deficeret ſucceſſor familie tue. i. vt ceſſaret. 4. Reg.23. deleuit aruſpices quos poſuerūt reges iuda. pro quo he. le. Et ceſſare fecit aruſpices. Iob.32. õmiſerūt autē tres viri iſti reſpondere. i. ceſſauerunt. Eſa.14. Quõ ceſſauit exactor quieuit tributum. Et in eo.30. Ceſſet a facie noſtra ſanctus iſrael. Et in eo. Superbia tm̄ eſt: quieſce. Thren̄.5. Defecit gaudium cordis noſtri. i. ceſſauit. Ezech.33. Et deficiet ſuperbia fortitudinis eius. & inde שֶׁבֶת Sébeth. ſiue שֶׁבֶת Sábeth. i. requies ſiue ceſſatio. Exo.21. Ita tm̄ vt operas eiꝰ & impēſas in medicos reſtituat. Pro quo he. le. Ita tamē vt ceſſationē ſiue requiem eius reſtituat. i. illud quod perdidit in ceſſatione operis ſui. 2. Reg.22. & comburentur vſq; ad nihilum. pro quo he. le. vſq; ad ceſſationem. i. quoadvſq; ceſſet eſſe: & redigãtur in nihilum. Poteſt ēt deriuari a dictione. יָשַׁב Iaſab. que ſignificat ſtare vel ſedere. & tunc erit ſenſus comburentur in ſtatione. i. in loco vbi ſunt. Prouer.20. honor eſt homini qui ſeparat ſe a contentione. pro quo he. le. Honor eſt homini ceſſatio a contentione. & inde שַׁבָּת Sabath. ideſt requies vel ſabbatum. & eſt in hebreo communis generis. vt Exo.16. In die autem ſeptima ſabbatum eſt domini. Leuit.23. Sabbatum domini eſt. & in eodem.25. Sed erūt vobis in cibum. Pro quo hebrei legūt. Et erit ſabbatum terre vobis in cibum. ideſt fructus quos gignit ī anno requieſcionis vel remiſſionis. Nu.28. Per ſingula ſabbata in holocauſtum ſempiternum. Deut.5. Obſerua diem ſabbati. Eſa.56. Cuſtodiens ſabbatum: ne polluat eum. & aliquãdo ſcribitur cum nun in fine & dicitur שַׁבָּתוֹן ſabbatõ Exo.16. Sabbatum requieſcionis eſt. Et in eo. Requies ſabbati ſanctificata eſt dn̄i. Et in eo.31. In die ſeptima ſabbatū eſt requies ſancta dn̄i. & aliqn̄ ſcribitur cū mem in principio. Thren̄.1. & deriſerūt ſabbata eiꝰ & in plu. שַׁבָּתוֹת Sabbathoth. Leuit.32. Exceptis ſabbatis domini. Et in eo.36. Cuſtodite ſabbata mea. Ponitur etiam pro hebdomada. Leuit.23. Septem hebdomadas plenas. & in eodem. Vſq; ad expletionem hebdomade ſeptime. & in eo.25. Numerabis quoq; tibi ſeptem hebdomadas annorum.

שַׁבָּתוֹן Requieſcio. Requies. שַׁבָּתוֹת Sabbata. Hebdomada.

שָׁגַג Ignorare Neſcire. שְׁגָגָה Ignorãtia Error. מִשְׁגֶּה Ignorãtia.

שָׁגַג Sagag. ignorare. errare. ſ. neſciens vel per ignorantiam. Leuit.5. Qui orabit pro eo quia neſciens fecerit. Pro quo he. le. & orabit ſiue propiciabitur pro eo ſacerdos & pro ignorãtia ſua quã ignorauit: ipſe enim neſciuit & inde שְׁגָגָה Segaga. ideſt ignorantia ſiue error. Leuit.4. Anima cū peccauerit per ignorantiam. Nu.15. Quoniam non ſponte peccauerunt. pro quo hebrei legunt. quia ignorantia eſt. Et in eo. Pro ſe & pro peccato & errore ſuo Eccl's.10. quaſi per errorem egredientem a facie principis & aliquando ſcribitur cum ſimplici guimal & dicitur מִשְׁגֶּה Miſgue ſiue מְשׁוּגָה meſuga. Iob.19. Nempe ſi ignoraui: mecum erit ignorantia mea. Vide etiam de hoc infra in dictione שָׁגָה Saga.

שָׂגָא Creſcere multiplicar̄. שַׂגִּיא Magnus. Multum.

שָׂגָא Saga. multiplicare. augere. creſcere. Iob.8. Aut creſcere carectum ſine aqua. & in eo.12. Qui multiplicat gentes & perdit eas. vide ēt de hoc infra in dictione שָׂגָה Saga. cū he in fine. & inde שַׂגִּיא Sagi. i. multū ſeu multiplicatus aut magnus. Iob.37. Digne cū inuenire nõ poſſumꝰ: magnꝰ fortitudine. Dan̄.2. Et honorē multū accipietis a me. Et in eo. & munera multa & magna dedit ei.

שָׂגַב Exaltare. Erigere. Excelſū eē. Adiuuare. Subleuar̄. Excellētiorem eſſe. Eleuare. Protegeř. מִשְׂגָּב Eleuatio. Exaltatio.

שָׂגַב Sagab. Exaltare. eleuare. erigere. magnificare. protegere. Deut.2. Non fuit vicus nec ciuitas que noſtras effugeret manus. Pro quo hebrei legunt. Non fuit ciuitas que exaltaretur a nobis ſiue ſuper nos. & Beatus hieronymus tranſtulit ſenſum. Iob.5. Et merentes erigit ſoſpitate. Et in eodem.36. Ecce deus excelſus in fortitudine ſua. Ps.106. Et adiuuit pauperem ab inopia. Pro quo Beatus Hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit. Et ſubleuauit pauperem ab inopia. Ps.138. Confortata eſt & non potero ad eam. Pro quo beatus Hieronymus in predicto pſalterio tranſtulit. excellētior eſt: & non potero ad eā. Ps.148. Quia exaltatum eſt nomen eius ſoliꝰ. Prouer.29. Qui ſperat in domino ſubleuabitur. Eſa.9. Eleuabit dominus hoſtes raſin. Et in eodem.30. Et requiſita in muro excelſo. Et in eodem.33. Magnificatus eſt dominus. ideſt exaltatus. Significat etiam protegere. Ps.19. Protegat te nomen dei iacob. Ps.58. Et ab inſurgentibus in me libera me. Pro quo beatus Hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit. Protege me. & inde מִשְׂגָּב Miſgab. ideſt eleuatio: ſeu exaltatio: vel protectio. Ps.9. et factus eſt dominꝰ refugium pauperi: adiutor in opportunitatibus in tribulatione. pro quo Beatus Hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit. Et erit dominus eleuatio oppreſſo: eleuatio opportūa in anguſtia. Ps.58. Quia factus eſt ſuſceptor meus. Pro quo hebrei legunt. Quia factus eſt eleuatio mea ſiue exaltatio mea.

Digitized by Google

שְׁגָה Ignorare. Errare. Decipere. Seducere. Delectari.

Nabuchodonoſor.i toto hieremia excepto.cap.27.&.28.&.29.a.& 34.&.39.b.& in Ezech.26.&. 29.&.30.pro.nabuchodoroſor.
Nabuſarſathim.pro.nabuſarſachim.
Nabuſeſban.pro.nabuſeſbaz.
Nachor.2.Reg.6.pro.nachon.
Naphel.pro.naphis.
Naphez.pro.nahem.
Naſor.pro.enaſor.
Natalia.pro.attalia.
Nathamelech.pro.nathanmélech
Nathania.Eſd.10.pro.mathania.
Nathaniel.pro.nathanel.
Nebaan.pro.nebaaz.
Nebo.Nee.7.pro.geba.
Nebui.pro.nebu.
Nemroth.pro.nemrod.
Neptalim.pro.neptali.
Neri.Hiere.32.pro.neria.
Nodaia.pro.noadia.
Nophech.pro.nopheth.
Noram.pro.naaran
Noratha.pro.naarátha.

O

OBed.2.Paralip.15.&.28.pro oded.
Obediel.pro.obed.
Obeth.pro.oded.
Ophal.pro.ophlal.
Ophir.Hiere.10.pro.ophaz
Olympiadē.ad Ro.16.p̄.olympā.
Orodi.pro.orori.
Oſia.pro.ozia.
Oſiau.pro.oziáu.
Othim.pro.othni.
Oza.1.Paralip.16.pro.oſa.
Ozam.pro.oza.
Ozazin.pro.ozaziu.
Ozenzara.pro.ozenſara.
Ozias.1.Paralip.3.pro.ochozias.
Ozias.Hiere.42.&.43.pro.oſias
Oziel.1.Paralip.27.pro.ozriel.

P

PEdno.pro.apędno.
Priſca.ad Ro.16.a.&.pria ad Corinth.16.d.&.2.ad Thimothe.4.d.pro.priſcilla.

R

RAbſaces.pro.rabſares.
Raphaim.1.Paralip.20.in fine.pro.rapha
Rama.1.Reg.30.pro.horma.
Ramoth.Eſd.10.pro.ieramoth.
Rapſaces.pro.rabſaces.
Rapſaces.Hiere.39.pro.rabſares.
Rapſaris.pro.rabſaris.
Rechia.pro.rehia.
Regma.1.Paralip.7.pro.regina.
Rehem.pro.récem.
Remoth.pro.meremoth.
Reſemophim.pro.mophim.
Rimma.pro.rina.
Rimoth.pro.ierimoth.
Roma.1.Reg.30.pro.arama.
Romethiezer.pro.romemthiézer
Roth.pro.atharoth.

S

SAba.3.Reg.11.d.pro.ſoba.
Sabad pro elzabad

Digitized by Google

Saban.pro.ſabam.
Sabe.pro.ſaue.
Saber.Geñ.46.pro.ſaher.
Sabias.pro.aſabias.
Sabud.pro.zabud.
Sacha.pro.ſachacha.
Sachur.pro.zachur.
Saphan.1.Paralip.5.pro.ſapham.
Saphata.pro.ſaphatia.
Saie.pro.ſage.
Salmana.Oſee.10.pro.ſalman.
Salum.pro.ſalu.
Samma.1.Paralip.5.pro.hoſama.
Samathias.pro.ſamachias.
Sameron.pro.ſameronmeron.
Samroth.pro.ſamoth.
Sanamim.pro.ſananim.
Sanir.Deut.4.pro.ſeon.
Sanir.Iudi.10.pro.ſamir.
Sara.1.Paralip.1.pro.zara.
Sarahim.pro.ſaharim.
Saraia.1.Paralip.9.pro ſaaria.
Sareth.pro.ſared.
Sarith.pro.ſarid.
Sarma.pro.harma.
Sarona.pro.ſaron.
Sarſathin.pro.ſarſachim.
Saruch.pro.ſarug.
Saul.1.Reg.13.d.vbi dicitur ad ter ram ſaul.pro.ſiual.
Scharioth.pro.iſcarioth.
Scena.pro.ſceua.
Sebechai.pro.ſebethai.
Sebenia.Nee.11.pro.ſemeia.
Sebna.pro.ſebnia.
Sechamonites.pro. ſelechāmōites
Sechar.pro.ſeza.
Sechenia.Nee.10.pro.ſebenia.
Sechri.pro.ſethri.
Seddo.pro.ſedoch.
Sephan.pro.ſepham.
Sephiphima.pro.ſephim.
Sephua.pro.ſephu.
Sephupham.pro.ſephuphan.
Seyr.4.Reg.11.pro.ſur.
Seyra.1.Paralip.7.pro.ſyra.
Sellaia.pro.ſellai.
Selebim.pro.ſelebin.
Selemau.pro.ſelemiau.
Selmai.pro.ſemlai.
Selmon.Nee.7.pro.ſelmai.
Selo.pro.ſeleph.
Sellum . Nee.3.d. vbi dicitur ſellū filius colozai.pro.ſellun.
Sellum.Nee.11.&.12.pro .ſellu.
Semei.Hiere.26.pro.ſemeia.
Semeias.1.Paralip.25.&.27.pro. ſemei.
Semerō.2.Paralip.13.p.ſemerim.
Semramite.pro.ſemranite.
Sennaar.Geñ.14.a.vbi dicitur.Et contra ſennaar regem adame.p ſenaab.
Senia.pro.ſema.
Sennim.pro.ſenanim.
Senon.pro.ſeon.
Seor.1.Reg.9.pro.ſeror.
Serim.pro.herim.
Seruch.pro.ſerug.
Seſban.pro.ſeſbaz.
Seſenna.pro.ſeſema.
Sethai.pro.ſebthai.
Sethia.pro.ſechia.
Siba.2.Reg.20.in fine. pro .ſiua.
Siban.pro.ſiuan.
Sichar.pro.ſichem.
Sicelech.pro.ſiceleg.
Sina.Deut.33.& Eccli.48.p.ſinai
Soba.Geñ.14.pro.hoba.
Sobal. ps.59.& Iudi.3. pro. ſoba.
Sochoth.Ioſ.15.&.1.Reg.17.&.19 pro.ſocho.
Sophat.pro.ſophach.
Soreth.pro.ſorech.
Staburzanai.pro.ſtarbuzanai.
Supham.pro.ſephupham.
Sunamitis.Cant.6.&.7 . pro.ſulamitis.
Suri.pro.vri.

T

Tabitacumi.Marc.5.d.pro.talithacumi.
Tachaſin.pro.itachaſin.
Tebon.pro.chebon.
Tethron.pro.cethron.
Titichus.pro.tychicus.
Tubal.Geñ.4.pro.iubal.

Th.

Thabitacumi.pro.talithacumi.
Thacan.pro.thartach.
Thalaſſa.Act.27.pro.laſſea.
Thamnatſare . Iudi.2 . pro.thamnatares.
Thana.pro.thanac.
Thanna.pro.thamna.
Thanam.pro.thanach.
Thannam.pro.thamna.
Thanani.pro.chanani.
Thane.pro.thanach.
Thanes.pro.hanes.
Thantannai.pro.thathanai.
Thapſam.pro.thapſa.
Theglatphalaſar.1.Paralip.5.&.2. Paralip.28.pro. thelgatphalnaſar.
Theman.Iob.6.& Hiere. 25.pro. thema.
Thenath.pro.tenach.
Thethel.pro.thechel.
Thoſan.pro.coſam.
Thubal.Geñ.4.pro.iubal.

V

Vaiſatha.pro.vaizátha.
Vrai.pro.irai.
Vſan.pro.vſim.

Z

Zaban.pro.zauan.
Zabath.pro.zabad.
Zabdias.pro.zabdi.
Zabeth.pro.zabed.
Zachai.Nee.3.pro.zabai.
Zadab.pro.zabad.
Zamri.1.Paralip.11.pro.ſamri.
Zamri.Nee.3.pro.amri.
Zaraias.1.Paralipo.6.pro .ſaraias.
Zarath.pro.zethar.
Zarce.pro.zaria.
Zaree.4.Reg.25.pro.carée.
Zareth.pro.zared.
Zarias.1.Paralip.6.pro.ſarias.
Zathan.pro.zatham.
Zethan.pro.zetham.
Zethar.pro.ſethar.
Ziza.1.Paralip.23.pro.zina.
Zocho.pro.ſocho.
Zomim.pro.zomzomim.

Finis.

Digitized by Google

Introductiones artis grāmatice hebraice. Et primo de modo legendi & pronūciādi

AD habendam noticiam hebraice lingue: in qua ſcripturam ſacram veteris teſtamenti conſtat eſſe conſcriptā: neceſſaria eſt cognitio artis proprie & peculiaris illius lingue: quam greci grammaticam: latini rem litterariam appellant. Sed quia grammaticam precedit emendata lectio: que ex figuris litterarum cum ſuis vocibus conſtat: ideo imprimis eſt aduertendum viginti duas litteras ſiue prolationes eſſe apud hebreos: figuras vero ipſarum litterarum eſſe viginti ſeptem. Nam quinque illarum duplicantur. quia licet ſeruent eundem ſonū: diuerſis tamen characteribus figurantur. Et etiam quia per eas aliter ſcribuntur principia & media dictionū: aliter fines. Sunt preterea apud eos omnes he littere conſonantes. Et ad deſignandas quinque vocales noſtras vtuntur duodecim apicibus: ex quibus & illis viginti duabus litteris lingue hebraice lectio conſtat. Sed quia littere accidunt tria. Nomen. Figura. Poteſtas: alphabetum hebraicum diſpoſuimus in tribus columelis ſiue ordinibus: in quibus tria illa accidētia e regione verſuum explicauimus. Sed imprimis alphabetum ipſum recto ordine poſuimus.

táu ſi res coph ſádic ſádic phe pe aáin ſámach nū nū mē mē lámed chaph caph iod teth heth záin váu he dálet gimal beth áleph

א ב ג ד ה ו ז ח ט י כ ך ל מ ם נ ן ס ע פ ף צ ץ ק ר ש ת

Nomen.			Figura.	Poteſtas.
áleph.	אָלֶף		א	A
Beth	בֵּית		ב	b
Gimal.	גִּימֶל		ג	g
Dáleth.	דָּלֶת		ד	d
He.	הֵא		ה	h
Váu.	וָו		ו	v
Záin.	זַיִן		ז	z
Heth.	חֵית		ח	ch
Teth.	טֵית		ט	t
Iod.	יוֹד		י	i
Caph: Chaph.	כַּף: כָף	ך	כ	c ch
Lámed.	לָמֶד		ל	l
Mem: Mem.	מֶם מֶם	ם	מ	m m
Nun: Num.	נוּן נוּן	ן	נ	n n
Sámach.	סָמֶךְ		ס	s
Aáin.	עַיִן		ע	a
Pe: Phe.	פֵּא פֵא	ף	פ	p ph
Sádic: Sádic.	צָדִיק צָדִיק	ץ	צ	s s
Coph.	קוֹף		ק	c
Res.	רֵישׁ		ר	r
Sin.	שִׁין		ש	ſ
Táu.	תָּו		ת	th

Sequuntur duodecim ſigna ſiue apices quibus hebrei vtuntur ad deſignādū quīque vocales nr̄as ordine ſupra diſpoſito.

Nomina apicum.		Figura.		Poteſtas.
Pathach.	פַּתַח	◌ַ	אַ	A
Cames.	קָמֵץ	◌ָ	אָ	a
Hateph pathach	חֲטֵף פַּתַח	◌ֲ	אֲ	a
Cere.	צֵירֵי	◌ֵ	אֵ	e
Cegol.	סֶגוֹל	◌ֶ	אֶ	e
Seba.	שְׁבָא	◌ְ	אְ	e
Hateph ſegol.	חֲטֵף סֶגוֹל	◌ֱ	אֱ	e
Hiric.	חִירִק	◌ִ	אִ	i
Holem.	חוֹלֶם	◌ֹ	אֹ	o
Hateph camez.	חֲטֵף קָמֵץ	◌ֳ	אֳ	o
Surec.	שׁוּרֶק	◌ֻ	אֻ	v
Surec.	שׁוּרֶק	וּ	אוּ	v

De combinatione litterarum.

Et quoniam ex predictis litteris & apicibus qui ſunt ſigna quinqꝫ vocaliū ſyllabe conſtant & fiunt. Ideo ſubditur modus combinādi ipſas litteras ponēdo exēplū in lr̄a beth diſcurrendo per omnes apices & ſigna quinqꝫ vocalium.

bu bu bo bo bi be be be be ba ba ba

בַ בָ בֲ בֵ בֶ בְ בֱ בִ בֹ בֳ בֻ בוּ

Et per hunc modum debet fieri combinatio omnium aliarū litterarum cum predictis apicibus vt ſyllabe fiant: & vt ex ſyllabis fiant dictiones ex quibus omnis oratio conſtat: vt infra dicetur. Sed circa predictas litteras & apices aliqua ſunt notanda. Et primo circa litteras eſt notandum ꝙ ex predictis viginti & duabus litteris quīqꝫ ſunt duplices ſcilicet. ך ם ן ף ץ Et ſic ſunt omnes littere viginti & ſeptem quantum ad figuram litterarū. Et he quinque littere duplices ponuntur ſemper in fine dictionum: alie vero quinque que ſunt eis conſimiles. ſ. כ מ נ פ צ ponuntur in principio aut in medio dictionum & nunquam in fine. Item ex his quinque litteris que veniunt in fine dictionis: tres veniunt ſine aliquo apice & pertinent ad ſyllabam precedentem ſiue trahuntur a ſyllaba precedenti. ſ. ם ף ץ Alie vero due que ſunt ך ן veniunt aliquando cum apicibus: quarū nun. ן venit aliquando ſine aliquo apice: & tunc pertinet ad ſyllabā precedentem ſicut tres alie ſupradicte. Aliquando vero venit cū apice camez vel pathach & facit ןָ na. Sed littera. ך. chaph nunqꝫ venit ſine apice: & quādo venit cum camez vel pathach tunc facit ךָ cha: vt אֵלֶיךָ Elécha. & quando venit cum apice ſeba tunc trahitur a ſyllaba precedenti: vt לֵךְ lech. & ſola iſta littera caph licet ipſa proferatur in fine dictionis apex tamen illius non profertur: quod in omnibus aliis que veniūt in fine dictionis nunquā contingit quod apex non proferatur. Item notandū ꝙ ex viginti & duabus litteris ſupradictis vndecim ſūt ſubſtantiales & nunquā poſſunt eſſe accidentales: que his quattuor dictionibus comprehenduntur מַח סֵפֶר גֶזַע צֶדֶק Iſte enī vndecim littere vel quelibet earum in quacunque dictione venerint conſtituunt ſignificatum illius dictionis: & ſunt ex radice primitiua eiuſdem dictionis: ſiue ſcribantur ſine aliquo apice vel cum quolibet apice. Alie vero vndecim poſſūnt eſſe accidentales: & comprehenduntur his tribus dictionibus. אֶתְכֶנָה מִשְׁלִי כו Iſte vndecim littere vel quelibet earum poſſunt eſſe ſubſtantiales ſicut & alie ſupradicte: & poſſunt eſſe accidentales ad denotandum genus vel perſonam aut caſum ſiue declinationem vel tempus aut cōiugationem: & de hoc plenius dicetur infra. Item notandū ꝙ ex predictis vndecim litteris accidētalibus quattuor poſſunt eſſe nota ſiue ſigna vocaliū: & hoc qn̄ ſcribūtur ſine aliquo apice & nō ꝓferūtur. & ſunt iſte א ה ו י Et tunc littera áleph ponitur communiter in medio vel in fine dictionis pro. a. vocali vt קָרָא Çara & quandoqꝫ ponitur pro e. vel. pro. o. vt רֵאשִׁית רֹאשׁ Reſith Ros. Et iſta littera. ה. communiter ponitur pro. a. in fine dictionis vt גָלָה gala: & aliquādo ponitur pro. e. vel pro. o. vt שָׂדֶה ſade פַּרְעֹה pharao. & iſta littera. ו. ponitur pro. o. vel pro. u. tam in medio quam in fine dictionis vt תְּהוֹם thehom. תֹּהוּ thóhu. & iſta littera. י. ponitur p e. vel pro. i. tam in medio quam in fine: vt בָּנֶי bene בָּנִי beni. & quando predicte littere ſcribuntur cū apicibus ſunt vere conſonātes. Si enim vau ſubſcribatur cū apice camez vel pathach hoc modo. וָ. tunc ſonat va: & ſimiliter cum reliquis apicibus

Digitized by Google

ſonat.va.ve.vi.vo.vu.& eodē mō iod cū p̄dictis apicibꝰ ſonat ia.ie.ii.io.iu.& eodē mō iſta lr̄a.ה.cū p̄dictis apicibus ſonat.ha.he.hi.ho.hu. De lr̄a aleph dictū eſt ſupra. Itē notandū qđ qn̄ due lr̄e ex quattuor ſupradictis que poſſunt eſſe ſigna vocaliū poſite ſine apice veniunt in fine dictionis: prima earū nō ꝓfertur: ſecūda vero profertur ſicut cōſonās: & trahitur a ſyllaba precedēti.vt גוי goí בָּנָיו banáu.& qn̄ ſola iod vel vau ponitur poſt lr̄am ſubſcriptam cū camez vel patha tunc illa littera iod vel vau trahitur a ſyllaba p̄cedēti vt צָו ſáu בָּנַי banái.& qn̄ poſt vau vel iod ſeqtur vau cū apice ſurech: tūc illud vau vel iod primū eſt cōſonās & ſonat.vu.ſiue.iu.vt קִיו chiuu חַיו haiu.Itē nota ꝙ aliqn̄ veniunt iod & aleph ſiue vau & aleph. ſine apice in fine dictionis & ambe non proferuntur vt הִיא.hi.

De prolatione litterarum.

PRolationis ſeu ſonus lr̄arū poſſumus habere aliquā cognitionē ex lr̄is latinis e regiōe poſitis in pricipio huius tractatꝰ: licet ad hn̄dā integrā cognitionē opꝰ eſſet viua voce: quia ſunt alique lr̄e hebraice quarū ſonus nō pōt exprimi lr̄is latinis: quia nō hn̄t latini talē ꝓlationē: eo quod ꝓferūtur in gutture. Sunt eni que ſequūtur ע ח ה ר. ideo neceſſe ē vt predicte littere deſignētur ꝑ aliqs litteras latinas. Ponemus itaqꝫ pro cheth.ח.ch.& pro aáin.ע.a.& pro he.ה.h. Preterea ſūt tres lr̄e hebraice q̄ exprimūtur per.ſ.latinū.& ſunt que ſequuntur ſámach.ס.ſádic.צ.ſin.שׂ.cū apice ſebóleth: & ſin .שׁ.cū apice cebóleth. Que cū apud hebreos ſint diuerſe tā figura quam ſono: oportet vt apud latinos aſſignetur aliqua diferētia. Profertur itaqꝫ.ס.ſámach dētibus ſicut apud latinos.c.cū vocali.e. vel.i.& littera.צ.ſádic ꝓfertur fortius extrictis dētibus. שׂ.ſin vero cū apice ſibólet ꝓfertur ſicut apud latinos ſimplex. ſ .ſed ſi p̄dicta littera.שׁ.ſcriberetur cū pūcto cebólet tūc profertur ſicut.ס.ſámach. Eſt enim ſebóleth pūctus ſeu apex quidā poſitꝰ ſupra lr̄a.ש. Sin in pte dextera hoc mō.שׁ. cebólet vero eſt in pte ſiniſtra hoc mō.שׂ.

De dagues.

HAbent p̄terea hebrei quedā punctū ſiue apicē quē dagues vocāt qui ponitur in medio littere ſiue in ventre eius: & tūc illa lr̄a que habet p̄dictū apicē fortius ſonat ac ſi illa littera eſſet geminata. vt מִמֶּנּוּ mimennu: & qn̄ talis littera ſcribitur ſine dagues tūc ꝓfertur blāde & exiliter. ſunt preterea ſex lr̄e que poſſunt habere dagues ſiue raphe: eſt enim raphe apex quidā ſimilis apici patha ſupra litterā poſitꝰ hoc mō בֿ גֿ דֿ כֿ פֿ תֿ iſte eni lr̄e fortius ſonāt cū predicto puncto dagues quā cū raphe: & in quattuor earū mutat ſonū ipſarum.ſ.in his ת.פ.כ.ב. Nā beth cū p̄dicto apice dagues ſonat ſicut beth duplicatum: vt אַבָּא Abba.& cū raphe vel ſine dagues tendit ad ſonū u.cōſonantis.& lr̄a כּ ſonat ſicut.q.latinū: & ſine dagues ſonat ſicut chi grecū.& pe פּ cū p̄dicto apice dagues ſonat ſicut. pe. latinū: & ſine illo ſonat ſicut.f.& thau.ת.cū dagues ſonat ſicut.t.& ſine illo ſonat ſicut thita grecū.& qn̄ predicte littere veniunt ſine dagues ſonant blande & exiliter ac ſi eſſent ſcripte cū raphe. Ponitur etiā predictus punctus dagues propter alias cauſas de quibus infra dicetur. Sunt preterea quinqꝫ littere q̄ non recipiunt predictum apicem dagues: & ſunt que ſequuntur.
ר ע ח ה א Sed in littera.ה.aliquando ponitur predictus punctus in medio hoc modo.הּ. Et tunc fortius ſonat & vocatur p̄dictus punctus mapich & non dagues: & communiter ponitur ad denotandum genus femininum tertie perſone ſingularis numeri.

De littera.ר.res.

De prolatione littere res.ר.eſt notādum ꝙ in principio dictionis ſonat ſicut duplex.rr.vt ראשׁ rros רֵאשִׁית rreſith. Sed ī medio vel in fine dictionis ſonat ſicut ſimplex.r.vt בְּרֵאשִׁית bereſit שָׁמַר Samar.

De locis in quibus littere formātur: ſecundū hebreos.

EX viginti & duabus litteris ſupradictis quattuor ſunt q̄ proferuntur labiis.ſ.בומפ.& quinqꝫ proferuntur dentibus ז ס צ ר שׁ.& quinqꝫ proferuntur lingua.ſ.דטלנת & quattuor palato.ſ.גיכק & quattuor gutture.ſ. אהחע.Ex p̄dictis vigīti duabꝰ lr̄is q̄ttuor ſūt ſimiles ī figura aliis q̄ttuor & iō cauendū eſt lectori ne in illis decipiatur. ſunt eni he בגדם q̄rū ſimiles ſunt כנרס Que cū multū diferant inter ſe nomine & prolatiōe: diferūt etiā in figura in hoc: quia quattuor prime declinātad quadrangulū vel ſemiquadrangulū. alie vero declinātad circulū vel ſemicirculū.

De apicibus.

Dictum eſt ſupra de litteris: nunc vero circa apices & eorū officia aliqua ſunt notanda: & primo de apice patha.

DIctū eſt ꝙ patha ponitur pro.a.vocali. circa quod notandū ꝙ cū in fine dictionis ſubiicitur his duabus litteris.ח.ע.vocalis que ꝑ patha deſignatur preponitur: heth atqꝫ aáin poſtponūtur: ꝙ eſt cōtra naturā aliarū litterarū & apicum: quia ſp in prolatione apices conſonantibus poſtponuntur: eſto exēpli cauſa verbū hoc יֵשׁוּעַ ieſúaa hoc eſt ieſus: in quo prius profertur patha quā aáin: & in verbo רוּחַ rúach.i.ventus ſiue ſpiritus in quo patha prius profertur q̄ heth.habentqꝫ huiuſmodi noīa ſemper accētum in penultima.qđ ſi additur his noībus he littera vt diſtinguatur maſculinū a feminino: aut referat ꝓnomē femininū: tūc ad regulā ſyllabicandi generalem recurrēdū eſt.vt ſi ad יֵשׁוּעַ ieſúa addatur littera he fit יְשׁוּעָה ieſuaa: quod eſt ſaluatio: proferturqꝫ ieſuaa regulariter: eodem modo de רוּחַ rúach ſi addatur littera he fit רוּחָה rrucha quod eſt ſpiritus eius.ſ.rei generis feminini.& pari modo de ſimilibus.

De camez.

SI in dictiōibꝰ diſyllabis vel polyſyllabis ſeba ſeqtur aut p̄cedit apicē camez: tūc camez plerūqꝫ ꝓfertur ſicut holē: vt in hac dictiōe חָכְמָה.i.ſapiētia: vbi ſeba poſtpōitur camez. ꝓferēdūqꝫ eſt chochma.& ī verbo אֶשְׁמָר.i.ſeruabo vbi ſeba p̄cedit camez: legēdūqꝫ eſt eſmor. Eſt p̄terea dictio monoſyllaba כָּל.i.oīs: vtriuſqꝫ gn̄is & numeri q̄ ſcribitur per camez & accentū quē hebrei vocāt macaph: & ꝓfertur quaſi ꝑ holem col. Preterq̄ duobus in locis ſacre ſcripture: vbi neqꝫ ſcribitur per accētū macaph neqꝫ legitur per holē ſed regulariter legitur cal. primus locus eſt.p̄s.34. כָּל עַצְמֹתַי תֹּאמַרְנָה .i. oīa oſſa mea dicent. alter locus eſt. Prouer.19. כָּל אֲחֵי רָשׁ .i.omnes fratres pauperis.

De ſeba.

HVius apicis complura ſunt officia: primum eſt de quo dictum eſt ſuperius: quod pōitur loco.e.vocalis.ſcilicet quando venit in principio dictionis. ſed quādo venit in medio dictionis tunc ſeba non profertur: & littera cui ſubſcribitur trahitur a ſyllaba precedenti.vt אֶפְקֹד Epcod. ideſt viſitabo.מִרְיָם miriam.ideſt maria.que regula tribus in locis fallit. Primo ſi littera cui ſubiicitur ſeba continet dagues. tunc enim ſeba profertur in.e.vt in dictione אִתְּכֶם ithechem.ideſt vobiſcum. Secundo cum duo apices ſeba ſibi ipſis ſuccedunt: quia tunc prior ſilet: & poſterior profertur in voc[illegible]m.e.vt יִפְקְדוּ iphchedu.ideſt viſitabunt.בֵּלְטְשַׁאצַּר Belteſaſar. Tertio cum eadem conſonans geminatur atqꝫ prime earum ſubditur ſeba: tunc enim euphonie cauſa ſeba ꝓfertur.vt רַנְּנוּ Ranenu. ideſt exultate. Dicunt preterea aliqui hebrei quod ſeba plerumqꝫ fungitur aliorum apicum officio.idqꝫ duobus modis. Primo cum poſt ſeba ſequitur iod cum aliquo apice tunc enim ſeba ꝓfertur quaſi hiric vt בְּיָד biiad.ideſt in manu.vbi ſeba ſuppoſitus beth littere legitur quaſi hiric. Secundo cum ſeba ponitur in principio dictionis & accentus collocatur in eadem ſyllaba & ſequitur littera que non ſit vocalis quocunqꝫ apice illi ſubiecto: tunc enim ſeba profertur quaſi patha.vt בְּמַקְהֵלוֹת Bámacheloth.ideſt in eccleſiis.

De apice cere & cegol.

SI duo apices diſtant inter ſe: quod ī prolatione cere nõ protenditur: & cegol immoratur: maxime quando venit in principio dictionis polyſyllabe: in penultima. inter cere quoqꝫ et ſeba eſt diferentia quod per alterutrum mutatur verbi ſignificatio vt מְתִים Methim per ſeba ſignificat viros: & cum cere ſignificat mortuos. diſtat quoqȝ cegol a cere quod in hac dictione אֵל el.i.deus ſcribitur per cere. in hac vero particula אֶל el que eſt articulus datiui caſus vel ponitur pro iſta prepoſitione ad vel in: ſcribitur cum cegol vt אֶל הָאִישׁ el hais.i.viro ſiue ad virum. eſt & aliud officium cere quod in nominibus maſculinis numeri pluralis quibus iungitur genitiuus poſſeſſionem ſignificans ſemꝑ ſubiicitur in fine dictionis vt בְּנֵי אַבְרָהָם .i.filii abraham. Sed de hoc in alio loco dicetur commodius.

De ſurech.

SVrech apicis duo ſunt genera: alterũ in quo tria puncta ſcalariter deſcendunt hoc modo ֻ appellaturqꝫ קִבּוּץ שְׂפָתַיִם .i.coniunctio labrorum. alterum cum vau apponitur punctũ ad latus ſiniſtrum hoc modo וּ & differunt inter ſe ꝙ ſurech prior nunqꝫ ponitur in fine dictionis niſi alia littera ſequatur. ſurech vero poſterior venire poteſt in quocunque loco.

De dagues.

DAgues qui apicibꝰ annumeratur multis fungitur officiis. Primũ eſt de quo ſupra diximus ꝙ in quacunqꝫ littera ponitur fortius ſonat illa littera ac ſi eſſet duplicata. Secundum eſt ꝙ ubi ex regula memorata ꝙ ſeba ſilet cum ſubiicitur priori ex duabus conſonantibus que veniunt in medio dictionis: ſi conſonans illa prior habet dagues nihilominus profertur. vt in Exo.15. מִקְּדָשׁ Micedas.i.templum: quod alias dicitur מִקְדָשׁ Micdas. Ponitur etiam aliquando euphonie cauſa. Tertium eſt cum apponitur in ſupplementum alicuius littere. vt וַתִּקַּח vathichach.i. accepit: in quo verbo dagues ponitur ad ſupplendũ. ל. lamed litterã pro וַתִּלְקַח vatilchach. quia eius primitiuum eſt לָקַח lachach. vbi lamed eſt littera ſubſtantialis. Quartum. cum ponitur differentie cauſa in ſignificatione. vt in dictiõe אַמָּה Ama. ſi mem enim nõ habet dagues ſignificat ancillam. ſi autẽ habet: ſignificat cubitum. & יַמִּים. iamim ſi non habet dagues ſignificat dies. ſi habet ſignificat maria. Quintum. emphaſeos id eſt vehemẽtie cauſa quod preſertim in verbo accidit. vt פִּקֵּד Piched.i.viſitauit: quod eſt verbum ſecunde coniugationis: in quo littera media hoc eſt coph habet dagues per quem ſignificatur quam diximus vehementiam. vt plenius dicetur vbi de verbo. Eſtqȝ aduertendum quinqȝ litteras finales non recipere dagues: preter chaph. que cum recipit dagues efficitur exilis atqȝ accedit ad ſonum coph.

De accentu.

POſtea quã lector didicit ex litteris cõpingere ſyllabas & ex ſyllabis dictiones: opus eſt vt cuiqȝ ſyllabe ſuum accentũ accõmodet. eſt aũt accentus: vt a grammaticis definitur: certa lex vel regula ad eleuãdam vel deprimendã cuiuſqꝫ dictionis ſyllabam. Nam id eſt naturale atqȝ omnibus linguis & nationibus cõmune: vt quaſdã ſyllabas attolant: iſqȝ dicitur acutus accentus: quaſdam rurſus deprimant. iſqȝ eſt accentus grauis. Greci & latini habent etiam accentũ circunflexum: atqȝ eo forſitan hebrei non carent: qui habent innumeras uocum flexiões: ſed ille ad cantũ potius quã ad lectionẽ pertinẽt. Nos itaqȝ in hebreo ſermone duos tãtũ notauimꝰ accẽtus: acutũ & grauẽ: cum preſertim circunflexus nec ab ipſis quidẽ grecis & latinis percipiatur. legitur acutus accẽtus in qualibet dictione atqȝ ex ea cauſa dicitur accẽtus dictiõis: quia vnaqueqȝ dictio habet ſuũ accentũ per quẽ diſtinguitur ab alia dictiõe: vt ſit accẽtus quaſi forma vel potius anima dictionis. Accentus vero grauis non dicitur accẽtus dictiõis ſed accẽtus ſyllabicus hoc eſt illius ſyllabe quã deprimit. Ex quo fit vt in vna dictiõe non poſſint eſſe duo accentus acuti: nõ magis quã in vno corpore due anime. At accentus graues bene poſſunt eſſe plures tot ſcilicet quot ſunt ſyllabe dictiõis: preter illam in qua collocatur accẽtus acutus. Qui aut collocatur in vltima dictiõis ſyllaba aut in penultima aut in tertia a fine. quod & omniũ nationũ linguis fere accidit. Sed hoc eſt hebreorũ ſermoni peculiare: quod plures dictiones in fine acuũt. paucas vero accentu in penultima vel in antepenultima proferũt. Et quia vt diximus illorum varios accentus magis ad ſuos cãtores quã ad noſtrorum hominũ lectionẽ pertinent: duos tantũ memoratos accentus precipimus obſeruandos: hoc eſt acutũ & grauem. nã circunflexũ valere ſinimus. Atqȝ omiſſo graui qui omnibus aliis ſyllabis cõuenit. acutũ qui dictionis accentus eſt fecimus notari per virgulam ſurſum aſcendẽtem: ita tamen vt ratione hebreorũ qui econtrario legũt qꝫ nos paululũ declinet ad ſiniſtrã ecõtrario quã deſignatur a grecis & latinis ĩ hũc videlicet modũ. ˎ. idqȝ tãtũ in penultimis aut antepenultimis dictionũ hebraicarũ ſyllabis: de quibus poterat eſſe dubitatio quo accentu eſſent proferẽde. Nam de vltimis vulgo perſuaſum erat omnes in fine debere regi accentu acuto. & quoniã ars circa difficile verſatur in vocabulario hebraicarũ dictionũ: quod imprimẽdum curauimꝰ: & in veteri inſtrumẽto quod molimur imprimere: hãc rationẽ obſeruari precepimus vt in dubiis tantũ accentibus hac nota vterentur. Apud hebreos tamen vbi videris aliquẽ ex illorũ accentibus: ibi collocandus eſt dictionis accẽtus. q́d ſi in eadẽ dictiõe duos videris ſignatos accẽtus in priori ſyllaba collocabitur accentus.

De punctis.

ET quia ratio pungendi ſcripturã nõ minus ad lectionẽ quã ad intellectũ illiꝰ pertinet: viſum eſt hoc in loco aliquid de punctis dicere: quibus lectio ipſa diſtinguenda eſt: cũ ꝑſertim hec pars ab hebreis nõ ſit neglecta. Sed illi complures alios habent accentus: qui magis ad cantũ ſiue modulationẽ ſuam pertinent qꝫ ad intellectũ ſacre ſcripture: idcirco nos duobus tantũ vtemur qui ſunt vſu apud latinos comate q́d hebrei vocãt אַתְנָח Athnach ſic. ֑ . & colo q́d hebrei vocãt סוֹף פָּסוּק Soph paſuc. ſic. : . quibus et hieronymus dicit prophetas eſſe diſtinctos. vt per cola inquit ſcribantur & comata. quã pungẽdi rationẽ ſolã in teſtamẽto veteris impreſſione obſeruari iuſſimus. Et ſic de pungendi ratione atqꝫ ex inde de toto legendi modo hec fuerit ſatis ∴

Sequitur de aliis partibus grãmatice hebree
& primo de partibus orationis.

QVemadmodũ ex litteris colligitur ſyllaba: & rurſus ex ſyllabis dictio. ita ex dictiõibus cõponitur oꝛ̃o. Sunt itaqȝ dictiões: ꝑtes oꝛ̃onis: quas alii plures alii pauciores poſuerũt tam ex graecis qꝫ ex latinis. hebrei tres tantũ ennumerant. שֵׁם ſem.i.nomẽ. פֹּעַל póal.i.verbũ. מִלָּה milla.i.dictionẽ. milla ponitur ab illis ꝓ eo ꝙ nõ eſt nomẽ neqꝫ verbũ: cũ alioquin milla ſit dictio q̃ cõplectitur oẽs partes oꝛ̃onis ex doctrina illa vulgata apđ dialecticos & philoſophos. ꝙ cũ ſpecies nõ habet nomẽ: appellatur generis nomine. & hebrei ad nomẽ referũt ꝓnomẽ. ad verbũ participiũ. ad dictionẽ alias partes oꝛ̃onis indeclinabiles. ſ. ꝑpoſitionẽ aduerbiũ interiectionẽ cõiunctionẽ & articulũ. Greci vocant articulũ arthron q apud illos ẽ pars oꝛ̃onis q̃ addita nomini oſtẽdit cuiꝰ generis ſit: queadmodũ in ſermone hiſpano dicimꝰ. el. la. los. las. Sed hebrei nõ vtũtur articulis ad deſignãdũ genꝰ ſed potius emphatice ad oſtendendũ. ſ. quãdam vehementiam ſiue aliqd aliud de quo vide pleniꝰ in vocabuliſta in pricipio littere. he. & ſic apud illos erũt nouem partes oꝛ̃onis quas reducũt ad tres partes ſupradictas. quem diuidendi modũ in tres partes oꝛ̃onis Ariſtotiles quoqꝫ ſecutus eſt ponens nomen verbum & ſincathegoreuma. & ad iſtas tres partes reducit omnes alias. nam ad nomẽ refert pro

nomen & articulum. ad verbum ſimul cū nomine refert participiū. ad ſincathegoreuma .i. partē orōnis conſignificatiuā refert reliquas partes orationis indeclinabiles. his in genere dictis de nouem partibus orationis quas habent hebrei: reſtat vt de ſingulis dicamus: atq̧ imprimis de nomine.

De nomine.

Nomen eſt quod ſignificat ſubſtantiam ſiue accidens ſine tempore: & habet caſus: licet apud hebreos nō declinetur. Duplex itaq̧ eſt nomē: ſubſtantiuū & adiectiuū. ſubſtantiuū eſt: quod per ſe ſubſiſtit. vt אֱנוֹשׁ ideſt homo. adiectiuum eſt quod alteri adiicitur: vt אֱנוֹשִׁי hoc eſt humanus טוֹב טוֹבָה Bonus bona. Igitur nomini hebraico ſeptem accidūt. q̄litas. ſpecies. figura. genus. numerus. perſona. caſus. Qualitates nominum due ſunt: propria & appellatiua. Proprium nomen eſt quod vni tantum conuenit: vt אַבְרָהָם Abraham שָׂרָה Sara. Appellatiuum nomen eſt quod pluribus cōuenit. vt אָדָם ideſt homo quod conuenit petro & iohanni. quanquā & adam non ſolum eſt nomen appellatiuum: ſed aliquando eſt etiam proprium: vt cum dicitur de ſolo primo parente. Species nominū due ſunt. primigenia & deriuatiua. Primigeniū nomē eſt illud quod non habet aliud antiquius vnde deriuetur. vt אִישׁ .i. vir. Deriuatiuum eſt: quod ab alio priori deriuatur vt אִשָּׁה ab אִישׁ hoc eſt virago a viro. figure nominū due ſunt. ſimplex & compoſita. Simplicis figure nomen eſt: quod non pōt diuidi ī partes ſignificatiuas eius quod integrum ſignificabat: vt adam in a. &. dam. cuius altera pars nihil ſignificat. Compoſite figure nomen eſt: quod poteſt diuidi in partes ſignificatiuas eius q̄d integrum ſignificabat. vt abraam: ex ab quod interpretatur pater: & ram celſitudo מַלְכִּי־צֶדֶק melchiſēdec .i. rex iuſtitie. Genera nominum quinque ſunt. Maſculinum. femininum. Cōmune duorū. dubiū. promiſcuum. Maſculini generis nomen eſt quod maribus conuenit aut ad maſculorū voces refertur. vt אַבְרָהָם abraam. אִישׁ vir. דָּבָר verbum. femininum eſt quod feminis conuenit: aut ad feminarum voces refertur. vt חַוָּה eua. אִשָּׁה mulier תּוֹרָה Lex. Cōmune duorū eſt quod tam maribus quā feminis conuenit. vt אָדָם ideſt homo חַיִל fortis. ſ. vir aut mulier. Dubium eſt quod aliquando profertur genere maſculino aliquādo feminino. vt רוּחַ ventus שֶׁמֶשׁ ſol. quod cū apud grecos & latinos rarum ſit: apud hebreos latiſſime patet. Promiſcuum genus: quod greci epicenum vocant: eſt illud quod ſub vna terminatione vtrūq̧ ſexū cōplectitur. vt גָּמָל pro camelo maſculo ſiue femina. & יוֹנָה pro columbo & columba. Numeri nominum apud hebreos quemadmodū & apud grecos tres ſunt. Singularis qui de vno loquitur. vt אִישׁ אִשָּׁה vir. mulier. Dualis qui de duobus loquitur: cuiuſmodi ſunt que fere nunquā reperiūtur niſi paria. vt עֵינַיִם oculi. אָזְנַיִם aures יָדַיִם manus. רַגְלַיִם pedes. Pluralis eſt qui de pluribus loquitur: de quibus etiam paulo poſt. Perſone nominum tres ſunt. Prima que de ſe loquitur vt אֲנִי ideſt ego. Secunda ad quam prima loquitur. vt אַתָּה ideſt tu. Tertia eſt: de qua prima loquitur. vt הוּא .i. ille: & omnia alia nomina. Sed de perſona quod eſt accidēs cōmune nomini pronomini & verbo commodius vbi de pronomine agetur. Caſus apud hebreos non diſtinguntur terminationibus: quemadmodū apud grecos & latinos: ſed aut coordinatione: vt ſalomon filius dauid: ordo oſtendit dauid eſſe caſus genitiui. aut oſtenditur prepoſitione articulari. vt pſalmus le dauid. illa prepoſitio le oſtendit dauid eſſe caſus datiui vel gti. Sed de hoc infra dicetur cū de caſu diſputabitur. Declinationes quoque apud eoſdē nō diſtinguntur niſi ex ſingulari numero in pluralem. vt ſit prima declinatio nominum maſculinorū: que in plurali mittūt numerū multitudinis in im. vt אִישׁ אִישִׁים vir. viri. Secunda declinatio femininorū: que mittūt eūdē numreū multitudinis in. oth. vt אִשָּׁה אִשּׁוֹת mulier mulieres. Patitur tamen hec regula exceptionem. nam & maſculina exeunt aliq̄n in oth. atq̧ e diuerſo feminina in im. vt ſuo in loco poſtea dicetur.

De nominum deriuatiuorum ſpecie.

Duas eſſe diximus noīm ſpēs primitiuā & deriuatiuā. Sed deriuatiuorū ſunt rurſus multe differentie. Patronymica: que noīa patrū ſigānt. vt a בִּנְיָמִין יְמִינִי beiami iemini pro filio beniamin: aut aliquo vno ex deſcēdētib⁹ ab illo. Gētilia: que gentē aut nationē aliquā deſignāt. vt ab אֲרָם אֲרַמִּי aram arami. hoc eſt a ſyria ſyrus. Poſſeſſiua: hoc eſt que ſignant quātū gtūs ſui primigenii vnde deriuātur. vt a נְחֹשֶׁת נְחוּשׁ. ideſt ab ere ereus. que omnia noīa ſupradicta patronomica & gentilia eādē propemodū hn̄t formationē: nā terminātur in .i. iota. formāturq̧ a primigeniorū ſuorū terminatiōe ſi eſt conſonās addita .i. littera. vt ab iſrael iſraeli. Si vero deſinūt in he. aut he mutatur in nun & additur .i. iota. vt שֵׁלָה שֵׁלָנִי aut nihil mutatur ſed primigeniū ponitur pro deriuatiuo. vt a יִמְנָה יִמְנָה pro viro deſcendente ex genere imna. Quod ſi nomina primigenia deſinunt in iod: deriuatiua nihil mutant: ſed ponūtur pro illis. vt leui de leui. nepthali de nepthali. greci tamen & latini dicūt leuita. nepthalita. Que oīa ſub hac terminatiōe gn̄is ſunt maſculini. nā feminina deſinūt in .ith. formāturq̧ a maſculinis addita tau. vt ab arami aramith. ab iſraeli iſraelith. Sunt quoq̧ noīa q̄ cū nō ſint patronymica nec gētilia hn̄t tn̄ illorū formā. vt רֵאשִׁית .i. pricipiū. Eſtq̧ aduertēdū quod hmōi patronymica plerūq̧ in plurali recipiūt alterū iod. vt מִצְרִי מִצְרִיִּים .i. egyptius egiptii פְּלִשְׁתִּי פְּלִשְׁתִּיִּים paleſtin⁹ paleſtini. Denominatiua quoq̧ ſunt apud hebreos quemadmodū & apud nos: ſic dicta quod a noībus deriuantur vt a צֶדֶק צַדִּיק .i. iuſtus a iuſticia רֶשַׁע רָשָׁע .i. malus a malicia. Diminutiua noīa hoc eſt a ſuis primigeniis diminutionē ſignificantia non ſunt apud hebreos: ſed circūloquūtur illa per hoc nomē קָטָן ſiue קְטַנָּה quod eſt paruū. vt hec: אָדָם קָטָן .i. homo paruus hoc eſt homūcio. עִיר קְטַנָּה .i. ciuitas parua. Cōparatiua quoq̧ noīa no ſunt apud eos. circūloquūtur tn̄ ea p hoc aduerbiū יוֹתֵר .i. magis: & nomē adiectiuū q̄d ſignāre pōt magis & minus. & id ad quod fit cōpatio ponitur cū p̄pōne. מֵ vel. מִ cū cere vel hiric. vt דָּוִד צַדִּיק יוֹתֵר מִשְּׁלֹמֹה dauid magis iuſtus ſalomone. & יוֹחָנָן צַדִּיק יוֹתֵר מֵאֲבִיָּה .i. ioānes magis iuſtus abia. & aliq̄n fit cōparatio ſine aduerbio יוֹתֵר cū ſola prepoſitione מֵ vel מ addita nomini cui fit cōpatio. vt צַדִּיק מִמֶּנִּי .i. iuſtior me טוֹב מִמֶּנּוּ .i. melior illo. Suplatiua preterea illi nō hn̄t: ſed circūloquuntur ea p hoc aduerbiū מְאֹד meoth: q̄d ſignāt nimis ſiue valde & nomē adiectiuū q̄d ſignāre pōt intēſionē & remiſſionē. vt וְדָוִד צַדִּיק מְאֹד .i. dauid iuſtus nimis vel iuſtiſſimus. ſed cū exprimitur is ad q̄ē fit ſuperlatio: cōſtruitur eodē mō quo cōparatiuū: hoc ē cū p̄poſitiōe מֵ vel מִ vt Nu. 12. עָנָו מְאֹד מִכֹּל הָאָדָם .i. mitiſſim⁹ oīm hoīm. Verbalia quoq̧ noīa ſūt apud hebreos .i. q̄ a verbis deriuātur. vt ab אָהַב אַהֲבָה. ideſt amor ab amo. as. Illud vero q̄d nos per nomē verbale dicim⁹: q̄a ſignāt actionē verbi: a quo deriuatur & participiale: q̄a formatur ab eiuſdē verbi participio. vt amator. i. q amat: illi per participiū exprimūt. vt אֹהֵב .i. amans.

De numeralibus.

Sunt & alie ſpēs noīm tā primitiuorū q̄ deriuatiuorū q̄lia ſūt nūeralia: q̄ q̄a in freq̄nti ſūt vſu: & nō nihil varietatis hn̄t: q̄d in artē redigi debeat: aliq̄d de his hoc in loco dicēdū ē. ac primū de nūeralib⁹ ſimplr. Eſtq̧ aduertēdū q̄d noīa nūeralia ſūt adiectiua & p̄ter vnū & duo plīs nūeri. Itaq̧ a trib⁹ vſque ad decē maſculina deſinunt in he lr̄am: & nonnūquam in tau: ſed tunc poſſunt etiam femininis iungi. Atqui feminina in tau aliquando deſinunt: & nunquā in he. hoc mō.

אֶחָד אַחַד אַחַת	Vnus vna.
שְׁנַיִם שְׁנֵי שְׁתַּיִם שְׁתֵּי	Duo due.

Digitized by Google

שְׁלֹשָׁה שְׁלֹשֶׁת שָׁלֹשׁ	Tres mares.&.f.
אַרְבָּעָה אַרְבַּעַת אַרְבַּע	Quattuor mares.&.f.
חֲמִשָּׁה חֲמֵשֶׁת חָמֵשׁ	Quinque mares.&.f.
שִׁשָּׁה שֵׁשֶׁת שֵׁשׁ	Sex mares. &.f.
שִׁבְעָה שִׁבְעַת שֶׁבַע	Septem mares.&.f.
שְׁמֹנָה שְׁמֹנַת שְׁמֹנֶה	Octo mares.&.f.
תִּשְׁעָה תִּשְׁעַת תֵּשַׁע	Nouem mares.&.f.
עֲשָׂרָה עֲשֶׂרֶת עֶשֶׂר	Decem mares.&.f.

Aduertendum tamen eſt: quod aliquando in numero deſignā te vnum gñis maſculini: p apheresin aufertur áleph vt Ezech. 33. וְדִבֶּר חַד אֶת אַחַד hoc ē. & dicūt vnus ad alterū. Aliqñ p apocopē aufertur dáleth a fine. vt Ezech. 18. וְעָשָׂה אָח מֵאַחַת מֵאֵלֶּה hoc eſt. & fecerit vnum de iſtis. Sunt tñ qui dicāt quod hoc verbum אָח ſit frater: vt ſit ſenſus & fecerit fratri vnum ex his. & cū numerus multitudinis repugnet vnitati: nihilominus in plurali dicimus. אֲחָדִים. id eſt vnos. vt latine cum nominibus declinatis pluraliter dicimus vnas litteras vna menia. & vna in genere feminino hoc eſt אַחַת cū pōitur in fine oratiōis: áleph ponitur ſubiecto ſegol pro patha. & heth per camez loco patha. vt Exo. 36. אַחַת אֶל אֶחָת hoc eſt. alteram alteri. ſ. cortine. & numerus ſeptenarius generis maſculini aliquando per epēthesin recipit nun litteram ante he finalem. vt Iob. 42. שִׁבְעָנָה בָנִים id eſt ſeptem filii. Notandum preterea quod ab vno vſq; ad quinque ponuntur aliquando numeri non tam vt ſignificent numeros illos: quam vt oſtendant illud eſſe quid minimū vt tertio. Reg. 17. מְקֹשֶׁשֶׁת שְׁנַיִם עֵצִים hoc eſt. en colligo duo ligna. duo poſuit pro pauca. Ē diuerſo a quinque ad decem ponuntur aliquando numeri non vt illos preciſe ſignificent: ſed vt illius rei crebram repetitionem. vt prouerb. 24. כִּי שֶׁבַע יִפּוֹל צַדִּיק .i. ſepties cadit iuſtus. vbi ſepties non tam pro ſeptem vicibus: quam pro ſepe ſiue frequenter poſitum eſt. Illud quoq; hoc in loco non omittēdum: quod ab his nominibus numeralibus figurantur verba denominatiua. vt a duobus diuido. is. pro in duas partes diuidere. tertio. as. pro in tres partes diuidere. quarto. as. pro in quattuor partes. quinto. as. pro in quinq;. ſexto. as. pro in ſex. A ſeptem & octo & nouem huiuſmodi verba non formantur. a decem vero bene formatur decimo. as. de quo in vocabulario pleni⁹ dicetur. Atq; hi quidem numeri ſimplices ſunt: qui vero ſequuntur: vſq; ad vndeuiginti componuntur ex eiſdem numeris ſimplicibus & decem prepoſito ſp minori numero. Sed numeri denarii in gñe feminino hñt in fine he lrām. maſculina vero nō habent: vt in hac ſerie patet.

אַחַד עָשָׂר: אַחַת עֶשְׂרֵה	Vndecim.m.f.
עַשְׁתֵּי עָשָׂר: עַשְׁתֵּי עֶשְׂרֵה	Vndecim.m.f.
שְׁנֵי עָשָׂר: שְׁנֵי עֶשְׂרֵה	Duodecim.m.f.
שְׁנַיִם עָשָׂר: שְׁתַּיִם עֶשְׂרֵה	Duodecim.m.f.
שְׁלֹשָׁה עָשָׂר: שְׁלֹשׁ עֶשְׂרֵה	Tredecim.m.f.
אַרְבָּעָה עָשָׂר: אַרְבַּע עֶשְׂרֵה	Quattuordecim.m.f.
חֲמִשָּׁה עָשָׂר: חֲמֵשׁ עֶשְׂרֵה	Quindecim.m.f.
שִׁשָּׁה עָשָׂר: שֵׁשׁ עֶשְׂרֵה	Sedecim.m.f.
שִׁבְעָה עָשָׂר: שְׁבַע עֶשְׂרֵה	Septendecim.m.f.
שְׁמֹנָה עָשָׂר: שְׁמֹנֶה עֶשְׂרֵה	Octo & decem.m.f.
תִּשְׁעָה עָשָׂר: תְּשַׁע עֶשְׂרֵה	Nouem & decem.m.f.

A viginti vſq; ad nonagīta numeri maiores p maſculino gñe & p feminino finiuntur in. im. in numero plurali. minores vero numeri precedunt maiores. vt vnus & viginti. duo & viginti. tres & viginti. & eodem modo de aliis.

עֶשְׂרִים	Viginti.m.f.	אֶחָד וְעֶשְׂרִים	Vnus & viginti.
אַחַת וְעֶשְׂרִים	Vna & viginti.	שְׁלֹשִׁים	Triginta.m.f.
אַרְבָּעִים	Quadraginta.m.f.	חֲמִשִּׁים	Quiquagita.m.f.
שִׁשִּׁים	Sexaginta.m.f.	שִׁבְעִים	Septuaginta.m.f.
שְׁמֹנִים	Octoginta.m.f.	תִּשְׁעִים	Nonaginta.m.f.

Aliqñ tñ numerus maior precedit minorē: quod fere in eſdra repitur. vt שִׁבְעִים וּשְׁנַיִם .i. ſeptuaginta duo. & ibidem. חֲמִשִּׁים וְאַרְבָּעָה .i. quinquagita qttuor. Deinde a cētū vſq; ad mille numeri maiores ptinēt ad maſculos & feminas. & cētenari⁹ nūerus deſinit in he vel in tau indifferēter. ducētenarius habet terminationē dualis hoc eſt in. im. pcedente patha vel camez: reliqui oēs vſq; ad nōgētos deſinūt in oth. & iunguntur illis numeri minores terminationis femininorum: ita vt precedant illos ſignificentq; maſculos & feminas in hunc modum.

מֵאָה מְאַת	Centum.m.f.	מֵאוֹת	Centum.m.f.
מָאתַיִם	Ducentum.m.f.	שְׁלֹשׁ מֵאוֹת	Tercentum.m.f.
אַרְבַּע מֵאוֹת	Quater cētū.m.f.	חֲמֵשׁ מֵאוֹת	Quiquies cētū.m.f.
שֵׁשׁ מֵאוֹת	Sexies cētū.m.f.	שְׁבַע מֵאוֹת	Septies cētū.m.f.
שְׁמֹנֶה מֵאוֹת	Octies cētū.m.f.	תְּשַׁע מֵאוֹת	Nouies cētū.m.f.
אֶלֶף	Mille.m.f.	אַלְפַּיִם	Duo millia.m.f.

אֲלָפִים אַלְפֵי Millia.m.f. Sed millia a tribus vſq; decē plerūq; veniunt cū numeris minoribus maſculinis deſinētibus in tau prepoſito eodem numero minori in hunc modum.

שְׁלֹשֶׁת אֲלָפִים	Tria millia.m.f.	אַרְבַּעַת אֲלָפִים	qttuor millia.
חֲמֵשֶׁת אֲלָפִים	Quique millia.m.f.	שֵׁשֶׁת אֲלָפִים	ſex millia.m.f.
שִׁבְעַת אֲלָפִים	Septē millia.m.f.	שְׁמֹנַת אֲלָפִים	Octo millia.m.f.
תִּשְׁעַת אֲלָפִים	Nouē millia.m.f.	עֲשֶׂרֶת אֲלָפִים	Decē millia.m.f.

& deinceps aſcendēdo vſq; ad cētū mille. & rurſus a cētū mille vſq; ad mille millia id eſt decies centū mille. in hunc modum.

עֶשְׂרִים אֶלֶף	Vigiti mille.m.f.	מֵאָה אֶלֶף	Centū mille.m.f.
אֶלֶף אֲלָפִים	Mille millia.m.f.		

Sunt pterea & alie denominatiōes a nominibus numeralibus que dicuntur multiplicia. vt

שִׁבְעָתַיִם	Septuplum.	אַרְבַּעְתָּיִם	Quadruplum.
רְבָבָה רִבּוֹא	Decem mille.	רִבּוֹתַיִם	Viginti mille.
רְבָבוֹת רִבֹּאוֹת	Multa millia.		

Aduertēdum preterea quod nomina iuncta numeris ponūtur aliqñ in ſingulari cū nūero plu. & maxie qñ ē nomē ſpēi. vt חֲמִשָּׁה בָקָר .i. quiq; bos: p quiq; boues. אַרְבַּע צֹאן .i. qttuor ouis: p qttuor oues. & hoc fit frequētius & qſi ſp ab vndeci & deinceps aſcēdēdo in infinitū. vt illa nūero multitudinis iuncta licet ponātur ī ſingli: nihilominus intelliguntur plalia. vt geñ. 5. וּשְׁמֹנֶה מֵאוֹת שָׁנָה hoc eſt octingēti ann⁹: pro octigēti anni. & ī eo. 32. אַרְבַּע מֵאוֹת אִישׁ .i. quadringēti vir: p qdringēti viri. Alias cōbinationes numerorū ex iis que in ſupioribus dicta ſunt: p te ipſum ſine preceptore poteris conficere.

De numeris deriuatiuis.

E Numeralibus noībus deriuātur noīa ordinalia hoc eſt ordinē aliquarū rerū ab vno aliquo pricipio ſignificātia. & ſunt in termiatiōe ſilia noīb⁹ patronymicis de qbus ſupra dictū ē. formāturq; a noīb⁹ miorib⁹: a duob⁹ vſq; ad decē. Nā prius nō deriuatur ab vno ſed a verbo רֹאשׁ qd ē pricipiū. vñ ē רִאשׁוֹן p eo qd ē prim⁹. A ſecūdo āt ad decimū maſculina deſinunt in. iod. femi. in. ith. & aliqñ in. ia. in hūc modū.

רִאשׁוֹן רִאשׁוֹנָה רִאשׁוֹנִית	Prim⁹.a.	שֵׁנִי שֵׁנִיָּה שֵׁנִית	Secūdus.a.
שְׁלִישִׁי שְׁלִישִׁיָּה שְׁלִישִׁית	Tertius.a.	רְבִיעִי רְבִיעִית	Quartus.a.
חֲמִישִׁי חֲמִישִׁית	Quintus quinta.	שִׁשִּׁי שִׁשִּׁית	Sextus ſexta.
שְׁבִיעִי שְׁבִיעִית	Septimus ſeptima.	שְׁמִינִי שְׁמִינִית	Octau⁹ octaua
תְּשִׁיעִי תְּשִׁיעִית	Nonus.a.	עֲשִׂירִי עֲשִׂירִיָּה עֲשִׂירִית	Decimus.a.

Maſculina vero plīa deſinunt in im p iod ſimplex & nōnūquā p iod duplex. feminina vero ī oth pcedēte iod excepto priō. vt

רִאשׁוֹנִים רִאשׁוֹנוֹת	Primi prime.	שֵׁנִיִּם שֵׁנִיּוֹת	Secundi ſecūde

Pro nūeris ordinalib⁹ ponūtur nūeri nūerales ab vndecī ad vigīti & deīceps tā in ſinglī q; in plī. tā pro maſculinis quā p femininis. in hūc modū. בְּיוֹם עַשְׁתֵּי עָשָׂר In die vndecimo. בְּיוֹם שְׁנֵים עָשָׂר ī die duodecio. בְּיוֹם שְׁלֹשָׁה עָשָׂר ī die tredecio. Sed qa ordinalia plerūq; ſignāt vnā aliq; portionē nūeri grādioris: partē illā hebrei deſignāt p nūerū diuidētē & diuiſū. vt p eo qd nos dicimus decimus qſq; illi dicunt אֶחָד מֵעֲשָׂרָה hoc eſt vnus de decem. & pro eo qd nos due centeſime: illi dicunt שְׁנַיִם מִמֵּאָה hoc eſt duo de centum.

Digitized by Google

Diſtributiua numeralia cuiuſmodi ſunt apud latinos bini bine bina: terni terne terna. quaterni quaterne quaterna: nō ſunt apud hebreos: deſignantur tamen per eiuſdem numeri geminationem vt pro bini viri: illi dicunt שְׁנַיִם שְׁנַיִם hoc eſt duo & duo. ſ. viri. Numeralia quoqꝫ aduerbia nō ſunt apud eos: circumloquuntur tamen illa per nomina numeralia & hoc nomen פַּעַם quod vicem ſignificat. vt pro eo quod nos dicimus quater illi dicūt אַרְבָּעָה פְּעָמִים hoc eſt quattuor vicibus.

De numeris deſignandis per litteras alphabeti.

LAtini in repreſentandis numeris aliam ſequuntur rationem quam hebrei & greci. nam illi per. i. iota deſignant vnum. per duo iota duo. p tria iota tria. p quattuor iota quattuor. per. v. quintam vocalium quinque. At greci quemadmodum & hebrei per litteras alphabeti per ordinē numeros ſcribunt. puta per alpha vnū. per beta duo. per gama tria. per delta quattuor. Hebrei quoqꝫ ad eūdē modū ſic.

Vnus	א	Triginta	ל
Duo	ב	Quadraginta.	מ
Tria	ג	Quinquaginta.	נ
Quattuor	ד	Sexaginta.	ס
Quinque	ה	Septuaginta.	ע
Sex	ו	Octoginta.	פ
Septem	ז	Nonaginta.	צ
Octo	ח	Centum.	ק
Nouem	ט	Ducenti.	ר
Decem	י	Tercenti.	ש
Viginti	כ	Quadringenti.	ת

Sunt tamen qui quingentenarium numerū & deinceps vſque ad mille per quinque litteras finales deſignarent. puta quingenta per ך ſexcenta per ם ſeptingenta per ן octingenta per ף nongenta per ץ Sed hec ratio numeros deſignandi nō ab omnibus recipitur: ſed per litteras alphabeti compoſitas id faciunt. vt quingenta per תק hoc eſt per quadringenta & centum. atqꝫ eodem modo de ceteris. Id quoqꝫ non eſt diſſimulandum hebreos vſque adeo: reformidaſſe prodere nomen illud ineffabile tetragrammaton: vt quoties in numeris deſignādis aliquot ex illis inciderent: in alias litteras commutarent: que alios numeros exhibent. vt quindecim qui per יה deſignari debuerant:: hoc eſt per quinqꝫ & decem: per טו deſcriberent hoc eſt per ſex & nouē. Sed de numeris in preſentiarū ſatis multa.

De relatiuis.

REl atiuorum nominum duo ſunt genera: nam quedam ſunt relatiua ſubſtantie: quedam relatiua accidentis. Relatiua ſubſtantie ſunt: que referunt aliquod antecedens ſubſtantiuum. vt אַשְׁרֵי הָאִישׁ אֲשֶׁר לֹא הָלַךְ Beatus vir: qui nō abiit: qui relatiuum refert antecedens illud vir: quod eſt nomē ſubſtantiuum. Eſt autem apud hebreos vnum relatiuum ſubſtantie. id autem eſt aſer. que eſt dictio per ſe poteſtqꝫ referre antecedens vtriuſqꝫ generis & numeri & cuiuſqꝫ perſone: neqꝫ decliatur ex ſingulari nūero in pluralē ſed tm̄ p articulos ſic. הָאִישׁ אֲשֶׁר בָּא Vir q venit. הָאֲנָשִׁים אֲשֶׁר בָּאוּ Viri qui venerūt הָאִשָּׁה אֲשֶׁר בָּאָה Mulier q̄ veīt. הַנָּשִׁים אֲשֶׁר בָּאוּ Mulieres q̄ venerūt. & eodē mō p alios caſus. Eſt pterea alterū relatiuū ſubſtātie: qđ nūquā repitur ſeparatū p ſe: ſed tm̄ in cōpoſitiōe cū verbo quod ſequitur: cuiuſmodi eſt in oratione dominica ſic. Pater noſter qui es in celis. pro quo in hebreo dicitur אָבִינוּ שֶׁבַּשָּׁמַיִם. שֶׁ non eſt dictio per ſe: ſed componitur cum verbo quod ſequitur בַּשָּׁמַיִם dicimuſqꝫ ſub vno accētu. שֶׁבַּשָּׁמַיִם Eſt namqꝫ regula apud hebreos: quod nulla dictio eſt que vna tantum littera contineatur. Quod ſi vſpiam reperitur huiuſmodi particula ſiue ſit nomen ſiue prepoſitio ſiue coniunctio ſiue articulus: non eſt cenſenda dictio per ſe ſed cum verbo ſequenti iungitur ſiue per compoſitionem ſiue per appoſitionē Relatiua accidentis ſunt: que referunt aliquod antecedens adiectiuū. vt ſi dicā ego reddo tibi librū pulchrū qualem mihi tu dediſti: qualem relatiuum eſt accidentis: quia non refertur ad librum ſed ad pulchrum. & huiuſmodi relatiua non ſunt apud hebreos: circumloquuntur tamen ea per hoc aduerbium כְּמוֹ quod poteſt interpretari ſicut. perinde ac ſi dicam reddo tibi librum ſicut dediſti mihi. Sunt preterea relatiua pronominū: ſed de illis differetur vbi de pronomine & de verbo agetur, nunc ad genera pergamus.

De genere nominum.

GEnera nominum que apud hebreos diximus eſſe quique: aut cognoſcuntur ſola natura duce: hoc eſt ſexu quo diſtinguitur maſculus a femina. De quibus nō poteſt dari regula certior: qꝫ quod nomina propria maſculorum aut appellatiua ad maſculos pertinentia ſunt generis maſculini. Quodqꝫ nomina propria feminarum aut appellatiua ad feminas pertinentia ſunt generis feminini. Quodqꝫ nomina appellatiua que poſſunt ad maſculos & ad feminas pertinere: ſūt communia duorum generum hoc eſt maſculini & feminini. Promiſcua vero ſiue habeant ſexum cōfuſum ſiue diſcretum: ſunt illius generis in quo proferri conſueuerunt. nam ſub alterutro genere comprehenditur vterqꝫ ſexus. aliquando tamē diſtinguntur terminatione. vt כֶּבֶשׂ כִּבְשָׂה. i. agnus agna. & tūc cuique terminationi accommodatur ſuum genus. Que vero ſexum non habent: nihilominus neceſſe eſt ſub alterutro genere proferri: vt nō committamus ſoloeciſmum: cum fuerint illis accommodanda nomina adiectiua. aut participia. aut verba. Nam & verbo quemadmodum & nomini accidit genus: vt ſuo in loco dicetur. Greci huiuſmodi nominum genera diſtinguunt per articulos. Latini qui articulis carent per regulas aut ſignificationis aut terminationis. Hebrei qui neqꝫ articulos habent. vt greci: neqꝫ terminationum regulas ut latini: tribus modis poſſunt venire in huius rei cognitionem. primo terminatione. Nam feminina plerūqꝫ tribus litteris his אתה terminantur. vt צָבָא militia. צָמָא ſitis. בְּרָכָה benedictio. אוֹת littera ſiue ſignum שִׁבֹּלֶת ſpica. Deſinentia vero in quamcunqꝫ aliā litteram plerumqꝫ ſunt generis maſculini: poſſunt quoqꝫ eſſe generis feminini: quare ad genus dubium referenda ſunt. determinantur tamen ad certum genus per nomen adiectiuum aut pronomen relatiuum. aut per participium. aut per verbū. que coniunguntur generi feminino: deſinunt in he vel in tau. De aliis terminationibus nulla certa ratio tradi poteſt: cū non nunquam reperiantur duo adiectiua diuerſorum generū reddita eidem ſuppoſito. vt in tertio regum. cap. 19. וְרוּחַ גְּדוֹלָה וְחָזָק מְפָרֵק. i. ſpūs grandis & fortis ſubuertēs. vbi גְּדוֹלָה gnīs ē feminini: quia deſinit in he. חָזָק vero adiectiuum & מְפָרֵק participium que deſinunt in coph generis ſunt maſculini. Exemplū de verbo poſſumꝰ habere ex eccleſiaſte cap. 1. זָרַח הַשֶּׁמֶשׁ ideſt oritur ſol. Vbi ſol generis eſt maſculini. quia verbum precedens eſt generis maſculini. & Nau. 3. שֶׁמֶשׁ זָרְחָה ideſt ſol ortus eſt: vbi ſol generis eſt feminini: quia verbum precedens generis eſt feminini quia deſinit in he. & hic eſt ſecundus modus cognoſcēdi genus nominis ſubſtantiui hoc eſt per nomē adiectiuum. per pronomē. per verbum. per participium. Tertius modus cognoſcendi genus nominis eſt ex ipſius declinatione: quoniam maſculina mittunt numerum multitudinis in im. vt אִישׁ אִישִׁים ideſt vir viri. feminina vero in oth. vt אִשָּׁה אִשּׁוֹת ideſt mulier mulieres. Sed hec regula non vſquequaqꝫ vera eſt: nam patitur plerumqꝫ exceptionem: vt in declinatione nominis differemus in. cap. ſequenti.

De declinatione nominum.

DEclinationes nominum apud hebreos non diſtinguntur niſi a ſingulari numero in pluralem. que diuerſitates quia due ſunt tantum: due erunt apud illos nominū declinationes. Prima maſculinorum mittentia pluralē in. im. a quacunqꝫ ſingularis terminatione. idqꝫ duobus modis aut addita im. vt דָּבָר דְּבָרִים ideſt verbum verba. aut vltima littera

Digitized by Google

mutata in im. vt שִׁבֹּלֶת שִׁבֳּלִים ideſt ſpica ſpice. Secunda declinatio eſt femininorum mittentia pluralem in oth a quacumq; ſingularis terminatione: idq; duobus modis aut addita oth. vt צָבָא צְבָאוֹת ideſt militia militie. aut vltima littera mutata in oth. vt מִלָּה מִלּוֹת ideſt dictio. dictiones. Sed in hac formatione plerumq; precedentium ſyllabarum vocales mutantur. ſed nō vno modo. Nam monoſyllaba non mutant vocalem preter ad modum pauca: que nonnunquam mutant .e. vocalem in .a. vt בֵּן בָּנִים filiꝰ filii. ſed plerūq; in .i. vt חֵץ חִצִּים .i. ſagitta. נֵס נִסִּים iaculum עֵז עִזִּים hircus ſiue capra. עֵת עִתִּים tempus ſiue hora. קֵן קִנִּים nidus קֵץ קִצִּים finis. שֵׁן שִׁנַּיִם dens. Alia quoq; ex hoc genere non mutant. vt עֵד עֵדִים teſtis. עֵץ עֵצִים lignum ſiue arbor. שֵׁם שֵׁמוֹת ideſt. nomen. Alia quoq; ex monoſyllabis mutant alias vocales in alias. vt יוֹם יָמִים dies. צַד צְדָדִים latus עִיר עָרִים ciuitas. ſed hec ſunt admodum rara. Nomina duarū ſyllabarum cuiuſcumq; ſint generis plerumq; mutant vocalem in vocalem. vt דָּבָר דְּבָרִים ideſt verbum. verba. חֵלֶק חֲלָקִים pars: partes. Excipiuntur illa que habent ſimilitudinem cum his dictionibus nihil ſignificantibus: פָּעוּל : פָּעִיל : פְּעַל : פְּעִיל : פִּיעוּל : פִּיעוּל : פֹּעַל : פֹּעַל : פֹּעִיל : פְּעִיל quoniam ſequentes proportionem illarum nihil mutant. vt זְאֵב זְאֵבִים lupus lupi: quod ſequitur proportionem illius dictionis פְּעַל. & ad hanc rationē reducuntur alia complura. Sed aduertendū quod nomina habentia ſimilitudinem cum dictione illa. פָּעוּל ſi in littera ſubſtātiali in medio dictionis poſita non habent dages. mutant vocalem aliam in aliam. vt בָּרוּךְ ideſt benedictus. in בְּרוּכִים benedicti. Quod ſi habent dages nihil mutant. vt אַלּוּף אַלּוּפִים ideſt dux duces. טַבּוּר טַבּוּרִים vmbilicus vmbilici. תַּנּוּר תַּנּוּרִים furnus furni. תַּפּוּחַ תַּפּוּחִים pomum poma. & etiam quando prima littera eſt ex quattuor gutturalibus ſubſcripta cū apice camez vel patha nihil mutant ſiue habeant dages in medio ſiue non habeant. vt חָרוּץ חֲרוּצִים Solicitus ſoliciti. עַמּוּד עַמּוּדִים colūna colūne. Nomina quoq; huius ordinis deſinentia in he: nihil mutant plerumque. vt שָׂדֶה שָׂדוֹת campus. campi. Nomina p̄terea trium aut plurium ſyllabarū plerūq; nihil mutāt ex ſingulari numero in pluralem. vt תְּאֵנָה תְּאֵנִים ficus fici.

De heteroclitis.

SVnt complura nomina que non ſubiiciuntur regulis q̄ ſuperius tradite ſunt de formatione nominum maſculinorum & feminiorum numeri pluralis ex ſingulari: quoniam ſunt complura feminina: quæ mittunt numerū multitudinis in im. Atq; ediuerſo maſculina: que mittunt eundem numerum in oth. Sunt præterea quedā q̄ cum in ſingulari ſint maſculina vel feminina: in plurali hn̄t vtrāq; terminationem.

De femininis in .im.

אֶבֶן אֲבָנִים Lapis lapides:	אֹזֶן אָזְנַיִם Auris aures:
אֵלָה אֵלִים Quercꝰ q̄rcꝰ.	אַלֻּפָה אֲלֻפִּים Māipulus .li.
אֵימָה אֵימִים Timor timores	אִשָּׁה נָשִׁים. mulier mulieꝛ̄s
בֵּיצָה בֵּיצִים ouum oua:	דְּבֵלָה דְּבֵלִים Carica carice.
דֶּרֶךְ דְּרָכִים Via vie	דְּבוֹרָה דְּבוֹרִים Apis apes.
חִטָּה חִטִּים Triticū tritica:	יַעֲנָה יְעֵנִים Struthio.ones.
כֻּסֶּמֶת כֻּסְּמִים Far farra:	לְבֵנָה לְבֵנִים Later lateres:
מוֹפֵת מוֹפְתִים Miraculū .cula.	נְמָלָה נְמָלִים formica .mice.
סְאָה סְאִים Mēſura mēſure:	עַיִן עֵינַיִם Oculus oculi.
עִיר עָרִים Ciuitas .tates.	פִּילֶגֶשׁ פִּילַגְשִׁים Cōcubīa.bine.
צֶבֶת צְבָתִים Manipulus .li.	רָחֵל רְחֵלִים Ouis oues.
שִׁבֹּלֶת שִׁבֳּלִים Spica ſpice:	שׁוֹשַׁנָּה שׁוֹשַׁנִּים Roſa roſe.
שָׁנָה שָׁנִים Annus anni	שְׂעוֹרָה שְׂעוֹרִים Hordeū. dea.
תְּאֵנָה תְּאֵנִים Ficus fici.	De maſculinis in oth.
אָב אָבוֹת Pater patres:	בְּכוֹר בְּכֹרוֹת Priogenitꝰ.ti.
חֲלוֹם חֲלוֹמוֹת Somniū ſomnia	מָאוֹר מְאוֹרוֹת Lumē lumina.
מִזְבֵּחַ מִזְבְּחוֹת Altare altaria:	מָטָר מְטָרוֹת Pluuia pluuie.
מָקוֹם מְקוֹמוֹת: Locꝰ loci vel loca	מִשְׁכָּן מִשְׁכָּנוֹת tabernaculū.la.
סִיר סִירוֹת Olla olle:	קָהָל קְהִלּוֹת Eccleſia.ſie.
קוֹל קוֹלוֹת Vox voces:	קִיר קִירוֹת Paries parietes
שָׂדֶה שָׂדוֹת Campus campi.	שֵׁם שֵׁמוֹת Nomen noīa.

De vtriſq; in im & in oth ſimul.

אֵימָה אֵימִים אֵימוֹת Timor .res. אֹמֶר אֲמָרִים: אֲמָרוֹת verbū verba

דּוֹר דּוֹרִים דּוֹרוֹת Gn̄atio.tiōes. דֶּלֶת דְּלָתִים דְּלָתוֹת Ianua .nue.

חָצֵר חֲצֵרִים חֲצֵרוֹת Villa ville. מִלָּה מִלִּים: מִלּוֹת Dictio.ones.

מַעְיָן מַעְיָנִים מַעְיָנוֹת Fōs fōtes. עָוֹן עֲוֹנִים עֲוֹנוֹת Peccatū peccata.

פִּנָּה פִּנִּים: פִּנּוֹת Angulus āguli. צֵלָע צְלָעִים צְלָעוֹת Latus latera

קֶרֶן קְרָנַיִם קְרָנוֹת Cornu cornua. שָׁנָה שָׁנִים שָׁנוֹת Annus anni

Poteſt fieri vt alia complura interlegendum reperias: ſed q̄ impreſentiarum occurrerunt: exempli gratia ſufficiant.

De numero.

NVmerus nō ſolum accidit nomini: ſed & pronomini: & verbo & participio. Sed quoniam declinatio fit p̱ numeros & per caſus: dicendū eſt prius de numeris .tū de caſibus. Sunt autē numeri vt dictum eſt apud hebreos quēadmodū & apud grecos tres. ſingularis qui hebraice dicitur. לְשׁוֹן יָחִיד hoc eſt lingua vnius. Dualis qui לְשׁוֹן שְׁנַיִם hoc eſt ligua duorū. Plr̄is qui. לְשׁוֹן רַבִּים .i. ligua pluriū. Singlr̄is nūerus in nomine non habet certam terminationem in maſculinis ſed neq; in femininis preter q̄ꝫ in illis que deſinunt in he ſiue in tau. A maſculino ſingulari formatur plurale atq; femininum ſingulare & plurale. Dualis numerus tam in maſculinis q̄ꝫ in femininis formatur a ſingulari addendo im ſiue vltima littera mutata in im. & ante iod plerumq; precedit patha ſiue camez: vt efficiatur áim accentu acuto ſupera. vt עֵינַיִם ideſt. oculi. אָזְנַיִם aures יָדַיִם manus. רַגְלַיִם pedes. Pluralis numerus tam maſculinorum quam femininorū quaratione formentur a ſingulari dictum eſt vbi de nominis declinatione. Sed ſunt complura nomina appellatiua atq; etiam propria locorum ſiue hominum: que cum ſint ſingularia habent terminationem pluralium hoc eſt in im. vt אֲדֹנִים .i. dn̄s. תָּמִים .i. innocēs. קָדִים ſubſolanus vētus. מִצְרַיִם egyptꝰ. לוּדִים nomen viri. Aduertendum preterea quod ab huiuſmodi nominibus in .im. deſinentibus aliquando per apocopen abiiciatur mem illud finale. 2. Regū. cap̄. 22. וַתְּפַלְּטֵנִי מֵרִיבֵי עַמִּי hoc eſt. liberabis me a cōtradictiōſbus populorum. pro quo trāſlatio communis habet populi mei. Aliquando abſcinditur mem littera finalis: & profertur iod non quaſi vocalis ſed quaſi conſonans. ut Ieremie cap̄. 22. וְקָרַע לוֹ חַלּוֹנָי hoc eſt qui aperit ſibi feneſtras. pro eo quod eſſe debuit חַלּוֹנִים. Aliquando mem finalis mutatur in nun. vt Dan̄. 12. לְקֵץ הַיָּמִין .i. in fine dierū. & Ezech. 4. קַח לְךָ חִטִּין hoc eſt: accipe tibi tritica. Notādum eſt preterea quod in nominibus deſinentibus in iod in numero ſingulari: que ex ratione declinatiōis debuerāt geminare iod in numero multitudinis abiicitur ex illis alterū iod. vt ab eo quod eſt גּוֹי .i. gēs. dicimus גּוֹיִם .i. gētes per vnum iod: cū deberemus dicere per duplex iod. גּוֹיִּים Illud quoq; aduertendum eſſe quedā noīa dualiter aut pluraliter declinata in im deſinentia: que carēt numero ſingulari. cuiuſmodi ſunt: q̄ ſequuntur.

מִכְנָסַיִם Bracche.	מַיִם Aque.	מֹאזְנַיִם Statere.
כִּלְאַיִם Res mixte	חַיִּים Vite.	שָׁמַיִם Celi.
רֵחַיִם Mole.	צָהֳרַיִם Meridies.	פָּנִים Facies.
מֶלְקָחַיִם Forcipes		

In quibus pōt ītelligi nūerus ſingularis: niſi ſequatur aut p̄cedat nomen adiectiuum aut verbum aut participium numeri pluralis: quoniam tunc pluraliter nominantur. puta מַיִם רַבִּים ideſt aque multe. שִׁמְעוּ שָׁמַיִם .i. audite celi. Sūt e diuerſo nomina ſingulariter declinata que carent numero multitudinis. cuiuſmodi ſunt que ſequuntur: & fortaſſe aliaplura.

צֹאן Ouis.	פוֹל Faba	יַיִן Vinum	חֹמֶץ Acetum
הִין Menſura.	גֵּרָה Granum.	קַיִץ Ver.	חֹם Calor.

קור Frigus תֵּבֵל Mundus יָרֵחַ Luna שֶׁמֶשׁ Sol חֹרֶב Siccitas. Ex quibus pōt figurari pluralis numerus: licet in ſacris litteris nō reperiatur. plurali quoq; numero carēt noīa propria hoīm ſiue locorū. vt אַבְרָהָם abraam. בָּבֶל babylon. & nomina deſinentia in. uth. nō habēt in vſu pluralē; quanquam poſſumus illum formare ſi fuerit opus. qualia ſūt גַּבְהוּת ſuperbia יַלְדוּת Iuuētus כְּלִמּוּת Verecundia. שִׁפְלוּת Humilitas.

De caſibus nominum.

CAſus noīm pnoīm ac participiorū apud latinos & grecos diſtinguūtur tū terminatiōe: tū articulis. tū ſignificatiōne: ſiue partiū orōnis cōſtructione. Apud hebreos caſus plerumq; diſtinguntur conſtructione nominatiui cū verbo vt ſi dicam אִישׁ אָכַל לֶחֶם hoc eſt vir comedit panem. manifeſtum eſt quod vir eſt caſus noīatiui. aut genitiui qui regitur ex vi poſſeſſionis ab aliqua re poſſidente. vt שְׁלֹמֹה בֶּן דָּוִד .i. ſalomon filius dauid. clarum eſt quod dauid caſus eſt genitiui. Alter modus cognoſcendi caſus eſt per articulos: ſiue proarticulos vt hieronymus appellat. Nā articulus eſt pars oratiōis q̄ additur nomini ad oſtendendū cuius generis ē. proarticulus vero ad demonſtrandū cuius eſt caſus. Igitur apud hebreos caſus ſunt ſex. articuli vero quattuor. Nominatiui articulus eſt הַ. genitiui quoq; articulus eſt idem הַ. datiui לְ. accuſatiui אֶת. vocatiui non habent articulos ſed aduerbia vocandi. Ablatiuus non habet articulum ſed prepoſitionem. de qua in ſuo loco. Septimus vero latinorū caſus apud hebreos exprimitur per ablatiuū & ꝑpoſitionē בְּ hoc eſt. in. vt in pſalmo. 32. בִּדְבַר יְהוָה שָׁמַיִם נַעֲשׂוּ .i. verbo dn̄i celi firmati ſunt. pro quo hebrei dicunt ī verbo domini. Sed aduertendum quod particula ha quam diximus eſſe articulum nominatiui & genitiui: poteſt etiam iungi aliis caſibus. Et nunquam reperitur per ſe: ſed ſemper in compoſitione cum ſuo caſuali. & aduertendum quod in dictionib⁹ diſſyllabis aut polyſyllabis ab ain vel heth incipiētibus loco patha vel camez ſcribitur. per ſegol. veluti. הֶהָרִים mōtes. הֶעָרִים ciuitates. & quāquā diximus הַ eſſe articulū nominatiui: & vocatiuū nō habere articulū: aliqñ nominatiuus reperitur ſine articulo & vocatiuus cū articulo. Cū vero nomen aliquod poſt ſe regit genitiuum ex vi poſſeſſionis non admittit articulum. vt Geñ. cap. 2. תּוֹלְדוֹת הַשָּׁמַיִם וְהָאָרֶץ .i. generationes celi & terre. Nomina quoq; locorum ſiue hominum propria non recipiūt articulum. neq; regere poſſunt genitiuum: niſi interueniat nomen appellatiuum. vt שְׁלֹמֹה בֶּן דָּוִד .i. ſalamon filius dauid. poteſt tamen ſubintelligi etiam ſi non exprimatur. vt in euangelio: maria iacobi ſubintellige mater. Quare ſi duo nomia propria aut etiam duo ſubſtantiua iunguntur: vtrumq; erit in eodem caſu. vt רְאוּבֵן שִׁמְעוֹן hoc eſt ruben. ſimeon. Quod ſi duo huiuſmodi nomina iunguntur quorū alterū ſit in genitiuo: illud nomen diſtinctionis gratia recipit. הַ. vt אִישׁ הָאֱלֹהִים hoc ē vir dei. reperitur etiam genitiuus huiuſmodi ſine articulo. vt in eodem exemplo. Poteſt etiam fieri vt genitiuus regatur ab altero genitiuo. vt Geñ. cap. 5. זֶה סֵפֶר תּוֹלְדוֹת אָדָם .i. hic eſt liber generationis adam. Sed de articulis & prepoſitiōibus quomodo apponuntur nominibus & pronominibus: vbi de partibus indeclinabilibus agetur copioſius differemus. nunc eorū que diximus exempla proponamus cum articulis & ſine illis.

Maſculina.

אִישׁ הָאִישׁ	Nominatiuo hic vir.
אִישׁ הָאִישׁ	Genitiuo viri.
לְאִישׁ לְהָאִישׁ	Datiuo viro.
אֶת אִישׁ אֶת הָאִישׁ	Accuſatiuo virum.
אִישׁ הָאִישׁ	Vocatiuo o vir.
מֵאִישׁ מֵהָאִישׁ	Ablatiuo a viro.
בְּאִישׁ בָּאִישׁ בְּהָאִישׁ	Septimo caſu. viro.
אִישִׁים הָאִישִׁים	Plurali nominatiuo. viri.
אִישִׁים הָאִישִׁים	Genitiuo virorum.
לְאִישִׁים לְהָאִישִׁים	Datiuo viris.
אֶת אִישִׁים אֶת הָאִישִׁים	Accuſatiuo viros.
אִישִׁים הָאִישִׁים	Vocatiuo o viri.
מֵאִישִׁים מֵהָאִישִׁים	Ablatiuo a viris.
בְּאִישִׁים בְּהָאִישִׁים	Septimo caſu viris.

Feminina.

אִשָּׁה הָאִשָּׁה	Nominatiuo mulier.
אִשָּׁה הָאִשָּׁה	Genitiuo mulieris.
לְאִשָּׁה לְהָאִשָּׁה	Datiuo mulieri.
אֶת אִשָּׁה אֶת הָאִשָּׁה	Accuſatiuo mulierem.
אִשָּׁה הָאִשָּׁה	Vocatiuo o mulier.
מֵאִשָּׁה מֵהָאִשָּׁה	Ablatiuo a muliere.
בְּאִשָּׁה בְּהָאִשָּׁה	Septimo caſu muliere.
אִשּׁוֹת הָאִשּׁוֹת	Plurali nominatiuo mulieres.

& de aliis caſibus eodem modo dicendum quo dictū eſt de maſculinis. Atq; ad proportionem horum duorum nominum alterius maſculini & alterius feminini: declinātur omnia alia nomina ſi nō carēt alterutro nūero. Et de nomine dicta ſufficiāt qđ ad proportionē attinet. Eſt ꝑterea aiaduertēdū: ꝙ ī noībus duarū aut plurium ſyllabarum que conſtruuntur cum genitiuo: plerumq; mutant primas vocales a prima poſitione: nā monoſyllaba raro mutant. Mutant igitur camez in ſeba. vt מָקוֹם ideſt locus. iunge illi genitiuum & tunc dices מְקוֹם הַמִּזְבֵּחַ .i. locus altaris. atq; eodem modo. דָּבָר iunge genitiuum & dices דְּבַר יְהוָה ideſt verbum domini. & שָׂדֶה iunge genitiuum & dices שְׂדֵה עֶפְרוֹן Campus ephron. In dictionibus preterea diſſyllabis: que habent in medio litteram iod: exteritur illud iod in prolatione: ſi dictiones ille cōſtruuntur cum genitiuo. vt בַּיִת iunge genitiuum & dices בֵּית יִשְׂרָאֵל ideſt domus iſrael. זַיִת ideſt oliuetum: adde genitiuum & dices זֵית שֶׁמֶן hoc eſt oliuetum olei. חַיִל .i. exercitus: adde genitiuum & dices חֵיל פַּרְעֹה .i. exercitus pharaonis. Exteritur etiam iod in prolatione qñ illud nomē componitur cum pronomine vt בֵּיתִי. ideſt domus mea. & etiam in numero plurali vt זֵיתִים. ideſt oliue. Aliquādo tamen in huiuſmodi nominibus iod non exteritur in prolatione. vt in eo quod diximus חֲיָלִים. ideſt exercitus. Noīa quoq; nonnulla que in plurali deſinunt in. im. aliquando amittūt mem litteram ſi cum genitiuo conſtruuntur: & littera que precedit iod ſcribitur p cere. et mutant primas vocales: ſicuti mutabant in formatione pluralis ex ſingulari. vt בָּנִים ideſt filii. adde genitiuum & dices בְּנֵי אַבְרָהָם. ideſt fili abraam. & eodem modo דְּבָרִים ideſt verba. דִּבְרֵי הַיָּמִים: ideſt verba dierum. Nomina preterea trium ſyllabarum quarū due priores veniūt cū patha ſiue camez: ſi ſequatur genitiuus: poſterior apex vertitur in ſeua qui pertinet ad ſyllabam precedentem. hoc mō. אֲנָשִׁים. ideſt homines. אַנְשֵׁי הָעִיר. ideſt homines ciuitatis. חֲכָמִים. ideſt ſapientes. חַכְמֵי לֵב ideſt ſapientes cordis. Cum nomina quoq; in plurali componuntur cum pronominibus: amittunt etiam mem. vt אֲדֹנִים. ideſt domini. אֲדֹנֶיךָ ideſt domini tui. ſed hoc in cap. ſequenti quod eſt de pronomine dicetur. Eſt etiam aduertendum quod nomina feminina deſinentia in. ה he. ſi poſt ſe conſtruantur cum genitiuo: mutant illud. he. in tau. vt צְדָקָה ideſt iuſticia. צִדְקַת הַצַּדִּיק. ideſt iuſticia iuſti שָׁנָה ideſt annus. שְׁנַת רָצוֹן ideſt annus propiciationis. Aliquando tamen in huiuſmodi nominibus. ה. non vertitur in. ת. ſed potius excluditur ſi ſequatur genitiuus. vt in verbo לַיְלָה. ideſt nox. Exo. 12. ca. לֵיל שִׁמֻּרִים. ideſt nox obſeruationum. Nomina quoq; feminina que non deſinunt in he vel in tau. ſi conſtruuntur cum genitiuo: recipiunt in fine tau. vt דָּבָר. ideſt verbum דִּבְרַת שְׁבוּעָה ideſt verbum iuramenti. אֹמֶר ideſt dictum אִמְרַת אֱלוֹהַּ ideſt dictum dei. Quando nomen aliquod conſtruitur cum genitiuo articulus datiui p camez accipit ſeba. vt Geñ. cap. 16. לְקוֹל שָׂרָי.

Digitized by Google

ideſt voci ſare. Idem quoqꝫ dicendum de prepoſitiõe. vt geñ. cap̄. 21. בארץ פלשתים ideſt in terra philiſtinorum. Recipiunt quoqꝫ ſeua pro camez quando poſt nomen ſubſtãtiuum ſequitur adiectiuum. vt geñ. cap̄. 18. לגוי גדול. i. in gentẽ magnã. & Exodi. 12. בבית אחד ideſt in domo vna. preter quã ſi adiectiuũ venit cũ he. articuli: quia tũc beth & lamed poſſunt accipere camez. vt Deut. cap̄. 8. במדבר הגדול ideſt in deſerto grandi. Nõnunquam articulus datiui ſeruit pro genitiuo. ſicut geñ. cap̄. 32. למי אתה. i. cuius es tu. & in eodẽ לעבדך ליעקב. i. ſerui tui iacob. & pſalmo. 3. מזמור לדוד. i. pſalmus dauid. Articulus quoqꝫ accuſatiui aliqñ ponitur pro prepoſitione ablatiui. vt geñ. 31. את יוסף. i. cum ioſeph. Aliquando he ponitur in fine dictionis ad oſtendendũ quod eſt accuſatiui caſus. vt חרבה. i. ad oreb מצרימה ideſt ad egyptum. Si preterea nominis littera prima habet ſeba: lamed datiui & mem & beth ablatiui accipiunt hiric. vt לצדקה ideſt iuſticie. & בצדקה. i. in iuſticia. quod precipue fit ſi huiuſmodi dictio conſtruitur cum genitiuo. ſicuti pſ. 32. בדבר יהוה ideſt in verbo domini. Illud quoqꝫ aduertendũ quod nomina propria hominum ſiue locorũ: lamed datiui & beth ablatiui recipiunt ſeba. vt Geñ. cap̄. 6. ויאמר אלהים לנח ideſt dixit deus noe. & numeri. 12. בעבדי במשה. i. in ſeruo meo moyſe. Quod ſi prima littera nois proprii habet ſeba: lamed datiui & beth ablatiui recipiunt hiric. vt לשלמה. ideſt ſalomõi בראובן. ideſt cum ruben.

De nominibus anomalis.

IN ſuperiorib⁹ dictum eſt de nominibus regulariter declinatis: nunc de irregularibus: hoc eſt que in declinatione aliquid mutant. Nam quod de nominum formatione a ſingulari in pluralem dictum eſt: quod maſculina exeunt in. im. addita im vel vltima littera i im mutata: non vſquequaqꝫ obſeruatur quoniam aliquando additur vel detrahitur vel mutatur littera vel apex: aut vtrumqꝫ. vt ecce. אזן hoc eſt auris per rectam formationem debuit facere אזנים dicendũ eſt tamen אזנים hoc eſt a vocalis addita. Et ne in ſingulis immoremur diſpoſuimus quedam nomina in quibus vna aut plures huiuſmodi irregularitates reperiuntur.

אדום. אדומים	Ruber. rubri.
אזן. אזנים	Auris. aures.
אחות. אחיות	Soror ſorores.
אנוש. אנשים	Homo homines.
אף. אפים	Naris nares.
אשה. נשים	Mulier mulieres.
בית. בתים	Domus domus.
ברך. ברכים	Genu genua.
בת בנות	Filia filie.
גדי. גדיים	Hedus hedi.
דלת. דלתים	Ianua ianue.
דרך. דרכים	Via vie.
חלץ. חלצים	Lumbus lumbi.
יד. ידים	Manus manus.
יום. ימים	Dies dies.
ירך. ירכים	Femur femora.
כנף כנפים	Ala ale.
כף. כפים	Palma manus. palme.
כפל. כפלים	Duplicatio. duplicationes.
ככר ככרים	Talentum talenta.
כרע. כרעים	Crus crura.
לאם. לאמים	Populus populi.
לחי. לחיים	Maxilla. maxille.
מלכות. ממלכות	Regnum regna.
עין. עינים	Oculus oculi.
ערום. ערומים	Nudus nudi.
פה. פים. פיות	Os ora.

צבי, צבאים	Hinnulus, hinnuli.
צד. צדדים	Latus latera.
צל. צללים	Vmbra vmbre.
קרן. קרנים	Cornu cornua.
רגל. רגלים	Pes pedes.
שד. שדים	Mamma mamme.
שן. שנים	Dens dentes.
שפה. שפתים	Labrum labra.
תם. תמים. תמימים	Perfectus perfecti.

Sunt preterea quedam nomina que per figuram quam greci vocant metatheſim ideſt tranſpoſitionem littere mutant ordinem a principio in medium ſiue in finem: aut a fine ſiue a medio in principium. cuiuſmodi ſunt hec.

גמא אגם	Iuncus ſiue pelagus.
כבש כשב	Aries.
כסיל סכל	Stultus
רגע. גוער	Reprehendens
שחיס. סחיש	Pomum.
שלמה. שמלה	Lintheum.

Atqꝫ ad hunc modum alia complura. que permutatio non ſolum reperitur in litteris: ſed etiam in ſyllabis & in partib⁹ orationis: quoniam particule prepoſitiue poſtponũtur: & poſtpoſitiue preponuntur. Quod vitium excuſari poteſt: ſi intellectui non nocet: vt geñ. 41. וכל הארץ באו מצרימה hoc eſt omnes prouincie veniebant egyptum in. pro in egyptum. & in eo. לשבר אל יוסף. ideſt vt emerent ad ioſeph. pro ad ioſeph vt emerent. i. veniebant ad ioſeph vt emerent. & 4. Regum. cap̄. 9. ותשם בפוך עיניה ideſt & poſuit in ſtibium oculos ſuos. pro & poſuit ſtibium in oculis ſuis. Sed de nomine ſatis multa dicta ſũt: nũc de pronomine agendum videtur: ſi premiſerimus antea eſſe alios articulos a ſuperioribus qui non veniunt in compoſitione. puta של genitiui. אל datiui. מן ablatiui. עם effectiui: que idcirco hoc in loco diximus quoniam ex his prepoſitionibus pronominum caſus deriuantur.

De pronomine.

PRonomen eſt pars oratiõis que loco proprii nominis ponitur. Pronomini accidunt ſex. Species. figura. perſona. genus. numerus. caſus cum declinatione. Species pronominum ſicut & nominum due ſunt. primigenia & deriuatiua. Primigenia vero reperiuntur ſeparata. deriuatiua tantum in compoſitione. Caſus quoqꝫ primitiuorum deriuati ſũt a prepoſitionibus ſiue articulis nominum. vt שלי qui eſt genitiuus huius pronominis primitiui אני. & לי ſiue אלי qui ẽ datiuus ab eo quod אל. & eodem modo de aliis caſibus. idqꝫ p additionem vel detractionem littere. qui in prima perſona in ſingulari deſinunt in. iod. in plurali vero in nu. hoc modo.

אני. אנכי	Nominatiuo ego.	שלי	Genitiuo mei.
לי. אלי	Datiuo mihi.	אתי	Accuſatiuo me.
	Vocatiuo caret.	ממני. מני	Ablatiuo a me.

Plurali numero.

אנחנו: נחנו: אנו	Nominatiuo nos.	שלנו	Genitiuo nr̃m
לנו: אלינו	Datiuo nobis.	אתנו	accuſatiuo nos
	Vocatiuo caret.	ממנו	Ablatiuo a nobis.

Pronomen primitiuum ſecunde perſone in nominatiuo ſingulari generis maſculini terminatur in he littera. femininũ vero eiuſdem numeri deſinit in tau cum ſeua.. Caſus vero obliqui finiuntur in caph ſubiecto camez pro maſculinis: ſed pro femininis cum ſeba: qui pertinet ad ſyllabam precedẽtẽ: ſic.

אתה: את	Nominatiuo tu.	שלך שלך	Genitiuo tui.
לך: אליך: לך אליך	Datiuo tibi.	אתך אתכה: אתך	Accuſatiuo te.
אתה: את	Vocatiuo o tu.	ממך: ממך	Ablatiuo a te.

Plurali numero.

אתם: אתן אתנה	Nominatiuo vos.	שלכם: שלכן	Genitiuo vr̃m.

Digitized by Google

לָכֶם אֲלֵיכֶם:לָכֶן	Datiuo vobis.
אֶתְכֶם:אֶתְכֶן	Accuſatiuo vos.
אַתֶּם:אַתֶּן	Vocatiuo o vos.
מִכֶּם:מִמְּכֶם.מִכֶּן	Ablatiuo a vobis.

Aduertendum eſt: quod pronomen prime perſone tam in recto quam in obliquis tam in ſingulari ꝙ in plurali terminationes habet communes maſculino generi ac feminino. At uero pronomen ſecunde perſone terminationes habet diuerſas ꝑ maſculinis & femininis vt dictum eſt. Illud preterea notandū eſt: quod pronominis huius generis feminini terminatio tribus in locis ſcripture tantum reperitur iuncta maſculini generis nomini. Primo. Numeri. cap̄. 11. וְאִם כָּכָה אַתְּ עֹשֶׂה לִּי. ꝓ quo latini habent. ſin aliter tibi videtur. Secundo Deut. cap̄. 5. וְאַתְּ תְּדַבֵּר אֵלֵינוּ nos autem ad hunc modum. tu loqueris ad nos. Tertio Ezech. 28. אַתְּ כְּרוּב מִמְשַׁח הַסּוֹכֵךְ idest tu cherub extentus & protegens. Nonnunquam preterea datiuus & accuſatiuꝰ generis feminini iungitur generi maſculino. vt Deut. cap̄. 7. לָתֵת לָךְ Latine ſic vt daret tibi. & Prouer. 7. תֵּנְחֶה אֹתָךְ Latine ſic gradietur tecū. quod maxime contingit in fine clauſule. Aduertendum eſt quoq; quod huius pronominis plurale maſculinum terminatur in mem precedente littera cui ſubiicitur ſegol. femininum vero mutat mem. in nun.

Pronomen primitiuum tertie perſone generis maſculini numeri ſingularis deſinit in vau cum ſurech: ſequenti aleph ocioſa. Femininum vero deſinit in iod precedente hiric ſequenti quoque aleph ocioſa. Obliqui vero maſculinorum numeri ſingularis deſinunt in. o. preter ablatiuum qui terminatur in. u. feminina vero deſinunt in. a. per apicem cames ſequenti he cū apice mapic. in modum ſequentem.

הוּא:הִיא הִוא	Nominatiuo ille. illa.
שֶׁלּוֹ:שֶׁלָּהּ	Genitiuo illius vel ſui.
לוֹ אֵלָיו:לָהּ אֵלֶיהָ	Datiuo illi vel ſibi.
אֹתוֹ:אֹתָהּ	Accuſatiuo illum illam vel ſe.
	Vocatiuum non habet.
מִמֶּנּוּ מִמֶּנָּה	Ablatiuo ab illo illa vel a ſe.
	Plurali.
הֵם הֵמָּה:הֵן הֵנָּה	Nominatiuo illi ille.
שֶׁלָּהֶם:שֶׁלָּהֶן	Genitiuo illorum. arū. vel ſui.
לָהֶם אֲלֵיהֶם:לָמוֹ אֵלֵימוֹ לָהֶן אֲלֵיהֶן	Datiuo illis: vel ſibi.
אֹתָם אֶתְהֶם:אֹתָן אֶתְהֶן	Accuſatiuo illos illas vel ſe.
	Vocatiuum non habet.
מֵהֶם מִנְּהֶם:מֵהֶן מֵהֵנָּה	Ablatiuo ab illis vel a ſe.

Eſtq; hoc in loco notandum: quod ablatiuus numeri ſingularis huius pronominis aſſimilatur ablatiuo pronominis prime perſone numeri pluralis. que ambiguitas non poteſt tolli niſi ex contextu partium orationis. Nominatiuus preterea huius pronominis in genere maſculino numeri pluralis finitur in. em. per. m. femininum vero in. en. per. n. Notandum preterea quod aliquando reperitur nominatiuus generis maſculini huius pronominis coaptatꝰ generi feminino. vt in libro ruth pri. וְהֵמָּה בָּאוּ hoc eſt ille venerunt. atq; e diuerſo reperitur eiuſdem pronominis genus femininum coniunctum generi maſculino. vt ſecundo. Reg. 5. וְהֵנָּה בָּאוּ hoc eſt & illi venerunt. In quibuſdam tamen codicibus recentiores particulam illam aliter punxerunt in hūc modum. וְהִנֵּה. idest & ecce. quē ſenſum trāſlatio chaldaica ſequitur. hoc modo. וְהָא אִנּוּן Pronomē ſuperius eſt demonſtratiuum rerum coniunctarum tertie perſone: que ſunt remotiores. quod vero ſequitur demonſtrat res ꝓximas prime aut ſecunde perſone: cuius explicatio eſt.

זֶה זוּ:זֹאת זוֹ	Nominatiuo hic hec.
שֶׁל זֶה:שֶׁל זֹאת	Genitiuo huius.
לָזֶה:לָזֹאת	Datiuo huic.
אֶת זֶה:אֶת זֹאת	Accuſatiuo hunc hanc.
	Vocatiuum non habet.
מִזֶּה.מִזֹּאת	Ablatiuo ab hoc ab hac.
	Plurali.
אֵלֶּה:אֵלּוּ	Nominatiuo hi he.
שֶׁל אֵלֶּה	Genitiuo horum harum.
לָאֵלֶּה	Datiuo his.
אֶת אֵלֶּה	Accuſatiuo hos has.
	Vocatiuum non habet.
מֵאֵלֶּה	Ablatiuo ab his.

Hoc in loco notādū eſt. q̄d plerūq; ſupius pronomē ſeqtur verbū & nō nomen. vt numeri. 26. לָאֵלֶּה תֵּחָלֵק הָאָרֶץ idest his diuidetur terra. nam apud hebreos elegantius dicitur viro huic quam huic viro. Et duobus proximis pronominibus in nominatiuo plerūq; preponuntur nominibus. vt זֶה הָאִישׁ .i. hic vir. in obliquis vero non preponuntur. dicimus namq; לָאִישׁ הַזֶּה & non לָזֶה הָאִישׁ At uero quando he cum patha vel camez anteponitur illis: tunc pronomina poſtponuntur nominibus in hunc modum.

הָאִישׁ הַזֶּה הַלָּזֶה	Vir iſte.
הָאִשָּׁה הַזֹּאת:הַלֵּזוּ הַלָּז	Mulier iſta.
הָאֲנָשִׁים הָאֵלֶּה הָאֵל	Viri iſti.
הַנָּשִׁים הָאֵלֶּה הָאֵל	Mulieres iſte.

Et hec de nominibus primitiuis dicta ſufficiant: nunc de deriuatis ſiue compoſitis dicendum eſt. Componuntur vero pronomina deriuatiua cum nomine. aut cum verbo. aut cum participio: vel cum prepoſitione: neq; vnquam reperiuntur ſeparata: ſemperq; illis preferuntur alie partes orationis ſupradicte atq; in hunc modum compoſita vocantur ab hebreis כִּנּוּיִים que in formatione numeri pluralis ex ſingulari communiter mutant primas vocales: quemadmodum in nominibus dictū eſt. Et prime perſone vtriuſq; numeri ſunt ſimiles in genere maſculino & feminino: ſicut dictum eſt in pronominibus primitiuis. & ſequuntur eaſdem terminationes caſuum obliquorum ſupradictorum & eaſdem litteras in fine pronominū ad denotādū perſonā cuius eſt ſermo. in hūc modum. דָּבָר verbū.

דְּבָרִי	Verbum meum. m. vel. f.
דְּבָרְךָ:דְּבָרֵךְ דְּבָרֵכִי	Verbum tuum. m. f.
דְּבָרוֹ דְּבָרֵהוּ:דְּבָרָהּ	Verbum ſuum vel illius. m. f.
דְּבָרֵנוּ	Verbum noſtrum. m. vl' f.
דְּבַרְכֶם:דְּבַרְכֶן דְּבַרְכֶנָּה	Verbum veſtrum. m. f.
דְּבָרָם דְּבָרֵמוֹ:דְּבָרָן	Verbū ſuū vel illorū illarum.
דְּבָרִים	Verba. Plurali numero.
דְּבָרַי	Verba mea. m. vl' f.
דְּבָרֶיךָ:דְּבָרַיִךְ דְּבָרָיְכִי	Verba tua. m. f.
דְּבָרָיו:דְּבָרֶיהָ	Verba ſua vel illorum. m. f.
דְּבָרֵינוּ	Verba noſtra. m. f.
דִּבְרֵיכֶם:דִּבְרֵיכֶן	Verba veſtra. m. f.
דִּבְרֵיהֶם:דִּבְרֵיהֶן דִּבְרֵיהֶנָּה	Verba ſua vel illorū illarum

Quando eſt finis clauſule venit pronomen ſecūde perſone generis maſculini numeri ſingularis cum ſegol loco ſeba: inclinaturq; eodem accentus. vt numeri. 14. סָלַחְתִּי כִּדְבָרֶךָ idest peperci iuxta verbum tuum. & notandum quod nomina feminina deſinentia in he ſi componuntur cum pronomine mutant illud he in tau. ad hunc modum. תּוֹרָה Lex.

תּוֹרָתִי	Lex mea. m. vel. f.
תּוֹרָתְךָ:תּוֹרָתֵךְ	Lex tua. m. f.
תּוֹרָתוֹ:תּוֹרָתָהּ	Lex illius vel ſua. m. f.
תּוֹרָתֵנוּ	Lex noſtra. m. vel f.
תּוֹרַתְכֶם:תּוֹרַתְכֶן	Lex veſtra. m. f.
תּוֹרָתָם:תּוֹרָתָן	Lex illius vel ſua. m. f.
תּוֹרוֹת	Leges. Plurali numero.
תּוֹרוֹתַי	Leges mee. m. vel f.
תּוֹרוֹתֶיךָ:תּוֹרוֹתַיִךְ	Leges tue. m. f.

Digitized by Google

תּוֹרֹתָיו:תּוֹרֹתֶיהָ	Leges ei⁹.m.f.
תּוֹרֹתֵינוּ	Leges noſtre.m.vel.f.
תּוֹרֹתֵיכֶם.תּוֹרֹתֵיכֶן	Leges veſtre.m.f.
תּוֹרֹתֵיהֶם:תּוֹרֹתֵיהֶן	Leges ſue.m.f.

Sunt tamen quedā nomina feminina in he deſinentia :in qui
bus aliquando he non vertitur in tau.vt סֻכָּה ideſt tabernacu-
lum.Pſal.26.כִּי יִצְפְּנֵנִי בְּסֻכֹּה ideſt abſcondet me in tabernacu-
lo ſuo.vbi pro סֻכָּתוֹ ponitur.סֻכֹּה Item פִּשְׁתָּה.ideſt linū.Oſee.
11.צַמְרִי וּפִשְׁתִּי ideſt lana mea & linum meū . vbi pro eo quod
eſſe debuit פִּשְׁתָּתִי legitur פִּשְׁתִּי.& alia complura ad hunc mo
dum.Et notandum quod pronomē tertie perſone numeri ſin
gularis aliquando habet he ocioſam cum puncto mapic . vt
דִּבְּרָהּ תּוֹרָתָהּ.Nomina preterea ſimplicia nonnunquam repe-
riuntur terminari ad pronominum ſimilitudinem.vt Gen̄.ca.
49.בְּנִי אֲתֹנוֹ ideſt filius aſine ſue.Ieremie quoq; cap̄.22.וְקָרַע
לוֹ חַלּוֹנָי & aperit ſibi feneſtras.que poſſunt dignoſci ex cōtex
tu partium orationis.Sunt preterea quedam nomīa monoſyl-
laba que finita in.iod poſſunt eſſe pronomina prime perſone
numeri ſingularis:aut nomina que poſſunt conſtrui cum geni
tiuo.vt אָב.i.pater.אֲבִי יִשַׁי.i.pater iſai.אָח.i. frater . אֲחִי אַבְרָם
ideſt frater abraam.פֶּה os. פִּי יְהוָה. i.os domini . Que nomina
ſi iunguntur pronominibus tertie perſone numeri ſingularis
ponuntur dupliciter hoc modo.

אָבִיו אֲבִיהוּ	Pater eius vel illius.
אָחִיו אֲחִיהוּ	Frater eius vel illius.
פִּיו פִּיהוּ	Os eius vel illius.

Notandum quod hoc pronomen כָּל quando iungitur his pro
nominibus mutat camez ſiue holem in ſurec.vt כֻּלָּנוּ.ideſt om
nes nos.Alia pronominum accidentia ad nominis rationem
reducenda ſunt.nunc ad verbi conſiderationem accedamus.

De verbo.

VErbum eſt q̃ ſignificat cū modis & temporibus:cui p̄-
ter ſpeciem ac figuram accidunt ſeptem.ſ.coniugatio.
vox.modus.tempus.numerus.perſona.genus maſculi
num aut femininum. Coniugationes verborum quattuor
ſunt.Prima coniugatio eſt verborum habentium tres litteras
ſubſtantiales tantum: quarum prima ſcribitur ſubiecto camez
ſecunda ſubiecto patha.hoc modo.פָּקַד.ideſt viſitauit.vocatur
q; hec coniugatio בִּנְיָן הַקַּל ideſt coniugatio leuis & ſimplex:
quia non recipit alias litteras preter quam illas que ſunt neceſ
ſarie ad deſignanda ipſius verbi accidentia.& eſt fundamentū
aliarum coniugationum.Appellatur quoq; leuis : quia profer
tur leniter:ideoq; non admittit dagues: cuius eſt litteram du-
riorem facere:quod precipue recuſat in littera media . Secū
da coniugatio eſt verborum habentium dagues in littera ſub-
ſtantiali media:vocaturq; פֹּעַל הַדָּגוּשׁ ideſt verbum durum pro
latu:propter dagues quem habet.vt.פִּקֵּד. Tertia coniugatio
eſt verborum habentium quinque litteras:quoniam in princi
pio additur he ſubiecto hiric & in medio iod ocioſa . vt הִפְקִיד
ideſt fecit viſitare:vocaturq; eodem nomine hoc eſt . הִפְעִיל
Quarta coniugatio eſt quattuor litterarum ſubſtantialium:&
prima ſyllaba ſcribitur per vau.& tertia littera plerumq; gemi
natur vt רוֹמֵם ideſt exaltauit.& vocatur פֹּעַל מְרֻבָּע hoc eſt ver
bum quadratum:a quattuor litteris quas continet in tertia per
ſona ſingulari preteriti indicatiui . Et ſunt quedam verba que
poſſunt per omnes quattuor coniugationes declinari cuiuſmo
di eſt verbum פָּקַד quo vſi ſumus exempli cauſa. Sunt tamen
alia verba que non poſſunt declinari niſi per quaſdam illarū.
Differunt he quattuor coniugationes inter ſe ratione ſignifi-
cationis:quia prima ſignificat actionem remiſſam . Secunda
actionem intenſam. Tertia que facit actionem verbi tranſire
in aliam perſonam.ſicuti.4.Reg.7.הִשְׁמִיעַ אֶת מַחֲנֵה אֲרָם ideſt
audire fecit caſtra ſyrie: & propterea hec coniugatio habet du-
as litteras vltra ſubſtantiales. Quarta que etiam ſignificat ali
quando actionem tranſitiuam: ſicut & tertia . Signatur quoq;
differentia in verbo: mutatione ſignificatiōis.vt in verbo דִּבֵּר
ſi eſt ſecunde coniugationis ſignificat loqui. ſi tertie cōfregit
aut occidit.vt Pſalmo.17.וַיַּדְבֵּר עַמִּים ideſt confregit populos.
preterea חָרַשׁ ſi eſt prime coniugationis ſignificat arare. ſi ter
tie eſt tacere.& ad hunc modum alia complura.Sed aduertēdū
imprimis: quod prima cuiuſq; verbi & coniugationis poſitio
vnde alia tempora formantur: eſt tertia perſona numeri ſingu
laris:preteriti p̄fecti indicatiui modi.Illud quoq; non omitten
dum: eſſe quedam verba perfecta: & alia imperfecta . Perfecta
ſunt: que non amittunt aliquam ex tribus litteris ſubſtantiali-
bus que ſunt proprie ſignificationis verbi.Imperfecta ſunt il-
la que amittunt aliquam ex illis litteris in coniugationis diſ-
curſu: de quibus infra ſuo in loco dicetur.nunc interim de per
fectis. Vox quam diximus eſſe ſecundum verbi accidens eſt
illud quo diſtinguitur verbum actiuum a paſſiuo.vt פָּקַד ideſt
viſitauit. נִפְקַד ideſt viſitatus eſt.in hac coniugatione vox acti-
ua differt a paſſiua per litteram nun ſubiecto hiric.in aliis aliter
atq; aliter. Modi verborum ſunt tres.indicatiuus.imperati-
uus.infinitiuus.indicatiuus eſt: per quem ſimpliciter oſtendi-
mus quid fit.vt פָּקַד.ideſt viſitauit. imperatiuus quem vocant
צִוּוּי eſt per quem imperamus aliquid fieri.vt פְּקֹד ideſt viſita.
infinitiuus quem vocant מָקוֹר eſt cuius actio ſiue paſſio infini
te hoc eſt ſine numeris & perſonis ponitur.vt פָּקֹד. ideſt viſita
re. Optatiuus & ſubiunctiuus ſupplētur per aduerbia ſiue cō
iunctiones: & per indicatiuum aut infinitiuum.
Tempora verborum tria ſunt.preſens. preteritum . futurum.
Preſens tempus hebrei non habent :circumloquuntur tamen
illud per participium & perſonam que illi adiungitur . & p̄ eo
quod nos dicimus ego audio: illi dicunt אֲנִי שׁוֹמֵעַ.ideſt ego au
diens.ſ.ſum.& intelligitur verbum ſubſtantiuum: alioquin nō
eſſet enunciatio.Preteritum imperfectum ſuppletur per futu-
rum indicatiui.aut per preteritum: ſed plerumq; per participi
um preſentis & verbum ſubſtantiuum eiuſdem temporis.pluſ
quam perfectum vero confunditur cum preterito perfecto.
Numeri verborum duo ſunt.Singularis qui de vno loquitur.
vt פָּעַל.ideſt fecit.Pluralis qui de pluribus loquitur . vt פָּעֲלוּ.i.
fecerunt. Perſone verborum quemadmodum nominum &
pronominum tres ſunt.Prima que de ſe loquitur.vt אֲנִי פָּעַלְתִּי
ego feci.Secunda ad quam prima loquitur. vt אַתָּה פֹּעֵל tu facis
Tertia de qua prima loquitur vt הוּא פֹּעֵל ille facit. Genera
verborum quemadmodum & nominum & pronominū duo
ſunt.maſculinum & femininum.maſculinum eſt quod iungi-
tur ſuppoſito generis maſculini expreſſo vel ſubintellecto.ſi
cuti.אֵל פָּעַל ideſt deus fecit.Femininum verbi genus eſt: quod
iungitur ſuppoſito generis feminini expreſſo vel ſubītellecto
vt אִשָּׁה פָּעֲלָה.ideſt mulier fecit.Sed antea quam ad explicatio
nem coniugationis uerborum veniamus aduertendum eſt: q̄d
in prima uerbi perſona tam in ſingulari quam in plurali gen⁹
maſculinum & femininum aſſimilantur in preterito & in fu-
turo indicatiui modi.preterita quoq; eiuſdem modi in tertia p̄
ſona plurali in genere maſculino & feminino ſunt in termina
tione ſimilia.Illud quoq; notandum quod in prima coniuga
tione prima verbi poſitio habet terminationes tres : primam
in.a cum patha ſequenti alia littera .ut פָּקַד.ſecundam in. e.cū
cere.vt חָפֵץ.ideſt uoluit.Tertiam in.o.cum holem .ut יָכֹל ideſt
potuit.& in hac coniugatione prima littera ſcribitur ſubiecto
camez.cuius explicatio in hunc modum ſequitur.

Prima coniugatio.

IN uoce actiua indicatiuo modo tempore preterito.

פָּקַד	Viſitauit.m.	פָּקְדָה	Viſitauit.f.
פָּקַדְתָּ	Viſitaſti.m.	פָּקַדְתְּ	Viſitaſti.f.

פָּקַדְתִּי Viſitaui.m.&.f.

Plurali.

פָּקְדוּ Viſitauerunt.m.&.f. פְּקַדְתֶּם Viſitaſtis.m.

פְּקַדְתֶּן Viſitaſtis.f. פָּקַדְנוּ Viſitauimus.m.&.f.

Aduertendum quod quando prima verbi poſitio hoc eſt פָּקַד iungitur dictioni monoſyllabe aut habenti accentum in prima:illa quoq; habet accentum in principio. vt gen. cap.1. קָרָא לָיְלָה idest vocauit noctem.& numeri.27. וְשָׁאַל לוֹ idest & interrogabit eum. Illud quoq; eſt notandum quod quando prima littera ſubſtantialis vel media eſt aliqua ex his quattuor אהחע & debebat ſcribi cum ſeba:tunc ſeba mutatur in camez: vel patha:vt אֲהַבְתֶּם .i. dilexiſtis בָּחֲרָה idest elegit. que regula obſeruatur in omnibus modis.temporibus.& perſonis. vbicũq; ſeba ſupponitur littere ſubſtantiali in medio ipſius verbi:ſi illa littera eſt ex illis quattuor:ſeba quoque vertitur in camez. Et quando venit in fine clauſule: etiam ſi littera ſubſtantialis media non ſit aliqua ex illis quattuor ſeba littere medie ſubſtã tialis vertitur in camez vel patha:& in ea collocatur accentus. vt Numeri.19. אֶת מִשְׁמֶרֶת יְהוָה שָׁמָרוּ idest cuſtodiam domini cuſtodierunt.& Iudicum.19 חָלָב נָתָנָה idest lac dedit. Tertia p̃terea verbi pluralis perſona recipit aliquando nun in fine. vt Deut.8. אֲשֶׁר לֹא יָדְעוּן אֲבֹתֶיךָ .idest que non cognouerunt patres tui.& per preteritum huiuſmodi ſuppletur preteritum imperfectum & pluſquam perfectum eiuſdem. vt Gen.37. אָהַב אֶת יוֹסֵף idest amabat ioſeph. ſupletur etiam preteritum imperfectum per futurum.vt Iob.1. כָּכָה יַעֲשֶׂה אִיּוֹב idest ſic faciebat iob. Nonnunquam additur he littera in fine verbi ſecunde pſone gñis maſculini numeri ſingularis.vt gen.3. הָאִשָּׁה אֲשֶׁר נָתַתָּה idest mulier quam dediſti. Aliquando quoq; he finalis vertitur in tau: in verbis tertie perſone generis feminini numeri ſingularis.vt Eſaie.23. וְנִשְׁכַּחַת צֹר idest obliuioni dabitur tyrus. Preſens indicatiui modi circumloquimur per participium quod deriuatur a prima verbi poſitione:& habet ſemper.o.vocalem in principio.& eſt ſimile nomini adiectiuo tã in genere q̃ in terminatione & declinatione.ſic.

פּוֹקֵד qui viſitat. פּוֹקֶדֶת vel פּוֹקְדָה que viſitat.

פּוֹקְדִים qui viſitant. פּוֹקְדוֹת que viſitant.

& quemadmodum in preterito dictum eſt quando aliqua illarum quattuor litterarum אהחע eſt in medio:ſeba vertitur in camez.vt צוֹעֲקִים צוֹעֲקוֹת idest qui clamãt vel que clamant.& p hoc participium & pronomina circũloquimur perſonas vtriuſq; numeri.ſic. אֲנִי פּוֹקֵד idest ego viſito: & preponitur pronomen participio: nõnunquam vero poſtponitur.vt Ieremie 1. שֹׁקֵד אֲנִי idest vigilo ego. que regula ad alias quoq; coniugationes pertinet. Cum vero littera ſubſtantialis in fine poſitionis prime eſt áin ſiue heth. tunc in participio generis maſculini numeri ſingularis ſuppletur.a.ante illud áin vel heth.& accentus ponitur in littera ſubſtantiali que eſt i medio.vt בּוֹרֵחַ idest qui fugit. genus vero femininũ eiuſdẽ numeri ſic. בֹּרַחַת idest que fugit.& hec quoq; regula extendit ſe ad alias coniugationes: quoties littera ſubſtantialis in medio poſita venit cũ aliquo apice preterq̃ cum camez & patha. Aliquando tamen littera ſubſtantialis in medio poſita recipit patha: & áin ſiue heth finalis pertinet ad vocalem precedentem:quia nullum habet apicẽ ſubiectum.vt pſalmo.93. הֲנֹטַע אֹזֶן idest qui plantat aurem.& quando participium generis feminini numeri ſingularis venit in fine clauſule:tunc in littera ſubſtantiali media habet camez:& in ea collocatur accentus.vt ioſue.11. בְּחוֹמָה הִיא יוֹשָׁבֶת idest in muro illa habitabat. in verbis quoq; deſinentibus in.e.vel in.o. nulla eſt differentia preteriti ad preſens. vt אֲנִי חָפֵץ idest ego volo. אֲנִי יָכֹל idest ego poſſum. Non nunquã etiam participium generis maſculini numeri ſingularis deſinit in hiric ſequẽti iod.vt gen.49. אֹסְרִי לַגֶּפֶן idest qui alligat ad vitem.& Deutero.33. שֹׁכְנִי סְנֶה idest qui habitat in rubo.& alia eodem modo. Et notandum quod per hoc participiũ preſentis quandoq; circumloquimur preteritum imperfectum indicatiui modi cum eiuſdem temporis uerbo ſubſtantiuo.eram eras erat.ut אֲנִי הָיִיתִי פּוֹקֵד ego eram uiſitans.i.ego uiſitabam. Futurum in omnibus coniugationibus ſcribitur per unam ex his quattuor litteris איתן additam in pricipio prime verbi poſitionis ſubiecto hiric:preter quã aleph prime perſone numeri ſingularis cui ſubſcribitur cegol. Terminatiões uero prime perſone utriuſq; numeri ſunt ſimiles in utroq; genere:quemadmodum in preterito dictum eſt. Quod in aliis quoq; coniugationibus obſeruatur. in quibus etiam prime perſone utriuſq; numeri plerumq; recipiunt he in fine:aliquando tamen nõ recipiunt.ut

אֶפְקֹד uel אֶפְקְדָה uiſitabo.m.&.f.

תִּפְקֹד Viſitabis.m. תִּפְקְדִי Viſitabis.f.

יִפְקֹד Viſitabit.m. תִּפְקֹד Viſitabit.f.

Plurali.

נִפְקֹד uel נִפְקְדָה Viſitabimus.m.&.f.

תִּפְקְדוּ Viſitabitis.m. תִּפְקֹדְנָה Viſitabitis.f.

יִפְקְדוּ Viſitabunt.m. תִּפְקֹדְנָה Viſitabunt.f.

Et notandum quod vau littera que ponitur ante litteram ſubſtantialem finalem aliquando abiicitur. Notandum preterea quod terminatio ſecunde perſone generis maſculini numeri ſingularis eſt ſimilis tertie perſone generis feminini numeri ſingularis in omnibus futuris tam actiue vocis quam paſſiue. que voces non poſſunt dignoſci niſi ex contentu partium orationis. Secũde quoq; & tertie perſone voces generis feminini pluralis numeri ſimiles ſunt. Eiuſdem quoq; futuri perſone omnes generis maſculini numeri ſingularis atq; etiam prima perſona pluralis quando iunguntur dictionibus monoſyllabis cum accentu macaph aut habentibus accentum in principio:tunc littera ſubſtantialis medie dictionis habet camez & legitur quaſi holem. vt Pſalmo.88. אֶשְׁמָר לוֹ חַסְדִּי .idest ſeruabo illi miſericordiam meam.& ad hunc modum alia complura. in omnibus etiam perſonis eiuſdem temporis littera ſubſtã tialis medie dictionis aliquando venit cum patha hoc modo. אֶפְעַל idest faciam. quod precipue fit in verbis quorum littera ſubſtãtialis media aut finalis eſt aliqua harum quattuor. אהחע vt אֶשְׁמַע idest audiam. אֶצְעַק idest clamabo.& in vtriſq; huiuſmodi futuris in eodem verbo littera ſubſtantialis media poteſt eſſe cum holem & poteſt eſſe cum patha.vt. אֶחְפֹּץ volam. יֶחְפַּץ idest volet:& in fine clauſule ſeba littere ſubſtantialis medie aliquando vertitur in camez ſiue holem :& in ea collocatur accentus etiam ſi littera ſubſtantialis non ſit vna ex illis q̃ttuor in hunc modum אֶפְקְדָה. אֶפְקֹדָה: תִּפְקְדִי תִּפְקֹדִי. תִּפְקְדוּ תִּפְקֹדוּ: יִפְקְדוּ יִפְקֹדוּ. venit etiam ad eundem modum ſepe: licet non ſit in fine clauſule. In quibuſdam etiam verbis quorũ littera ſubſtãtialis prima eſt áin ſiue heth in prima perſona ſingulari: ſubiicitur illis cegol. ſic אֶעֱבֹר idest tranſibo. Sed in aliis perſonis vltra litteram que additur ad deſignandum perſonam futuri: littera ſubſtantialis prima habet camez vel patha. ſic תַּעֲבֹר .idest tranſibis. תַּעֲמֹד idest ſtabis. In quibuſdam quorum principium eſt aleph: littere addite habent holem in prima perſona:& aleph ſubſtantialis prima amittitur.vt אֹכַל .i. comedam אֹמַר .idest dicam. in aliis vero perſonis aleph rurſus emergit:ſed non profertur:vt תֹּאמַר idest dices. תֹּאכַל idest comedes. Sunt preterea verba quorum initium eſt aleph: in quibus littere que adduntur futuro & ſubſtantialis prima habent cegol & non abiicitur aleph. qualia ſunt. אֶאֱסֹף idest congregabo אֶאֱסֹר idest alligabo. Nonnũquam etiam ſecunde & tertie perſone generis maſculini numeri pluralis & ſecunda perſona generis feminini ſingularis accipiunt in fine nun. vt

Digitized by Google

תִּפָּקְדוּ יִפָּקְדוּ תִּפָּקַדְןָ que regula ſeruit coniugationibus alijs tam in voce actiua quam in paſſiua. Et notandum quod quando preponitur vau cum camez ſiue patha: & vau eſt particula coniunctiua: futurum vertitur i preteritum hoc modo. וַיִּפְקֹד ideſt & viſitauit. quod ſi tau habet ſeba ſiue hiric tunc non mutatur futurum. vt וְיִפְקֹד ideſt & viſitabit. Quod ſi vau preponitur preterito: ſubiecto quocunqꝫ apice: preteritum vertitur in futurũ. vt וְשָׁקַט ideſt & quieſcet: preterquam in prima perſona ſingularis numeri in cuius littera ſubſtantiali media collocatur accentus: quia tunc manet in eodem preterito. vt Oſee 12. וְדִבַּרְתִּי עַל הַנְּבִיאִים ideſt & locutus ſum ad prophetas. Si tamen accentum habet in vltima: nihilominus vertitur in futurum. vt Exo. cap. 12. וְעָבַרְתִּי בְאֶרֶץ מִצְרַיִם ideſt. & tranſibo per terram egypti. Quodque hoc in loco de vau diximus ad alias quoqꝫ pertinet coniugationes in vtraqꝫ voce. Per tempus etiã futurum aliquando ſuppletur preteritum imperfectum eiuſdẽ modi. vt Geñ. cap. 2. וְאֵד יַעֲלֶה מִן הָאָרֶץ ideſt fons aſcendebat de terra.

De imperatiuo.

IMperatiuus modus qui hebraice dicitur צִוּוּי tantũ habet vnum tempus preſens: caretqꝫ primis perſonis numeri vtriuſqꝫ: hoc modo. פְּקֹד vel פְּקֹד vel פְּקֹד viſita. m. פִּקְדִי viſita. f. פִּקְדוּ viſitate. m. פְּקֹדְנָה viſitate. f.
Et notandum quod ad proportionem trium illarum vocum ſecunde perſone imperatiui: numeri ſingularis: generis maſculini: declinantur alie perſone eiuſdem modi. hoc modo.
